1ª
3901

LIRA
BIBLIA
SACRA

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

1ª
3901

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# BIBLIA
# SACRA
## CVM GLOSSA INTERLINEARI, ORDINARIA,

Et Nicolai Lyrani Poſtilla, eiuſdemque Moralitatibus, Burgenſis Additionibus, & Thoringi Replicis.

TOMVS SEXTVS

Continet Epiſtolas Pauli ad Romanos, Corinthios, Galathas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timothæum, Titum, Philæmonem, Hebræos; Acta Apoſtolorum; Canonicaſque Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ; poſtremo verò Apocalypſim.

*Omnia ad Hebræorum & Græcorum ſidem ſuo nitori reſtituta, & varijs ſcholijs illuſtrata: Nuperrimè poſt omnes editiones accuratiſſimè recognita:*

In qua pręterea ſummo labore, peruigiliq; cura cautum eſt, ut ſacrę ſcripturę allegationes ueris numeris annotarentur, in librorumq; marginibus ad maius ſtudentium commodum reponerentur.



VENETIIS, M D LXXXVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# BIBLIA SACRA

CVM GLOSSA INTERLINEARI. ORDINARIA.

Et Nicolai Lyrani Poſtilla, eiuſdemque Moralitatibus, Burgenſis Additionibus, & Thoringi Replicis.

TOMVS SEXTVS

Continet Epiſtolas Pauli ad Romanos, Corinthios, Galathas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebræos: Acta Apoſtolorum: Canonicaſque Iacobi, Petri, Ioannis & Iudæ, poſtremo uero Apocalypſim.

VENETIIS, M D LXXXVIII



A

# INCIPIT PRAEFATIO S. HIERONYMI in omnes epiſtolas ſancti Pauli.

C

PRIMVM quæritur, quare poſt euangelia, quæ ſupplementum legis ſunt, & in quibus
nobis exempla & præcepta uiuendi pleniſſime digeſta ſunt, uoluerit Apoſtolus has epi-
ſtolas ad ſingulas eccleſias deſtinare? Hac autem cauſa factum uidetur, ut ſcilicet initia na
ſcentis eccleſiæ nouis cauſis exiſtentibus præueniret, & ut præſentia atq; orientia reſeca-
ret uitia: & poſt futuras excluderet qſtiones, exemplo prophetarum, qui poſt editam le-
gem Moyſi, in qua omnia Dei mandata legebantur, nihilominus tamé doctrina ſua rediuiua ſemper po
puli compreſſere peccata, & propter exemplum uiuendi libris ad noſtram etiam memoriam tranſmiſe-
runt. Deinde quæritur: Cur non amplius quàm decem epiſtolas ad eccleſias ſcripſerit? Decem ſunt enim
cum ea, quæ dicitur ad Hebręos. Nam reliquæ quatuor ad diſcipulos ſpecialiter ſunt porrectæ. Vt oſtende
ret nouum non diſcrepare a ueteri Teſtamento, & ſe contra legem non faceret Moyſi: ad numerum pri-
morum decalogi mandatorum ſuas epiſtolas † deſtinauit, & quot ille pręceptis a Pharaone inſtituit libe- † ordinauit.
ratos, totidem hic epiſtolis a diaboli & idololatrię ſeruitute edocet acquiſitos. Ná & duas tabulas lapideas,
duorum teſtamentorum figuram habuiſſe, viri eruditiſſimi tradiderunt. Epiſtolam ſane, quæ ad Hebręos *An epiſtola ad Hebræos ſit Pauli.*
ſcribitur, quidam Pauli non eſſe contendunt, eo q non ſit eius nomine titulata, & propter ſermonis ſtyli-
que diſtantiam, ſed aut Barnabę iuxta Tertullianum, aut Lucæ iuxta quoſdam, uel certe Clementis diſci-
puli apoſtolorum & epiſcopi Romanæ eccleſiæ poſt apoſtolos ordinati. Quibus reſpondendum eſt: Si
propterea Pauli non erit, quia eius non habet nomen ergo nec alicuius erit, quia nullius nomine titulatur.
Quod ſi inconueniens, abſurdumq; eſt, ipſius magis eſſe credenda eſt, quæ tanto doctrinæ ſuæ fulget elo-
quio. Sed quoniam apud Hebræorum eccleſias quaſi deſtructor legis falſa ſuſpicione habebatur, uoluit
tacito nomine de figuris legis & veritate Chriſti reddere rationem, ne odium nominis in fronte prętitula-
ti vtilitatem excluderet lectionis. Non eſt ſane mirum, ſi eloquentior uideatur in proprio, id eſt Hebræo,
quam in peregrino, id eſt in Græco, quo cæteræ epiſtolæ ſunt ſcriptæ ſermone. Mouet etiam quoſdá, qua
re Romanorum epiſtola in primo ſit poſita, cum eam non primo ſcriptam ratio manifeſtet. Nam hác ſe
proficiſcentem Ieroſolymam ſcripſiſſe teſtatur, cum Corinthios & alios iam ante, vt miniſterium, quod
ſecum portaturus erat, colligerent, literis adhortatus ſit. Vnde & intelligi quidam uolunt ita omnes epiſto *Ordo epiſtolarum Pauli circa qđ attendatur.*
las ordinatas, ut prima poneretur, quamuis poſterior fuerit deſtinata, ut per ſingulas epiſtolas gradibus
B ad perfectiora ueniretur. Romanorum nanq; pleriq; tam rudes erant, ut non intelligerent Dei ſe gratia & D
non ſuis meritis eſſe ſaluatos, & ob hoc duo inter ſe populi conflictarent. Idcirco illos indigere aſſerit corri
gi, uitia Gentilitatis priora commemorans. Corinthijs autem iam dicit ſcientię gratiam eſſe conceſſam, &
*1. Cor. 5. a* non tam omnes increpat, quam cur peccantes non increpauerint, reprehendit. ſicut ait: Auditur inter uos *Ibidem. a*
fornicatio. Et iterum: Congregatis uobis cum meo ſpiritu tradere hmôi Sathanę. In ſecunda uero lauda-
tur: & ut magis ac magis proficiant, cõmonentur. Galathæ uero iam nullius criminis arguuntur, niſi hoc
tantum, q callidiſſimis pſeudo apoſtolis crediderút. Epheſi ſane nulla reprehéſione, ſed multa laude ſunt
digni, quia fidem apoſtolicá ſeruauerunt. Philippenſes ét multomagis collaudantur, qui nec audire quidé
falſos apoſtolos uoluerunt. Theſſalonicéſes nihilominus in duabus epiſtolis omni laudi proſequitur, eo *1. Th.*
q non ſolum fidem inconcuſſam ſeruauerint ueritatis, ſed ét in perſecutione ciuium fuerint conſtátes in-
uenti. Coloſſenſes aút tales erant, ut cum ab Apoſtolo uiſi corporaliter non fuiſſent, hac laude digni habe- *Col. 2. a*
rentur. Et ſi corpore inquit abſens ſum, ſed ſpiritu uobiſcum ſum, gaudens & uidés ordinem ueſtrum. De
Hebræis uero quid dicendum eſt? quorú Theſſalonicéſes, qui plurimum laudati ſunt, imitatores facti eſſe *1. Theſſ. 2.*
dicuntur. Sicut ipſe ait: Et uos fratres imitatores facti eſtis eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa. Eadé enim
paſſi eſtis & uos a contribulibus ueſtris, quæ & illi a Iudæis. Apud ipſos quoque Hebræos eadem comme *Heb. 10. g*
morat dicens: Nam & uinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, co-
gnoſcentes uos habere meliorem & manentem ſubſtantiam.

## *Incipit Prologus ſpecialis in Epiſtolam ad Romanos.*

*Lis de maioritate inter Iudæos & Gentiles cóuerſos* ROmani ſunt, qui ex Iudæis & Gentibus crediderunt. Hi ſuperba contentione uolebant ſe alte-
rutrum ſupponere. Nam Iudæi dicebant: Nos ſumus populus Dei, quos ab initio dilexit *Pſal. 75. a*
& fouit. Nos circunciſi ex genere Abrahá ſancta deſcédimus ex ſtirpe, & notus retro apud Iu- *Exo. 14. e*
dæá tm̃ Deus. Nos de Aegypto ſignis Dei & uirtutibus liberati, mare ſicco pertráſiuimus pe-
de, cú inimicos noſtros grauiſsimi fluctus inuoluerent. Nobis pluit mána dñs in deſerto, & quaſi filijs ſuis *Ibidé. 16.*
cæleſte pabulú miniſtrauit. Nos die noctuq; in colúna nubis igniſq; præceſsit, ut nobis in inuio iter oſten-
deret. Atq; ut cætera eius circa nos imméſa beneficia taceamus, nos ſoli digni fuimus Dei legem accipere, *Exo. 19. d*
& uocem Dei loquétis audire, eiuſq; cognoſcere uoluntatem. In qua lege nobis promiſſus eſt Chriſtus, ad *Mat. 15.*
quos ét ipſe ſe ueniſſe teſtatus eſt dicés: Non ueni niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael: cú uos canes po-
tius quàm hoíes appellauerit. Aequú ne ergo eſt, vt idola hodie deſerétes; quibus ab initio deſeruiſtis nobis
comparemini: & non potius in proſelytorum locum ex legis autoritate & conſuetudine deputemini? Et



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E hoc ipſum nõ merebamini, niſi quia larga ſemper Dei clemētia uoluit uos ad noſtrā imitationē ad mitte- G re. Gentes ēt econtrario rñdebant: Quanto enim maiora erga uos Dei beneficia narraueritis, tanto maioris uos criminis reos eſſe monſtrabitis. Sēper enim his oībus extitiſtis ingrati. Nam ipſis pedibus quibus aridum mare tranſiſtis, ludebatis ante idola quæ feciſtis: & in ipſo ore, quo paulo ante ob necem aduerſariorum dño cantaueritis, ſimulacra uobis fieri popoſciſtis: illis oculis, quibus uenerando Deum in nube uel igne conſpicere ſolebatis, ſimulacra intuebamini. Manna quoq; uobis faſtidio fuit, & ſemper in deſerto contra dñm murmuraſtis, ad Aegyptū unde uos manu ualida eiecerat, redire cupientes. Quid plura? Ita patres ueſtri crebra prouocatione dñm irritauerunt, vt oēs in eremo morerentur, nec plus ex ſenioribus eorū q̄ duo homines terram repromiſſionis intrarēt. Sed quid antiqua replicamus, cum ēt ſi illa minime feciſſetis, de hoc ſolo nemo uos dignos uenia iudicaret, ꝙ dñm Chriſtum prophetarum ſemper uobis uocibus repromiſſum, nõ ſolum ſuſcipere uoluiſtis, ſed etiam morte peſſima peremiſtis? Quē nos ut cognouimus, ſtatim credidimus, cū nobis de eo antea non fuerit prædicatum. Vnde probatur, ꝙ idolis ſeruiuimus, nõ obſtinationi mentis, ſed ignorantiæ deputādum. Qui enim cognitū ilico ſequimur, olim utiq; ſequeremur ſi antea cognouiſſemus. Sic aūt uos de generis nobilitate iactatis, quaſi non morum imitatio magis quā carnalis natiuitas filios uos faciat eſſe ſanctorum. Deniq; Eſau & Hiſmael cum de ſtirpe ſint Abrahæ, minime tñ in filijs reputātur. His taliter altercātibus, Apoſtolus ſe medium interponens ita partium dirimit quæſtiones, ut neutrum eorum ſua iuſticia ſalutē meruiſſe confirmet, ambos uero populos & ſcienter & grauiter deliquiſſe. Iudæos quidem, ꝙ per præuaricationem legis Deum inhonorauerint: Gentes uero, ꝙ cum cognitum de creatura creatorem, vt Deum debuerāt uenerari, gloriam eius in manu facta mutauerint ſimulacra. Vtroſq; etiam ſimiliter ueniam conſecutos, æquales eſſe ueriſsima ratione demonſtrat, præſertim cum in eadem lege prædictum ſit & Iudęos & Gentes ad Chriſti fidem uocandos eſſe oſtendat. Quamobrem uiciſſim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.

*Ex egreſſis de Aegypto ſoli Ioſue & Caleb terrā promiſſionis ſunt ingreſſi.*

*Apoſtolus per Epiſtolā ad Romanos arbitrū agit inter Iudæos & gentes.*

## Prothemata in omnes epiſtolas Pauli.

IN epl'is q̄dā ſunt gñalia, q̄ oībus cõueniūt, q̄dā ſpālia q̄ ad ſingulos ptineāt. Primo cõſiderāda ſūt gñalia, deinde videam⁹ q̄ ſint ſpālia. Hæc itaq; ſunt gñalia. Quærit̄ quare poſt euāgeliū ſcriptę ſunt epl'ę, cū i euāgelio ſit doctrinę pfectio, pfecta rl'a uiuendi, honeſtorū quoq; morū integra cõformatio: Eſt ēt qõ quare dicant̄ epl'ę, & q̄ materia earū: & cõis intētio oīm. Deinde q̄rit̄ de ordine F earū & nūero. Hęc pdicta gñalia ſūt oīb. epl'is cõuenictia. Iſta vero ſpālia ſūt. Quęrit̄.n. qb. ſcribāt, & cā ſcribēdi, qd ēt in ſingulis ſpāliter intēdat. Primę qõni ſic rñdet̄: Qđ iō ſcriptę ſunt poſt euāgeliū, vt in exordio naſcētis eccl'ię nos cõtra callidas hrticorū pmuniret oppugnationes, oriētia quoq; uitia reſecaret, & poſt futuras excluderet qõnes. In euangelio nāq; ſic dicta ſūt q̄dā, ut facile male ītelligētib. ambiguitas & error ſuboriret̄. Sicut illud qđ dr. anno. xxx. Xp̄s eē baptizat⁹. vñ q̄dā hrtici voluerūt cõcipe, vt null⁹ añ xxx. annū recte baptizaret̄. Erāt ēt pterea q̄dā in euāgelio ſic obſcure dicta, vt inde fideles ēt dubitarēt. Itaq; pp hæreſes has & alias q̄ tūc i eccl'ia pullulabāt extirpādas, iſtas Apl's ſcripſit epl'as. His itaq; de cauſis pdictis poſt euāgelia ſcriptę ſūt epl'e, non ſupflue: ſed quēadmodū pphetię poſt legē, ſic epl'ę poſt euāgelia ualde ſūt vtiles & neceſſarię. Quāuis.n. i lege fuerit pfecta doctrina, nec aliud in pphetis q̄ in lege cõtinent̄, q̄dā tñ ibi erāt ſub uelamine dicta, quæ in prophetis apertius expoſita quodāmō dilucidant̄.

*Quæſtio*

*Marc. 1. a*

NOtandū quoq; eſt, ꝙ hoc opus a qbuſdā uocat̄ ſupadditio: Et eſt tractatū de pabola illa euāgelica qua dr̄: Homo qdā deſcēdebat ab Ierl'm in Iericho. & incidit in latrones. i. humanū genus qđ de cęleſtis Ierl'm pria deſcēdit in mūdū, inter malignos uidelicet hoſtes. Qui ē diſpoliauerūt eū & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. i. diuerſorū dogmatū erroribus eū ſubiugauerūt. Accidit aūt, ut ſacerdos q̄dā & leuita dū trāſirēt eadē uia, eo uiſo pterierūt. Lex.n. & pphetæ humanū genus curare nõ uoluerūt. Samaritanus āt cuſtos ille uerus, uidelicet Chriſtus iter faciēs. i. carnem aſſumēs, mīa motus eſt. Et appropians alligauit uulnera eius infundēs oleū & uinū. i. grām ſpūſ'ctī, & noui Teſt. doctrinā, q̄ ſic inebriat, ut terrenorū deſideriorū obliuiſci faciat. Et imponēs illū iumēto duxit in ſtabulū, & ptulit duos denarios dicēs ſtabulario: curā illius habe, & ſi qd ſuperogaueris, ego cū rediero reddā tibi. Dedit.n. apl'is & ceteris doctoribus nouū & uetus. Teſt. q plura ſuperogauerūt, ut Paulus & multi alij. Pōt ēt per hoc opus illa ſcala ſignari, in qua uidit Iacob aſcēdentes angelos, quorum typum geſsit Paulus cū ad tertiū cælū raptus eſt, ubi uidit ſecreta &c. Cõdeſcēdit ēt in tātū humanitati & fragilitati, ut diceret: Vir reddat debitū uxori.

*Luc. 10. f*

*Gen. 28. e*
*2. Cor. 12. a*
*1. Cor. 7. a*

EPiſtolę dr̄ ſupmiſſæ. i. ſup euāgeliū miſſæ. Quatuordecim ſūt epl'e, decē ad eccl'ias, quatuor ad pſonas, i quo nūero uoluit oñdere euāgelio & legi ſe cõcor- dare De-

### Incipit procemium Nicolai de Lyra in epiſtolas Pauli.

*ECce deſcripſi eā tibi tripliciter. Quod uerbū de ſapīę deſcriptione dicitur: Sapīa Pauli apoſtoli principaliter cõſiſtit in cognitione domini noſtri Ieſu Chriſti p redēptione humani generis paſſi. p p qđ dicit Paulus. Nõ indicaui me aliqd ſcire inter vos, niſi tātū Ieſum Chriſtū et hūc crucifixū. Hāc āt ſapīam deſcripſit tripliciter. ſ. lteris Hebræis, Grēcis, & Latinis, ſicut pfiguratū fuerat in deſcriptione tituli crucis q ſcriptus fuit Hebraice, Grece & Latine, ſicut habetur Io. Per hoc.n. ꝙ in tribus linguis facta fuit hæc deſcriptio figuratū fuit fidē Chriſti crucifixi p totū orbē fore generaliter publicādā, qđ potiſſime impletū fuit per doctrinā Pauli apoſtoli & ſcripturā. Propter qđ potuit dicere verbū paſſumptū. Ecce deſcripſi &c. In quo notātur quatuor cāe huius Apoſtoli doctrinę. ſ. effectiua, finalis, & formalis. Circa primū eſt notādū, ꝙ licet Paulus fuit ſcriptor huius doctrinæ, quod notatur cū dicitur: Ecce deſcripſi, hoc tamē fuit miniſterialiter: Chriſtus āt principaliter: p p qđ dicit ad Gal. Notū vobis facio fratres euāgeliū Chriſti, qđ euāgelizatū eſt a me: qa non eſt ſcđm hoīem, neq;.n. ego ab hoīe accepi illud, neq; didici, ſed p reuelationē Ieſu Chriſti. et iō qa Chriſto reuelāte & dictāte hūc doctrinā deſcripſit, cõuenīēter dicere potuit verbū Baruch, qđ habetur in Ier. Ex ore loq̄batur ad me quaſi legēs in libro oēs ſermones iſtos: & ego ſcribebā in volumine, attramēto. Baruch q interptatur benedictus, figura fuit Apoſtoli q cõſecutus eſt mīam, & benedictionē Dei. Ieremias uero q interptatur excelſus Deo, Ieſum Chriſtū figurauit quē Deus pater exaltauit, & dedit illi no. qđ eſt ſup oē no. vt habetur Phil. ij. b. & iō bene potuit dicere Paulus apoſtolus de Chriſto. Ex ore ſuo loq̄batur ad me quaſi legēs in li. i. diſtincte & a pte mihi reuelādo: & ego ſcribebā ſcđm eius reuelationē in volumine atramēto. Epiſtolas.n. ſuas ſaltē aliquas vel p aliqua pte earū manu ppria cõſcripſit. vnde in fine prima epiſtolæ Cor. d. dicitur Salutatio mea manu Pauli: ſupple ſcripta eſt. hoc.n. mō ſignabat epiſtolas ſuas pnotariū cõſcriptas, ne ſuo noīe eius epiſtolæ a falſis apoſtolis ſcriptæ a fidelib. reciperentur. Circa ſcđm ſciēdū ꝙ ſicut in philoſophia naturali corp⁹ mobile eſt ſubiectū ſub rõne abſoluta & in partialib. libris ſub rõnib. determinatis vt corpus mobile ad ſitū in libro cæli & mūdi, & corpus mobile ad formā in libro de generatione & corruptione: Sic Deus ſub rõne abſoluta eſt ſubiectū in ſacra ſcriptura in partib. uero eius ſub determinatis rõnibus, vt in veteri Teſtamento ſub ratione creationis & gubernationis, & in nouo ſub ratione redemptionis in generali. In epiſtolis vero Pauli ſub ratione magis determinata, ſcilicet ſub ratione redemptionis per ſuam paſſionem. ideo dicit Paulus. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudæis atq; Græcis filium Dei Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiā. Hæc igitur ſapīa doctrinæ Pauli quæ eſt cauſa ſubiectiua tangitur cū dicitur: Eam de qua dicit in Act. Nos vobis eam annunciamus quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, de Chriſto pro ſalute mundi paſſuro. Circa tertium conſiderandum, quòd cauſa finalis huius doctrinæ eſt utilitas totius eccleſiæ, quæ notatur cum dicitur: Tibi. i. ad vtilita- tem tuam*

*Prou. 22. c. Sapientialis pars no. te. Pauli ſunt epiſtolę*

H

*1. Cor. 2. a*

*Ioan. 19. d*

*Gal. 1. b*

*Iere. 36. d*

*Subiectum ſacræ ſcripturæ.*

*Cauſa finalis*

*1. ad Corin. 1. d*

*Act. 13. e*



A dare. Denarius nāq; ad decalogū legis, quaternarius ad euangelia pertinet. Romanis in hac epl'a ſcribit pro altercatione quæ erat inter illos. Altercatio aūt talis erat. Dicebant Iudæi ſe de genere Abrahæ eſſe: ſe ēt legem & pphetas accepiſſe, & nunq̄ idola, ſed unum uerum Deum coluiſſe, Gentiles canes immundos appellabant. Econtra Gentiles ſe in auditu auris obediſſe dicebant, qđ ipſi bono ingenio & ſuæ naturæ aſcribebant. Iudæos aūt nõ ſolum non obediſſe Chriſto, uerumēt turpiſſima morte eum condemnaſſe dicebāt. Ita ex utraq; parte ſupbia, & nulla humilitas. Quib. ſe quaſi mediū interponit Apl's, vtroſq; confutādo, vt ſic inuitet ad humilitatem, ut oia attribuant grāæ Dei. Morem recte ſcribentiū epl'as ſeruat præponendo ſalutationē, in qua captat beniuolentiam a pſona ſua, vbi dicit: Paulus apl's. ſ. Chriſti. A negotio, vbi dicit, qđ ante pmiſerat. Ab autore, ubi dicit, qui factus eſt ei. Ab auditorib. ubi dicit, in quibus eſtis & uos uo. &c. Aſſignatis rõnib. operis, numeri, & ordinis epl'arū, explicato deniq; uñ & quare apl's Romanis ſcripſerit, ſupeſt de mā & intētione & modo tractandi exequi. Generalis oīm epl'arum materia eſt doctrina euangelij. Intentio monet ad obediendū euāgelicę doctrinæ. Præter hæc aūt in ſingulis pprias intentiones & materias requirimus. Prima itaq; epl'a materiam hēt Romanorū uitia, atq; gratiæ Dei dona, ad quæ eos hortatur. Intentio eorum uitia increpare, & ad ueram pacem, fraternamq; concordiam ſub manu grāæ humiliare. Modus tractandi. More ſcribentium epl'as ſalutationem pmittit. In qua pſonam ſuā, negocium, & autorem negotij commendat, in qb. congrue captat beniuolentiam. Haimo. Poſt ſalutationē utriuſq; partis uitia arguit, oñdens Gētiles a naturali ratione, & Iudæos a lege exorbitaſſe. Deinde plurib. modis oñdit iuſtitiam & ſalutem ęque utriq; eſſe non per legem, ſed per fidem Chriſti, ut a lege eos tollat, & in ſola fide Chriſti eos conſtituat. Circa finem uero moralis ſubditur inſtructio, atq; in actione gratiarum finem tenet epl'a. Inter oēs epl'arum ſcriptores in tribus Paulus ſingulariter excellit. In operis. ſ. profunditate: quia cæteris prolixius & ad intelligendum difficilius. In fidei aſſertione: quia ad fidei catholicæ aſſertionem cõgrua autoritatū C legis & prophetiæ inducuntur teſtimonia. In gratiæ cõmēdatione: quia cõtra arrogantes & ſuperbos de ſuis operib. præſumentes pro commendanda Dei gratia prudenter & fortiter dimicauit. Qui nimirum & in illo euidentior, clariorq; apparuit, quia inter alia uehementer eccleſiam Dei perſecutus, pro quo ſummo dignus fuit ſupplicio: pro maledictione conſecutus eſt gratiam, pro damnatione ſuſcepit miſericordiam, in quo & ſpes noſtra plurimum ſubleuatur.

*Pſal. 17. g*

*Sap. 2. d*

*Recte ſcribendi epiſtolas mos*

*In prælo dio expoſ. epiſt. ad Rom.*

*Paulus excellit cæteris ſcriptores epiſtolarum in iij.*

*1. Cor. 15. a*

PROOEMIVM.

*tem tuam: quia per hanc doctrinam intellectam & opere adimpletam habetur uita gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro, de quo poteſt accipi qđ dicitur in Prouer. Præcepta mea cor tuum cuſtodiant: longitudinem.n. dierum & annos uitæ & pacem apponent tibi. Dicit annos uitæ, q̄tum ad uitam gratiæ: & longitudinem dierum, q̄tum ad uitam gloriæ, quæ æternitatem includit a parte poſt, & pacem. i. quietem appetitus: quia de ratione finis ultimi eſt, ꝙ quietet totaliter appetitum. Circa quartum: ſ. cauſam formalem ad ſciendum, ꝙ duplex eſt forma doctrinæ. ſ. forma tractatus & forma tractandi. Forma tractandi eſt modus agendi, qui triplex eſt apud philoſophos. ſ. diffinitiuus, diuiſiuus & probatiuus: & hoc triplici modo utitur aliquādo Apoſtolus. unde in epiſtola ad Heb. fidem diffinit dicens: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarū argumentum non apparentium. Similiter. ad Cor. gratiam diuidit dicens: diuiſiones aūt gratiarum ſunt, idem aūt ſpiritus. & ſubdit: Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ &c. Similiter. 1 ad Cor. ex Chriſti reſurrectione pbat reſurrectionem generalem mortuorum eſſe futurā: ſicut poſſibile eſt in tali materia. Et hæc formalis cauſa tangitur, cū dicitur: Tripliciter: de quo poteſt accipi quod dicitur in Eccl. Funiculus triplex difficile rūpitur. Forma uero tractatus conſiſtit in diuiſione doctrinæ. Diuiditur aūt tota doctrina in tres partes, ſecundum quod trib. pręcipuis gentib. ſcribit. primo Romanis, qui præcellebant alias Gentes in potentia. ſecundo Gręcis, qui præcellebant alias Gentes ſapiētia. tertio Hebræis, qui præcellebant in diuinæ legis notitia. Romanis tantum ſcripſit unam epiſtolam, quæ primo exponetur, ſicut eſt prima reſpectu aliarum.*

*Prou. 3. b*

*Triplex modus agendi.*
*Heb. 11. a*

*1. Cor. 12. a*

*1. Cor. 15.*

*Eccl. 4. e*

GLOSS. ORDINARIA.

B ROmani interpretantur ſublimes ſiue tonantes: quia illo tempore, quo Apoſtolus hanc epiſtolam ad eos miſit, cunctis dominabantur gentib. Ideoq; ſublimiores erant omnibus populis, & intonabant præcepta publica & priuata, eorumque fama omnium hominum reſonabat in ore.

*b Ad Co* Orig. Hanc eum de Corintho ſcripſiſſe euidenter mõſtratur ex eo quod dicit: Comedendo uobis Pheben ſororem noſtram miniſtrā eccleſiæ, quæ eſt Cenchris. Cenchris .n. locus dicitur Corintho uicinus, imo portus ipſius Corinthi. Et ex eo quod dicit: Salutat uos Gaius hoſpes meus. de quo ſcribens Corinthijs cõmemorat dicens: Gratias ago Deo meo, ꝙ neminem veſtrum baptizaui niſi Criſpum & Gaium. Haimo autem ab Athenis Apoſtolum ſcripſiſſe Romanis dicit in his uerbis: Ab Athenis ciuitate Græcorum ſcripſit apoſtolus Romanis hanc epiſtolam: Quos non ipſe, non Petrus vel aliquis duodecim apoſtolorum primum inſtruxit: ſed quidam Iudæorum credentium, qui fide Chriſti ab apoſtolis percepta venientes Romam, ubi princeps orbis reſidebat, cui erant ipſi ſubiecti, quæ apud Ieroſolymam didicerāt, Romanis euangelizauerunt. In eccleſiaſtica tamen hiſtoria ſic legitur: Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ Petrum ad urbem Romanam deducit: Iſte adueniens primus in urbe Roma euangelij ſui clauibus ianuam regni cæleſtis aperuit. Hiero. ſuper præſentem epiſtolam ad Romanos, ubi ſcriptum eſt: Vt aliquid impertiar vobis gaudij ſpiritualis, ait ſic: Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare ſe uelle Paulus dicit. Non ꝙ minus accepiſſent a Petro: ſed ut duobus apoſtolis atteſtantibus atq; doctorib. eorum corroboraretur fides. Harum igitur autoritatum conflictum dirimentes, dicemus Petrum primum prædicaſſe Romanis quantum ad alios apoſtolos: ſed non primum q̄tum ad omnes credentes. Item dicemus Athenis epiſtolæ partem ſcripſiſſe, Corinthi uero perfeciſſe, atque inde Romanis eam deſtinaſſe. Pro altercatione ſcribit Romanis, confutans mō Iudæos, modo Gentiles, docēs eos humiliari, ut oīa attribuāt gratiæ Dei. Iudæi ſalutem generi ſuo, Gētes uero ingenio & naturæ attribuebant. Prima hæc ponitur: quia primum gradum erroris deſtruit. Commendat perſonam & negocium, & autorem negotij, in quib. congrue captat beneuolentiam.

*Romani quaſi ualentes, nam ualentia dicitur, quoniam uocata eſt Roma ante euādentium.*

*In præfationem epi. ad Roma. circa med.*

*Rom. 16. a*

*Ibidem. d*
*1. Cor. 1. b*
*In præfatione ſup. epi. ad Rom.*

### *Argumentum in epiſtolam Pauli ad Romanos.*

a ROmani ſunt partis Italiæ. Hi præuenti ſunt a falſis apoſtolis, & ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in legem & prophetas erant inducti. Hos reuocat Apoſtolus ad ueram euangelicam b fidem: ſcribens eis a Corintho.

### Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Prologum in epiſtolam ad Romanos.

ROmani &c. *In hoc breui prologo ad compendioſam manifeſtationem dicendorum in ſubſequēti epiſtola tria breuiter tanguntur: quia primo deſcribuntur illi, quibus epiſtola illa eſt deſtinata: & hoc in principio prologi, cum dicitur: Romani. ſecundo ponitur cauſa finalis, vel quare ſcripta eſt cauſa motiua, ibi: Hos reuocat Apoſtolus. tertio tangitur locus a quo eſt tranſmiſſa, ibi: Scribens eis a Corintho. Prima pars diuiditur in duas: quia primo deſcribuntur a regione ſiue patria. ibi: Partis Italiæ. ſecundo deſcribuntur a religione falſa, ibi: Hi præuenti ſunt a falſis apoſtolis. vbi circa deceptionem tria tanguntur. primo deceptores. ibi: A falſis apoſtolis. ſecundo forma deceptionis, ibi: Sub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. tertio materia in qua erant decepti, ibi: Quia in legem & prophetas erant inducti, quantum, ſcilicet ad obſeruantiam legalium & ceremoniarum legis: quibus tamen Chriſtus finem impoſuit. Circa cauſam finalem duo tanguntur: quia primo ponitur reuocatio ab errore falſitatis, ibi: Hos reuocat Apoſtolus. ſecundo inuitatio ad cognitionem ueritatis, ibi: ad ueram euangelicam ueritatem. Ex qua breui diuiſione ſatis patent partes prologi. Circa uero tertiam partem, quæ tangit locum a quo tranſmiſſa eſt epiſtola, altercatio eſt, & doctorum ſaltem verbalis controuerſia. Nam dicit Haimo, quòd ab Athenis ciuitate Græcorum ſit tranſmiſſa Romanis, quos non ipſe, non Petrus vel aliquis. xij. apoſtolorum primum inſtruxit: ſed quidam Iudæorum credentium, qui fide Chriſti ab apoſtolis percepta, uenientes Romam, ubi princeps orbis reſidebat, quæ apud Ieroſolymam didicerant, Romanis euangelizauerunt. Origenes uero dicit eam miſſam a Corintho, cui conſonat finis præſentis prologi, cum dicitur: Scribens eis a Corintho. & pro iſto inducitur quod ſcribit Apoſtolus ca. ultim. a. præſentis epiſtolæ: Commendo uobis Pheben ſororem noſtram quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt Cenchris. Cenchris uero, ut dicit Origenes, locus dicitur Corintho uicinus, imo portus ipſius Corinthi. Harum autoritatum conflictus diſſolui poteſt, vt dicatur Paulum partem epiſtolæ ſcripſiſſe Athenis: Corinthi uero perfeciſſe, atque eam inde Romanis deſtinaſſe.*

D *Diuiſio*

*In præfatione epiſtolæ ad Rom. circa med.*

*Vbi ſup.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E

*Incipit epiſtola Pauli ad Romanos.*

CAP. I.

*In Actus Apoſtolorũ Cap. 13. & 15. in principio.to. 5.*

PAulus. Beda ſuper Actus apoſtolicos Paulum anno paſſionis & reſurrectionis Chriſti ad fidẽ ueniſſe dicit. Tertio vero decimo anno poſt Chriſti paſſionem apoſtolatum Gentium cum Barnaba. & Pauli vocabulũ accepiſſe.prius enim Saulus a Saule perſecutore uocabatᷓ qa ſicut ille Dauid,hic eccleſiã pſecutus eſt. Quartodecimo aũt anno iuxta cõdictũ apſorũ ad magiſteriũ Gẽtiũ eſt ꝑfectus. Auguſ. Nõ ob aliud hoc ſibi nomen elegit, niſi vt ſe paruũ oñderet, tanq̃ minimũ apſorũ. Nõ iactãtia aliqua,ſed ex Saulo factus eſt Paulus.i.ex ſupbo modicus. Paulus.n.modic⁹ & quietus,Saulus inqetudo & tentatio interpretaᷓ.Amb. Porro ex more ſancto ratio apoſtolorum illud feciſſe perhibetur, q virtutibus ꝑficientes mutato nomine ſunt uocati , vt & ipſo nomine eſſent noui, ut cephas, ut filij tonitrui. Hiero. Paulus a primo ſpolio qd eccliæ contulit.ſ. a Sergio Paulo proconſule quem apud Cyprum conuertit, hoc ſibi nomẽ aſſumpſit. Orige. In ſcripturis alios binomios, alios trinomios inuenimus. Sicut Salomon,q Eccleſiaſtes & Idida. Matthæus,qui & Leui. Secundum hãc ergo cõſuetudinem vr̃ nobis & Paulus duplici uocitatus uocabulo, ſicut in actib. ubi ſcribitur Saulus,qui & Paulus euidenter oſtenditur. Hiero. Paulus mirabilis ſiue electus. Quem & dominus ipſe uas electionis uocauit,& tam uita quam doctrina mirabilem fecit.

*Act. 9.a* — *De ſpiritu & litera ad Marcellinũ cap. 7. to. 3.* — †ad mun⁹ apoſtolicũ — *In commentario ſuper epiſt. ad Philemonem in prin. to. 6.* — *Ioan. 1.f* — *Marc. 3.b* — *Act. 13.b* — *Paulus unde* — *In præfatione in D. Pau. circa finem.*

b *Seruus,* Ex ſeruo & humili : fecit Deus apſm & ſublimẽ.ita & uos humiles ſitis : Qui.n.ſe humiliat exaltabitur. Haimo. Orig. Seruus amore filiationis & humilitatis,nõ timoris:Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis &c. Item: Itaq; iam nõ eſt ſeruus, ſed liber. Et iterum : Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos.

*Luc. 5.f* — *Act. 13.h* — F — *In commenta D. Pau ad Philem. to. 6.*

c *Ieſu Chri.* Amb. Chriſtus Græce,Meſſias hebraice,latine unctus. Chriſtus qdẽ unctus rex & ſacerdos inuiſibili oleo, plenitudine gratiæ ſpiritualis tñ: Vnxit te Deus Deus tuus &c. Aug. Haimo. Vtrũq; ponendo unã Dei & hoĩs pſonã eſſe teſtaᷓ. Alterũ pro Iudęis, alterũ pro Gentib. ponit. Chriſtus n. hoc nomen Iudæis eſt cognitũ,quo noĩe Dei filiũ deſignatũ vidẽt & audiũt in lege ꝓmiſſũ,qb. & ſi aliũ p̃dicaret, non crederẽt:Gẽtib.uero qa in aliquo nõ legerãt,ꝓmittit ſaluatorẽ.i. Ieſum. Chriſtus,quamuis non ſit proprium,ſed nomen ſacramenti,ſicut propheta & ſacerdos, Iudæis tamen cognitum recte præponitur:Et ſi plurib. indita hæc nomina, tamen ſola figura: hic enim ſolus uerus rex & ſacerdos.

*Iuc. 14.c* — *Infr. 8.c* — *Gal. 4.a* — *Ioan. 15.b* — *In principio expoſ. ep. ad Romanos* — *Pſal. 44.a* — *In expoſ. ep. ad Rom. inchoata. to. 4.*

e *Apoſtolus.* Ecce de humili altus.

d *Vocatus.* Non a ſe,ſed a Deo. Vel uocatus , ab hominibus dictus priuilegio nominis.

f *Segr.* a doctrina Scribarum & Phariſæorum.hoc contra Iudæos. Vel,ab alijs apoſtolis,corpore & non mente. unde:Segregate mihi Bar.& P. in opus,ad quod aſ.eos.

*Act. 13.a*

g *Euange.* Haimo Bona annunciatio eſt,quæ ad ſalutem. Ea uero eſt de his,quæ ad fidem & mores.

h *Dei* non ab homine inuentum.

i *Quod an.* completionem.non uenit ut ſubitum,ſed longe ante promiſſum. Vnde in hoc uerbum uerum eſt:Quia alius eſt qui ſeminat,& alius qui metit.

k *Per pro.* Haimo. Vnde Ieremias: Ecce dies ueniunt,& conſummabo teſtã notum ſuper domum Iſrael & ſuper domũ Iuda. Et itẽ : Feriã uobiſcũ pactũ ſempiternum. Idem & alij.

*Ier. 31.f* — *Eſa. 55.a*

l *Sanctis.* Non ethnicis. Sanctè: quia uitia damnant,& ſacramentis unius Dei & incarnationem filii Dei continent.

m *Suo.* proprio ſibi conſubſtantiali,coæterno, coæquali.

n *Factus.* tñ ſm carnem. Aug. Et ſi infectus ſm diuinã. Tanta eſt unio utriuſq; naturæ, ut totũ dicatur Deus, totũ homo,& uiciſſim homo Deus, Deus homo: qd non in ſubſtantiis hominis *Qui fa.eſt ei.* Qui factus ſm carnẽ opere ſanctiſpiritus de uirgine.i.natus. Impietati hęreticorũ occurrit,qui obtuſo corde capitulum hoc intelligentes, Chrm tñ hoĩem accipiunt. Addendo.n. ſm carnem, diuinitati ſuam dignitatem reſeruauit,in qua Chriſtus Dei uerbum eſt, per quem facta ſunt oia. Orige. Factus eſt ſm carnem humanatus Deus , qui ẽt in aſſumptione carnis Deus eſſe nõ deſtitit: incõuertibilis manẽs aſſumpto cõuertibili hoĩe. naturã ſuã nõ minuẽs,hoĩs aſſumpta natura. Aug. Qui erat,factus eſt:verbũ erat,filius Dei erat, filius hoĩs factus eſt:ſuſcepit humanitatẽ, non amiſit diuinitatem. Natus ſecundum ueritatẽ naturæ ex Deo Dei filius, & ſecundum ueritatem naturę ex homine hominis filius : vt non adoptione uel appellatione, ſed uere in utraq; natiuitate filii nomen naſcendo haberet. Idem. Eſt ergo Dei fili⁹ Deo pr̃i in natura æqualis,habitu minor,ĩ forma Dei uerbũ ex Deo genitũ. In forma ſerui factus eſt ex muliere. In forma Dei hoĩem fecit, In forma ſerui factus eſt homo, in utroq; utrũq; De⁹, utrũq; hõ. Idẽ. Verbũ caro factũ eſt, nõ tñ in hoc qđ factũ eſt, cõuerſum atque mutatũ, ſed carne ut carnalib. cõgruẽter appareret,indutũ. Iohãnes. Damaſ. Vtraq; in Xp̃o forma:quia utraq; uera & plena eſt in Xp̃o ſubſtãtia. Inconuerſe enim & inalterabiliter vnitę ſũt ad inuicem naturæ: neq; diuina diſtante a propria ſimplicitate, neque humana aut conuerſa in deitatis naturam, aut in non exiſtentiam,neque ex duabus una facta eſt compoſita natura.

G — *Vbi ſup.* — *Vbi ſup.* — *Ioan. 1.b*

*Aug. Chriſtus*

*Incipit epiſtola Pauli ad Romanos.*

CAPVT I.

a ¶Hebraice, quietus Græce , modicus Latine. b ¶Nomen humilitatis , vt ad eam prouocet. c ¶Saluatoris , cui merito omnes ſeruiũt,cui ſeruire regnare. ¶Regis & ſacerdotis.

PAulus ſeruus Ieſu Chriſti uo-

a ¶Aeterna electione & temporali miſſione. b ¶Miſſus,legatus, vel nuncius. c ¶Ab utero ſynagogæ , in qua quaſi mortuus fuit.

d ¶Prædicandum. ¶Ecce officium.

catus † apoſtolus , ſegregatus in euange-

a ¶Commendatio euangelij a quatuor. b ¶Completionem. ¶A tempore. c ¶Deus pater. ¶Gratis. ¶Vt rem utilem & neceſſariam. ¶Ab autore.

d ¶Qui ex Deo,non ex ſe magni. ¶A teſtibus commen.

lium Dei, quod ante promiſerat per prophe-

a ¶Non modo uerbis. ¶Ne daretur obliuioni. b ¶Facta. c ¶Quia omnes ad filium ducunt. d ¶Proprio. ¶Commen. euang. a materia.

tas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui fa-

# Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper epiſtolam Pauli ad Romanos.

CAP. I.

PAulus ſe.Ie. *Hęc epiſtola diuiditur in tres partes.ſ.in ſalutationem,narrationem & cõcluſionẽ.ſecũda ibi. Primũ qdem gratias ago.tertia ibi:xvi.ca.Ei aũt qui potens eſt.Prima adhuc in tres, qa primo deſcribitur ſalutãs pſona ſecundo,eccleſia ſalutata,ibi: Oĩbus qui ſunt Romæ.tertio:bona optata,ibi:Gratia uobis & pax.Prima adhuc in duas:quia primo ponitur perſonæ ſalutantis deſcriptio.ſecundo,cuiuſdam dicti declaratio, ibi : Quod ante promiſerat . Perſona uero ſalutans primo deſcribitur ex nomine cum dicitur:*

*Diuiſio* — H

a Paulus. *Primo.n. vocatus fuit Saulus, ſed poſtea uocatus eſt Paulus a quodã eius notabili facto.ſ. a cõuerſione Pauli ꝓconſulis. Sicut Iacob vocatus fuit Iſrael,ex eo ꝙ vidit dominũ:vel potius ex eo ꝙ luctatus eſt cũ angelo,vt dictũ fuit plenius in Gen. Et Simõ uocatus eſt Petrus ex cõfeſſione diuinitatis in Chriſto . Sc̃do, deſcribitur ex religione,cũ dicitur.*

*Pauli deſcriptio quadruplex* — *Act. 8.a* — *Act. 13.b* — *Lyr. in Ge. c. 3.*

b Seru.Ie.Ch. *i.ver⁹ Chriſtianus.Tertio,ex officij dignitate,cũ dicitur:*

c Vocatus A. *Et qa apoſtolatus eſt excellentior eccleſiæ ſtatus,ad quẽ nullus aſcendit recte niſi a Deo uocatus,iõ bene dicitur:* Vocatus Apo. *ſ.a Deo,ſecundum illud. Nec quiſq̃ aſſumit ſibi honorem,ſed qui uocatur a Deo, tanq̃ Aaron. Quarto ex modo uocationis ſuæ, cum dicitur,*

*Matt. 16.c* — *Hebr. 5.a*

d Segreg.in e.Dei. *Per uerbum.n.ſpiritusſancti fuit ſegregatus a cœtu apoſtolorũ aliorumq; diſcipulorũ,ad p̃dicandũ per orbem euangeliũ Xp̃i & tũc uocatus fuit ad apoſtolatũ:prius tamẽ uocat⁹ fuerat ad fidẽ.*

*Act. 13.a* — *Act. 9.a*

e Quod an.pro. *Hic conſequenter declaratur duplex dictum. & primo declaratur primum,ſecundo ſecundum,ibi:Per quem accepimus. Primum autem eſt:quia dixerat:Segregatus in euangelium Dei:ideo declarat quale ſit illud euangelium.i.bonum nuncium a Deo patribus ueteris Te. promiſſum & hoc eſt quod dicit:* Quod ante promi.*ſ. Deus pater.*

*Diuiſio*

f Per pro.ſu.in ſ. *ſicut patet in Iere. Ecce dies ueniunt,dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum,non ſecundum pactum,quod pepigi in die illa cum patrib.veſtris,qua apprehendi manum eorum,ut educerem eos de terra Aegypti. ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael.Et ſequitur:Dabo legem meam in uiſcerib.eorũ, & in corde eorum ſcribam eam.Chriſtus.n.legem nouã in euangelio contentã non tradidit ſcriptura, ſed uerbo ſuo:& ſpiritusſancto de cælo miſſo impreſſit illã cordib.apoſtolorũ & aliorũ diſcipulorum:ſed ipſi poſtea ſcripſerunt ad memoriam futurorũ.& ideo dicitur in Iſa.Conſolamini cõſolamini popule meus,dicit dominus Deus veſter,loquimini ad cor Ieruſalem:quia,ſicut dictum eſt,lex noua ſcripta fuit ſuper hominum corda. Secundo oſtendit quale ſit euangelium iſtud ex ſubiecto,cum dicitur.*

*Iere. 31.f* — *Iſa. 40.a*

g De filio ſuo. *qui eſt uerus Deus cum patre ab æterno , & uerus homo ex tempore.ideo ſubditur.*

h Qui fa.eſt ei ex ſe.Dauid ſecun.car. *Non.n.Dei filius vel ipſe Chriſtus poteſt dici factus abſolute : quia ſuppoſitum filij eſt æternum, ſicut ſuppoſitum patris. Poteſt tamen dici factus cum determinatione, ſcilicet homo ſecundum carnem , quia natura humana Chriſti facta eſt & eſt vnita ad ſuppoſitum diuinum:& hoc in tempore.*

¶ Qui prædeſti.



Aug. Chriſtus ergo vna perſona eſt geminæ ſubſtantiæ : nec tamen Deus & homo pars huius perſonæ dici poteſt : alioquin filius Dei antequam formam ſerui ſuſciperet, non erat totus,& creuit,cum homo diuinitati eius acceſſit. Ambr. Nõ ſp factum eſſe,ad creationẽ refertur. ſicut ibi: Dñe refugiũ factus es nobis. Nõ.n.creationis diffinitio vel editio hic declaratur,ſed nobis refugiũ eſſe dr̃,qđ prius nõ erat. Aug. Qui factus &c. Aliquid ſignificat hęc dictio. Quia.n.nõ humano ſemine cõcreta eſt caro dñi in vtero virginis & corpus effecta , ſed effectu & virtute ſpiritusſancti: ideo apoſtolus dicit factũ,nõ natũ. Idem:Et ſi non interceſſit ſemen hominis in cõceptione uirginis,quia tñ ex ea carne Chriſtus formatus eſt,q̃ ꝯſtat ex ſemine, recte dr̃, factus ex ſemine, Neq; tñ iõ creatura. Vñ & oĩa ꝑ ipſum facta ſunt. nõ dicit oĩa, niſi q̃ facta ſunt.i. omnem creaturã . vñ liquido apparet ipſum factum nõ eſſe, ꝑ quẽ facta ſunt oĩa Hilarius: Hic.n.uerus & ꝓprius eſt filius origine,nõ adoptione:veritate,nõ nuncupatione:natiuitate,non creatione.

A — *In expoſ. inchoata ad Romanos. to. 4.* — *Pſ. 89. a* — *Vbi ſup.* — *Gal. 4.a* — †potentia — †a mortuis — *Ioan. 1.a*

a *Ex ſe.Da.* Aug. Haimo. Quia Maria de Dauid. Facta eſt ꝓmiſſio Abrahæ & Dauid : ſed maluit hic dicere Dauid, qui & criminoſus , non Abrahæ iuſti:vt non pro merito, ſed gratia natus de eo putetur:& ut ex rege ſecundum carnem natus oſtendatur , ſicut rex ex Deo ante ſecula natus eſt.

*Vbi ſup.* — *Pſ. 131.b* — †ſuper

b *Qui præ.eſt.* Prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio , qua ab æterno Deus hoĩ Chriſto & cũctis,quos præſciuit conformes fieri imaginis filii ſui,bona ſine meritis præparauit. Præſcientia de bonis & de malis , prædeſtinatio eſt ſolummodo de iuſtis. Prædeſtinatio eſt non præſcientia,quæ æqualiter ad bonos & ad malos pertinet. Sed ordinatio & præparatio adiuuandi illos, quos prouidẽtia diuina dignos inuenit,de bonis tñ proprie dr̃. Amb. *Qui prę.* qui latebat in carne quid eſſet,prædeſtinatus eſt.i.pręſcitus ab æterno manifeſtari filius Dei in virtute reſurgendi. ſ.cum reſurgunt. Nec dicit ex reſurrectione Chriſti,ſed mortuorum , quod maior virtus eſt, quia ſua reſurrectio generalem facit reſurrectionem. Vnde vr̃ mortem deſtruxiſſe, ut nos redimeret,quare et dominum noſtrum uocat,qui talem gratiam dedit,& poteſtatem apoſtolatus ſua uice. Aug. Prædeſtinata eſt iſta humanę naturę tanta & tam excelſa & ſumma ſubnexio , ut quo attolleretur,vlterius non haberet : ſicut pro nobis ipſa diuinitas,quouſq; ſe deponeret humilius non habuit, q̃ ſuſcepta natura hominis cũ infirmitate carnis uſq; ad mortem crucis. Haimo. Non de uerbo loquitur hic Apoſtolus,ſed de homine,qui nõ erat antequam factus eſſet. Humanitas.n.quæ nõ erat ante,illa p̃deſtinata eſt. Augu. Præclariſſimum.n. lumen prædeſtinationis & gratiæ eſt ipſe mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Ille enim homo,vt a uerbo patri coæterno in vnitatem perſonę aſſumptus filius Dei vnigenitus eſſet , vnde hoc meruit ꝙ eius bonum qualecunq; præceſſit , vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret:faciente ac ſuſcipiente Dei uerbo . Ipſe homo ex quo eſſe cępit, filius Dei vnicus eſſe cępit. Fœmina illa gratia plena cõcepit de ſpiritusſancto: ex virgine Maria Deus vnicus natus eſt,non carnis cupidine , ſed ſolo Dei munere . Libera in illo homine voluntas erat , & tanto magis quanto magis peccare non poterat. Idem. Recte quippe dr̃ filius Dei prædeſtinatus:non ſm illud, quod eſt verbũ Dei Deus apud Deum : Vt quid.n.prædeſtinaretur,cum iam eſſet,qui iã erat ſine initio,& ſine termino ſempiternus. Illud autem prædeſtinãdum erat, quod nondum erat:ut ſic ſuo tempore fieret: quemadmodum ante tempora prædeſtinatum erat,ut fieret. Quiſquis igitur filium Dei prædeſtinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Prædeſtinatus eſt ergo Ieſus , ut qui futurus erat ſecundum carnem filius Dauid,eſſet in uirtute filius Dei .

*Prædeſtinatio* — *Rom. 8.a* — † uocati , nomen eſt & infra. — †teſtis — B — *Vbi ſup.* — *In expoſitione epiſt. ad Rom.* — *Vbi ſup.* — *Luc. 1.d* — *Chriſtus quomodo prædeſtinatus.*

c *Secundum ſpi.ſan.* Iũgatur ſic:Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnem:Factus quidem ſecũdum ſpiritum ſanctificationis.i.ſm operationem ſpiritusſancti,qui ſanctificat homines,& qui ſanctificauit Chriſtum hominem in vtero virginali. Aug. Vel probatur filius Dei:quia ſpiritum ſuis dedit ſanctificationis,inceptę a reſurrectione animæ.i.remiſſione peccatorum mortuorum Chriſti,in peccatis.ſ.quos nullus alius curare potuit . Eſt.n.duplex reſurrectio,aĩæ,& corporis . De reſurrectione animæ in ſequẽti ait Apoſtolus:Surge qui dormis,& exurge a mortuis,& illuminabit tibi Chriſtus.

*Vbi ſup.* — C — *Reſurrectio duplex* — *Ephe. 5.d.*

d *Mortuorum Ie. Chri.* Chriſti pro eius vel ſuorum, proprium nomen pro nomine poſuit more Hebraico: quæ locutio in ſcripturis p̃cipue veteribus eſt uſitatiſſima, ut fecit Moyſes ſicut p̃cepit domin⁹ Moyſi.

e *In omni.* Gentibus non ſolũ Iudæis In quibus(quia ſine lege vocati ) non debent ſub lege agere.

f *Pro nomi.eius.* Pro eius gloria,nõ noſtra ſicut vos facitis.

† declaratus fuit , demonſtratus fuit

g *Vocati Ie.Chri.* i.ab eo.ſ.Ieſu Chr̃o . Genitiuus pro ablatiuo more Gręco.

*1. Ioan. 4 b*

h *Dilectis Dei.* Prior.n.dilexit nos ante omnia merita, vt & nos eum dilecti diligeremus .

i *Vocatis ſanctis .* Non ideo uocati, qa ſancti: ſed ideo ſancti effecti, quia vocati:& ideo vocati , quia dilecti.

†Ieſus

k *Gratias vo.& p.* Aug. In iſta ſalutatione ipſa trinitas pariterq; incõmutabilis vnitas cognoſcitur. Vnitas per hoc ꝙ ait,a Deo. Haimo. ſpiritusſancti nomẽ non poſuit, quoniam in donis ſuis eum comprehendit.i. in gratia & pietate.

*Vbi ſup.* — *Vbi ſup.* — *Chriſtus dominus noſter*

*Gratias*

a ¶Ad honorem eius. b ¶Commendatio autoris a quatuor:primo ab origine. c ¶Factus , ne putetur homo tantum,& non ſecundum diuinitatem.

ctus eſt ei ex ſemine Dauid ſecun-

a ¶Quia verbum caro factum eſt &c. b ¶Secundum quod homo gratia ſola prælectus , vt ſit filius Dei in eadem potentia & virtute diuinitatis cum patre per unionem verbi.

dum carnem, qui † prædeſtinatus

a ¶Probatur etiam. ¶Quod poteſt uideri ex hoc,quod ex ſpiritusſancto conceptus. b ¶Commen.a virtute.

eſt filius Dei in † virtute, ſecundum

¶Commen.a gratia.

ſpiritum ſanctificationis † ex reſurre-

a ¶Quia mortuos ſecum fecit reſurgere , qui fuerunt eius.i.ab eo ſuſcitã dr̃. ¶Vnde:Multa corpora eorum,qui dormierant,ſurrexerunt cum eo. b ¶Ecce quis autor ei .

ctione mortuorum , † Ieſu Chriſti

a ¶Commen.a liberalitate.

domini noſtri,per quem accepimus

a ¶Remiſſionem peccatorum,tolerãtiam laborem. ¶Et dona alia. b ¶Autoritatem vel legationem prædicandi . c ¶Vt faciam obedire fidei.

gratiam & apoſtolatum ad obe-

a ¶Iudæi cohabitatione ſunt in Gentibus .

diendum fidei in omnibus Genti-

a ¶Vice eius,vel pro nomine eius dilatando. b ¶Vt familiarius admoneat, conuertit ſe ad eos. ¶Inter quas gentes.

bus † pro nomine eius : in quibus

a ¶Romani. b ¶Per gratiam ab eo per interiorem vocationem:vel vt ſitis eius per exteriorem vocationem.

eſtis & vos † vocati Ieſu Chriſti: om-

¶Scribit. ¶Non alijs. ¶A Deo.

nibus qui † ſunt Romæ dilectis

a ¶.i.illis quos dilexit:vt vocaret ad ſanctitatem. b ¶Remiſſio peccatorum ¶Prius ſalutat.

Dei uocatis ſanctis : Gratia vobis

NIC. DE LYRA.

¶ a Qui prædeſtin.eſt fil.Dei in uir. *i.in æqualitate potẽtiæ cum Deo patre. Ad cuius intellectum ſciendum,quòd prædeſtinatio eſt æterna Dei ordinatio de agendis in tẽpore per gratiam eius. Eſt enim præparatio gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro : propter quod importat anteceſſionem reſpectu prædeſtinati. Filius autem in natura diuina eſt coæternus patri:& ſic non põt dici prædeſtinatus,ſed in humana natura poſterior eſt patre, quæ unita eſt deitati in tempore:& hæc unio facta eſt ex Dei prędeſtinatione.aliter eius deitati de nouo aliquid accideret , quod eſt impoſſibile. & eſt ex eius mera gratia : propter quod cadit ſub prædeſtinatione diuina. & ideo ſicut hæc propoſitio:homo factus eſt Deus,vel filius Dei,eſt uera: ita et hęc: Chriſtus ſecundum quòd homo, prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei , qui in natura diuina æqualis eſt patri in potentia.*

*Prædeſtinatio quid* — D

b Secundum ſpiri. *Hoc refertur ad illud quod præmittitur : Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem:ne forte aliquis crederet quòd deſcendiſſet de Dauid per virtutem generatiuam ſicut alij : quod eſt falſum, quia de cœlo deſcendit tantum ſecundum corpulentam ſubſtantiam de virgine aſſumptam , & virtute actiua ſpiritusſancti formatam,quæ virginem ſanctificauit & impregnauit.*

c Et reſur.mor. *Hoc refertur ad illud,quod prædicitur:* Qui præd.eſt fi.Dei in virtu. *i.in æqualitate potentiæ,vt dictum eſt,quæ apparuit in Chriſto ex reſurrectione mortuorum,ad quam requiritur potentia infinita,per quam ſe & alios mortuos ſuſcitauit .*

d Ieſu Chri.domino no. *i. a Ieſu Chriſto domino noſtro. Hic ponitur genitiuus pro ablatiuo .*

e Per quẽ ac.gra.& apo. *Hic declarat ſecundum dictum.ſ.qualiter acceptus eſt ad apoſtolatum.ſ.per Ieſum Chriſtum,qui eſt mediator Dei et hominum, et ideo dona ſpiritusſancti veniunt ad hoĩes per ipſum. Dictũ eſt aũt ſupra,ꝙ hæc vocatio facta fuit ꝑ ſpiritũſanctũ. Ex quo ſequitur ꝙ mediante Chriſto apoſtolatus conceſſus fuit Paulo.iõ dicit :* Per quẽ acce.gra.& apoſtola. *& iungit hæc duo ſimul: quia natura non deficit in neceſſarijs:ſed cum forma ſubſtantiali dat proprietates,quæ ſunt neceſſariæ in operibus congruentibus ipſi formæ.& multo magis autor naturæ non deficit in neceſſarijs:propter quod concedens dignitatem apoſtolicam,ſimul dat gratiam ad exequendum conuenienter officium pertinens ad illam dignitatem,niſi ſuſcipiens obicem ſibi ponat.*

f Ad obe.fidei. *i.paratus ſum totaliter me exponere obſequio fidei .*

g In omni.genti. *i. ut fides dilatetur in omnibus Gentibus.*

h Pro nomi.eius. *i. ad gloriam nominis Chriſti.*

i In qui. *ſcilicet fidelibus .*

k Eſtis vos vocati *ad fidem.* Ieſu Chri. *i. a Ieſu Chriſto, a quo eſt hæc vocatio .*

l Omnibus qui ſunt Ro. *Hic conſequenter exprimuntur perſonæ ſalutatæ,cũ dicitur.* Omni.q ſ.Ro. *nõ generaliter,ſed fidelibus.iõ ſubditur:*

m Dile.Dei. *id eſt a Deo uocatis.*

n Sanctis. *i.Chriſtianis,qui ſunt ſanctificati per baptiſmum .*

o Gratia vobis & pax. *Hic exprimuntur optata bona, quæ ſunt bona ſimpliciter.ꝓpter quod abſolute poſſunt optari alijs & ſibi.& hæc ſunt gratia in præſenti & gloria in futuro.ideo ſubditur :*

 ¶ Et pax.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Gratias ago.* Gratias agere eſt ſentire omnia a Deo data eſſe: & pro eo laudare corde, voce, & opere.

*Gratias agere Exo. 3. b*

b *Deo meo.* Non ocioſe. Nō.n. vox iſta eſſe poteſt niſi ſanctorū, quorū Deus dr̄, ſicut Deus Abrahā, Iſaac, & Iacob. Cū.n. oīm vnus ſit Deus p naturā, eorū tñ ꝓprie p grām eſſe dr̄, q merito ſi dei & iuſtitię eius cultores eſſe ꝓbanť.

c *Pro omni. vo.* Cum pro alijs, primū ꝓ uobis, de quibus magna utilitas uenit, per Chriſtum mediatorem, per quem uobis Deus dedit bona omnia.

d *Quia fides.* Amb. Congaudet de bono incœpto eorum, per quod charitatem erga illos oſtendit, & hortatur ad profectum. Hæc ante omnia ſe agere dicit, quia multis proficit fides eorum.

†De iure. iu. c. etſi Chriſtus §. angelus

e *Teſtis.* ꝙ habetis fidem, dño imputo. Nam habēda oro ab eo. Vel exponit, qñ gratias agat, in orōnibus.ſ. & qūo ſine intermiſſione. Teſtis iuramētum eſt faciēdū in neceſſarijs, cū pigri ſunt hoīes credere qđ eis eſt utile. Nō eſt iuratio in ſe bona, non tñ mala cū eſt neceſſaria, licet a malo infirmitatis eorū quibus aliqd dr̄, ꝓcedat. Hier. ſuper Ieremiam. Animaduertendum, ꝙ iuſiurādum hos habet comites, ueritatem, iudiciū, & iuſtitiā, ſed ſi iſta defecerint nequaꝗ erit iuramētū, ſed periurium.

*Iuramentū quando ſit faciendum*

*In 4. Ierem. in prin. to. 4*

f *Memoriam veſtri &c.* Hoc dicit ut cū ament, & deſiderent audire.

g *In oratio. meis ob.* Oratio, ꝓ bonis habēdis. Obſecratio, ꝓ neceſſitate diſtricta oratio: Et eſt per ſacra ad Deū adiuratio, ut per paſſionem, per mortem, uel natiuitatem & ſimilia.

*Oratio Obſecratio*

†per uolūtatem.

h *Deſidero enim.* vt quæ uerbis ſuadere non poterat, præſens ſuaderet uirtute miraculorum.

F

i *Conſolari.* Modo ego ſum deſolatus. ſic & vos: etſi non ſentitis, ſed ſic conſolaremur.

†aliquod impertiar uobis donum ſpirituale.

k *Fratres.* Quia renati, & aliqui rectī. vnde ſupra: vocatis ſanctis.

l *Græcis.* De Iudęis tacet, quia magiſter Gentium. *Græcis.* Græcos præponit, qa ab eis omnis philoſophia mundana exordium habuit.

† ut cōem capiam cōſolationē in uobis p mutuam

m *Barbaris* Barbaros dicit, q ſunt quaſi ex leges, qui.ſ. nec Hebræi, nec Græci nec Latini ſunt. Nulli ſpecialius debetur hæc prædicatio. Debitor, quia miſſus ad omnes.

n *Non enim eru. euan.* Sicut illi, qui falſa prædicant. Vel, qui crucem Chriſti putāt ignominiā. iō nō erubeſco euangeliū: qa virtus eſt.i. qa uirtutē Dei annūciat, nō infirmitatē, ſapiētiā, nō inſipiētiā. Qđ.n. infirmum Dei eſt, fortius eſt hoībus: & qđ ſtultū Dei eſt, ſapiēti⁹ eſt ☞ hominibus.

†præpeditus fuerim ad hunc vſque diem

a ¶Reconciliatio & tranquillitas mentis. b ¶Ad Deū. c ¶Ab eo qui vult & poteſt.

& pax a Deo patre, & domino no

a ¶Sine quo nulla bona ſunt nobis. b ¶Prius lenit, poſt grauiter increpaturus.

ſtro Ieſu Chriſto. Primum quidē

a ¶Quem.ſ. meum facio, quod non uos. b ¶Mediatorem Dei & hominum. ¶Non per legem, non per prophetiam.

gratias ago Deo meo per Ieſum

a ¶Quia ipſe eſt miniſter beneficiorum Dei. b ¶Quod & voſipſi faciatis.

Chriſtū pro omnibus vobis, qa

a ¶Non laudat fidem illarum tanquam perfectam, ſed facilitatem & uotum erga Chriſtum. ¶Etſi non perfecta. b ¶Quia Roma caput mundi, vnde proficerent multi.

fides veſtra annunciatur in uni-

a ¶Promiſſa autoritas.

uerſo mundo. † Teſtis enim mi-

a ¶Et ideo non eſt tutum mentiri. b ¶i. uoluntate, uel ſpiritualibus fide.ſ. & charitate. ¶Non in carne.i. carnalibus obſeruantijs.

hi eſt Deus, † cui ſeruio in ſpiritu

a ¶Ia quo ſ. Prædicando, non in lege, non in circunciſione, non in eo quod Moyſes ſeruus tradidit: ſed. b ¶Quod filius tradidit non ſcribendo, ſed inſpirando mentibus.

meo in euangelio filij eius, quòd

a ¶Amb. Deus memor eſt cum dat oblitus, cum ceſſat.

ſine intermiſſione memoriam ve

a ¶Habitis horis conſtitutis ad orandum. b ¶Quæ pro me et alijs.

ſtri facio ſemper in orationibus

a ¶Non ſolum oro, ſed etiam obſecro. ¶Tentans. b ¶Proſpero & aduerſo. ¶Quaſi.ſ. quaſi ex cauſa facili uel difficili. c ¶Poſt longa deſideria.

meis, obſecrans ſiquo modo tan-

a ¶Hyeme vel æſtate. b ¶Quod eſſe non reputo, niſi perueniam ad vos.

dem aliquando proſperum iter

a ¶Non vt mali in ſuo malo. ¶Quia tunc utilis aduentus.

habeā † in voluntate Dei veniendi

a ¶Ideo obſecro. b ¶Quia quæ ſcribit & peruerſe poſſunt accipi, & uirtutem ſuadere.

ad vos. Deſidero enim vos vide-

a ¶i. vos participes faciam. b ¶Gratuiti beneficij Dei. ¶Doctrinæ.

re, vt † aliquid impertiar vobis gra

a ¶Quia iam aliquid habetis.

tiæ ſpiritalis, ad confirmandos

a ¶Quia confirmatio adeo eſt grata, quaſi. ¶ſ. uos confirmari. b ¶Quaſi mea conſolatio fiet. c ¶Quia dolet de non recta fide. ¶Vel idem, vt conſolemur vobiſcum ſalu litera.

vos, id eſt † ſimul conſolari in uo-

a ¶Non nouam, ſed meam & veſtram, quæ eſt inuicem cōmunis. i. ſi vnius & eiuſdem fidei ſumus in Chriſto, vel quæ per dilectionem operatur.

bis per eam, quæ inuicem eſt † fi-

a ¶Haimo. Cur ergo nō uenis? quia prohibitus ſum: quod uolo vt ſciatis, & putetis culpa veſtra fieri, vt modo dignos nos pareti. ¶Deſide. quia propoſui.

dem veſtram atque meam. Nolo

autem vos ignorare fratres: quia

¶Non ſolum volui.

ſæpe propoſui venire ad uos, &

a ¶Aliquibus impedimentis Deo id agente. ¶Venire. b ¶Vſque in præſens.

† prohibitus ſum vſque adhuc, vt

a ¶i. vt fructificetis uos per meam prædicationem: vel, vt ego præmium pro vobis acquiram. q. d. ideo deſide. ve.

aliquem fructum habeam in vo-

a ¶Horum exemplo prouocat eos. b ¶Quod ideo volo, quia debitor ſum omnibus Gentibus.

bis, ſicut & in cęteris Gētib⁹. Græ

a ¶Vt nemo de vtroq; populo excludatur. ¶Haimo. mundanis rationibus eruditis.

cis ac Barbaris, † ſapientibus &

a ¶illarum rationum imperitis. q ¶Euangelizare. ¶Sicut alijs debeo ita & uobis: quia omnibus debitor ſum:

inſipientibus debitor ſum: ita † ꝙ

a ¶Q. Etſi ego ad hæc paratus, ergo alterius culpa remanſit.

in me promptū eſt, & vobis, qui

a ¶In me promptum.

Romæ eſtis, euangelizare. Non

†eruditis pariter ac rudibus

†quantum in me ē paratus ſum

quia primo auſert a Romanis credentibus diſcordiæ materiam. ſecundo inducit eos ad charitatis concordiam. v. ca. Materia vero diſcordiæ erat: quia conuerſi de Iudaiſmo præferebant ſe Gentilibus Moſaicæ legis ſuſceptione: & econuerſo Gentiles Iudæis de ſcientiæ acquiſitione: pp quod oſtēdit eos primo ſimiliter egere gratia Dei ſine prærogatiua aliqua ante conuerſionem ad Chriſti fidem. ſecundo poſt conuerſionem ad Chriſti fidem ſecunda incipit in iiij. cap. ante medium, ibi: Quid ergo. Prima in duas. primo Apoſtolus affectū ſuæ charitatis ad ipſos oſtendit. ſecundo vitia eorū arguit, ibi: Reuelatur. Prima adhuc in duas. Primo.n. oſtendit ſe habere charitatem ad eos gratias agendo de eorum bona inchoatione di. Primum quidem. id eſt pirncipaliter.

G

*Inf. c. 5.*

e Gratias ago Deo meo. *cui bonum hominis principaliter eſt attribuendum.*

f Quia fides ve. annun. in v. mundo. *Ciuitas.n. Romana tunc toti mundo dominabatur: pp quod de oībus mundi partibus ibi veniebant nuncij, qui bonam conuerſationem fideliū Romæ exiſtētiū referebāt in diuerſis partibus orbis: quod ad dilatationem fidei & ad Dei gloriā faciebat, quam Apoſtolus ꝗrebat.*

†quem co lo ſpiritu

g Teſtis enim mi. eſt Deus. *Hic ſecūdo oſtēdit idem pro ipſis orādo deuote dicens.* Teſtis enim mi. eſt Deus. *Frequenter.n. pro ipſis orabat ſecrete: propter quod teſtem de hoc non habebat niſi Deum.*

h Cui ſer. &c. *& non obſeruātijs legalibus.*

i Quod ſine intermiſſione memoriā &c. *Non eſt per hoc intelligendum, ꝙ Apoſtolus pro ipſis oraret continue, ſed quia quotieſcūque orabat, de ipſis memoriam habebat.*

k Obſecrans. *i. per rem ſacram deprecans, ut oratio ſit magis exaudibilis. Sicut cū dicimus: Per crucem & paſſionem tuam libera nos domine.*

H

l Si qūo tan. ali. pro iter. ha. &c. *Hæc forſitan fuit una cauſa appellationis ſuæ ad Cæſarem, vt ſic uideret fideles Romæ exiſtentes.*

*Act. 25. Triplex cā ueniendi ad Romanos*

m Deſide. enim vos vi. *Hic reddit cauſam ſui dicti ſ. quare deſiderabat venire ad Romanos. Et aſſignat ad hoc triplicem cauſam. Prima eſt ad augmentationem ſui meriti & eorum per ſuam prædicationem: et hoc eſt quod dicit:* Deſidero enim vos vide. vt ali. v. imper. gratiæ. ſpi. *i. vt per prædicationem meā efficiamini deuotiores: & ſic in vobis augeatur gratia Dei.*

n Ad confir. vos. *in fide & bonis operibus.*

o Id eſt ſi. conſo. in vo. *q. d. per hoc habebimus ad inuicem conſolationem per fidem mibi & vobis communem. Et de dilatione ſui aduentus, conſequenter ſe excuſat, di.* Nolo autem vos ig. fra. quia ſæpe pro. veni. *et patet ex prædictis litera.*

† fides noſtra atque mea. *Secunda cauſa*

p Græcis ac Barbaris. *Hic aſſignatur ſecunda cauſa, quæ eſt redditio debiti di.* Græcis ac Barbaris. *i. hominibus ignotæ linguæ, cuiuſmodi ſunt omnes præter Iudæos, Græcos, & Latinos.*

q Sapientibus. *i. inſtructis in lege & philoſophia.*

r Et inſipientibus. *i. illiteratis hominibus.*

ſ Debitor ſum. *ad prædicandum eius euangelium ex officio apoſtolatus.*

t Ita quod in me promptum eſt. *ex parte animi, licet habuerim & habeam impedimētum exequendi.*

u Et uobis, qui Romę eſtis, euangelizare. *i. prædicare euangelium. Licet autem reddere debitum ſit neceſſitatis, tamen Apoſtolus nō peccauit in hoc, quod omnibus Gentibus non prædicauit: quia huius debiti redditio cadit ſub præcepto affirmatiuo, quod non obligat ad ſemper, ſed opportunitate habita, quod Apoſtolus fecit.*

x Non enim erubeſ. euan. *Hic aſſignatur tertia cauſa ex honorabilitate officij, di.* Non e. er. eu. *id eſt prædicationem euangelij, quia hoc eſt honorificum & ſanctum. Ideo ſubditur.*

*Tertia cauſa*

Virtus

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et pax. *Appetitus enim hominis non poteſt totaliter quietari, niſi in gloria.*

b A Deo pa. *qui eſt dator gratiæ & gloriæ.*

c Et domi. no. Ieſu Chriſto. *qui eſt vnus Deus cum ipſo: & ſic dator gratiæ & gloriæ ſicut ipſe.*

d Primum q. g. a. Deo m. *Hic cōſequēter ponitur narratio, in quo explicatur intētio Apoſtoli, quæ eſt commēdare gratiā Dei: per quā Romæ erant vocati ad fidem aliqui Iudæi & aliqui Gentiles, oſtendendo ꝙ vtrique ad ſalutē indigebāt gratia Dei, quia ſciētia acquiſita nō ſufficiebat Gentibus ad ſalutem, neq; obſeruatio legis Iudæis. quod patet ex hoc, ꝙ iſti & illi prolapſi fuerāt in horribilia uitia, propter quod egebant Chriſti gratia: per quam ſaluarentur. Et primo hoc oſtendit Apoſtolus. ſecundo inſtruit eos in moribus. Prima in duas* quia

*Rom. 12.*



A ☞ hominibus. Vel, virtus eſt credenti, per quàm peccatū dimittitur: & cum res exigit, fiunt miracula, quibus commendatur doctrina.

a *Virtus enim Dei.* Quia ſignis firmatur incredibilis prædicatio: quod non eſt in falſis præconibus.

b *Iudæo primum.* Heſicius: Q. Maxime & præ omnibus Iudæo. Iudæum præponit cauſa patrum: tamen & hic indiget euangelio. Quid ergo opus eſt lege?

*Chriſti

c *Iuſtitia enim Dei.* Haimo. Amb. Eſt ꝗ gratis iuſtificat impium per fidem ſine operibus legis, ut alibi inueniar in illo non habens iuſtitiam meam, quę ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide, quā reuelat euangelium dum dat fidē homini: per quam iuſtificatur qui credit Deum iuſtum & ueracem in promiſſis. Hoc contra Iudæos, qui negant hunc eſſe Chriſtū, quē ꝓmiſit Deus.

*Iuſtitia Dei*

†per illud patefit. & infra

d *Reuelatur.* Augu. Aggreditur Gentiles ſm priorem ſtatum, quia iactabāt bonam naturam, & excuſabant turpitudines per ignorantiam. Contra autem Apoſtolus dicit & prius habuiſſe notitiam, & perdidiſſe per culpā. & bonā naturam ſibiipſis a Deo relictā in omnia mala præcipitatam. Commendata pietate fidei, qua iuſtificati Deo grati eſſe debemus, contrarium deteſtando ſubinfert, quòd inflati per ſe in idola ceciderunt.

†uicturus eſt

*Ex inchoata expoſitione ad Ro. to. 4.*

e *Ex fide.* Dei promittentis, in fidem hoīs, qui credit ei. Vel ex fide in fidē propter oēs partes fidei: Ex fide veteris Teſt. vbi vnus Deus, in fidem noui, ubi pater & filius & ſpiritusſanct⁹. Ex fide primi aduētus, in fidē ſecūdi. Ex fide primæ reſurrectionis in fidē ſcđę. Ex fide ꝓmiſſionis, in fidē redditionis. Ex fide prædicatorū, in fidē populorum. Ex fide ſeminātiū, in fidem metentiū. Ei eſt iuſtitia, qui tranſit de fide in fidē, ut trāſeat Iudæus & quicūq; alius de fide ueteris in fidē no. Te. & de fide verborū & ſpe, in fidē rerū & ſpeciei. Aug. fides eſt, qua creduntur ea, quæ non uidētur. Etiam eſt fides, quando nō verbis, ſed rebus præſentibus creditur, quod erit cum Deus ſe videndum dederit. Dicit ergo ex fide verborū quibus credimus, quod nō videmus, in fidem rerum, qua credita obtinebimus.

*Nota*

B

*Fides*

*De fide ad Petrum in princ. to. 3. & 13. de trinitat. in princ. to. 3. & tom. 9. in euange: 30. tracta. 40. longè paulò à fine.*

f *Sicut ſcriptum eſt.* In Abacuk. Ita eſt: Iuſtus autem ex ſua fide uiuet. Sed hoc & talia plura teſtimonia, ꝗ ponit, ab Hebraicæ veritatis tranſlatione, qua nunc vtimur, vr̄ diſcordare: qa aliquando ſumit a LXX. interpretibus: aliquādo ſicut loquēs eodem ſpiritu, quo prophetæ, ſenſum ſumit tantummodo, ſuis vtens verbis, ſuaq; diſpoſitione.

g *Reuelatur &c.* Ex fide eſt iuſtitia, et inde ſalus: quia ex impietate iniuſtitia, & inde ira. i. pœna, & hoc idē reuelatur in euāgelio. Vel reuelatur de cęlo, quod accuſat eos, quia indicauit creatorem eis, vel ſaluatorem. Ex ipſa enim cœli fabrica iratus illis Deus oſtenditur, qui ideo tam pulchra aſtra cōdidit, vt ex eis quantus & quàm admirabilis creator eorum ſit, poſſit agnoſci, & ſic ſolus adorari.

h *Super omnem impietatem.* Impietas eſt in Deum peccaſſe: Iniquitas in homines: Vel impius infidelis ſicut idololatra. Iniquus, qui prauitate operis ab æquitate diſcordat.

i *Eorum qui veritatem.* Q. Cur eis ira de impietate, cum nō cognouerint Deum? Ad quod: Poterant quidem cognoſcere ſed ſibi tollunt, malentes morari iniuſte in ſua voluptate.

k *Veritatem Dei deti.* Quia hoc dicitur: quod eſt de Deo noſcibile, eſt in illis. Q. In ſe habent vnde noſcant.ſ. naturalem rationem.

l *In iniuſtitia detinent.* Bonum eſt quod tenēt. ſed malum eſt vbi tenent. Veritatem enim tenent, ſed in iniquitate. Inueniſti Deum, inueniſti veritatem, & ipſum detinens in iniuſtitia: & quod totum per Dei opera cognouiſti, per hominis opera perdidididſti. Auguſtin. Totum conſideraſti rei ordinem, & non vis attendere, ꝙ mundus opus Dei, idolum opus fabri. Si faber idolo ſicut dedit figuram daret & cor, ab idolo ipſo faber adoraretur, quis ergo Deus tuus, nunquid qui te fecit?

*Abbe. 2. a Ex inchoata expoſitione c. præ. ad Rom. to. 4.*

m *Notum eſt Dei.* Gręgorius, Eſt, quod ex huius mundi diſpoſitione & naturali ordine aſſequi poſſumus. Ignotum uero Dei, quod omnem latet creaturam, ut ratio ſubſtantiæ eius uel naturæ, & myſterium humanæ liberationis.

*Manifeſtum*

n *Manifeſtum eſt in illis.* Aug. Quia non ſolum ratio naturalis ad hoc profuit, ſed & Deus quotidie adiuuit, ne ſola natura ſufficere uideretur.

C

*Vt ſupra ibi Deus pluribus modis cognoſcitur*

o i *Inuiſibilia enim ipſius.* Haimo, Oſtēdit quid de Deo ſcire potuerit. Pluraliter dicit, quia pluribus modis cognoſcitur.ſ. ꝙ æternus, omnipotens & huiuſmodi. Intellecta ipſa inuiſibilia per facta, quia per cœlū & terram & alias creaturas, quas immenſas & perpetuas eſſe intellexerunt, ipſum conditorē, incomparabilem, immēſum, æternum, mente conſpexerunt.

p *A creatura* Ab homine, per excellētiam, quia excellit inter alias creaturas, uel propter cōuenientiam, quam habet cum omnibus creaturis. eſt em̄ localiter in loco, cū corporibus, ſentit cū animalibus, intelligit cum angelis. ☞ vnde:

†De pe. di. 4. c. in domo. De ſac. un. c. unico uer. in pectore. Abacuc. 2. a.

a ¶Tangit eos qui non recta tradiderant.

enim erubeſco euangelium. * Vir-

a ¶Nobis, non alijs. ¶Innectat ad idem. dat ſalutem omni credenti, peccata remittit, iuſtificat, a ſecunda morte præſeruat. b ¶Valens.

tus eīn Dei eſt in ſalutem omni cre-

a ¶Quod dixit omni determinat. ¶Credenti. a ¶Gentibus omnibus. c ¶Credenti eſt in ſalutem: quia eſt ei in iuſtitiam, Quod clare oſtenditur in ipſo euangelio.

denti, Iudæo primum & Græco. Iu

ſtitia enim Dei † in eo reuelatur ex fi

a ¶Ex fide eſt Iuſtitia, & ita ſalus, ſicut Abacuk dicit: Non ex lege. b ¶Aug. Iuſtus eſt ex fide: & ita viuit æterna uita, quæ eſt merces fidei.

de in fidem, ſicut ſcriptum eſt: † Iu-

ſtus ex fide † viuit. Reuelatur e-

a ¶Venturi ad iudicium.

nim ira Dei de cœlo ſuper omnem

a ¶Non omnes impios, ſed omnes impietatis & iniuſtitiæ partes. ¶Idololatras. b ¶Quæ ex culpa eorum.

impietatem & iniuſtitiam homi-

a ¶Verum de Deo cognitionem habent.

num, eorum, qui veritatē Dei in in-

a ¶Manentes in malo opere. ¶Cum ſponte eis ſe offerat. b ¶Multa enim ſunt, quæ de Deo per naturam ſciri non poſſunt, ut de myſterio redemptionis & incarnationis. ¶i. de Deo noſcibile.

iuſtitia detinēt: quia quod † notum

a ¶Ductu rationis.

eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus

a ¶Per opus ſuum, non per doctrinam, vel inſpirationem. b ¶Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: quia. ¶Pater: ¶Alias reuelauit.

enim manifeſtauit illis. Inuiſibi-

a ¶Ab homine, non ſolum ab angelis. ¶Vel, a conſtitutione mundi.

lia enim ipſius a † creatura mun-

†de Deo cognoſci poteſt. Heb. 10. g

†creatione

## NIC. DE LYRA.

¶ a Virtus enim Dei eſt. *id eſt euangelium eſt Dei virtutis contentiuum.*

b In ſalutem omni credenti. *Tamen quātum ad effectum proficit ſolum credētibus.*

c Iudæo primum & Græco. *Per hoc non eſt intelligendum, ꝙ apud Deum ſit perſonarū acceptio. ſed hoc dicitur, quia Iudæi per notitiam legis & prophetarum, & Græci p cognitionem creaturarum, quæ eſt quædam ſcala ad aſcendendū ad Deū per cognitionē & amorē, habebant quandam diſpoſitionem præ cæteris Gentibus ad ſuſcipiendum euangelij veritatem, quod continet iuſtitiā perfectam. Propter quod ſubditur:*

d Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur. *Id eſt in euangelio manifeſte traditur.*

e Ex fide in fidē. *Id eſt in fide informi precedendo ad fidē formatā. Licet.n. ſit idē habitus, tamen dicitur informis ſine charitate exiſtēs, & ſuperueniēte charitate formatus, quia per hoc actus eius efficitur meritorius vitæ beatæ, & talis formata fides uiuificat & iuſtificat perfecte, ſicut ſcriptum eſt in Abacuk. Iuſtus autem &c.*

D

*Abac. 2. a*

f Reuelatur enim. *Poſtquam Apoſtolus affectum ſuæ charitatis erga Romanos oſtendit, hic conſequenter vitia eorū arguit. Et diuiditur in duas partes: quia primo arguit vitia Gentiliū. Secūdo Iudæorū. cap. ſeq. Prima in duas, quia primo arguit uitia eorum. Secundo, concludit intentum, ibi: Qui cum iuſtitiam Dei. prima adhuc in tres: quia primo arguit eorum uitia contra Deum. Secundo in ſeipſum, ibi: Propter quod tradidit. Tertio, in proximum, ibi: Et ſicut non probauerunt. Prima in duas: quia primo arguit eorum cæcitatem. Secundo peccatorum inſequentiū grauitatem, ibi: Et mutauerunt. Primum autem oſtendit per hoc, ꝙ Romani vigebant ratione & induſtria naturali. unde dicit Vegetius libro de re militari, quòd Romani quæſierunt dominum totius terræ & orbis non multitudine populi, nec fortitudine corporali, ſed ſapientia conſuliū & prudentia militari, propter quod ex cognitione naturali ſibi data poterant cognoſcere unum ſolum Deum verum latria colendum: Quod ſi feciſſent, tanquam de bonis naturalibus Deo grati, dediſſet eis cognitionem ſui ſupernaturalem, quàm neceſſarium eſt habere ad ſalutem, ſicut patet de Cornelio. Sicut.n. corpore diſpoſito et organizato per naturam infunditur a Deo anima, ſic talis ſupernaturalis notitia homini diſpoſito per modum prædictum, & ſicut deficiente natura in organizatione prædicta non infunditur anima, ſic homini indiſpoſito notitia fidei denegatur. Sic enim fuit de Romanis, qui de cognitione naturali Deo ingrati ſuperbierunt, & ex conſequenti cæcitatem mentis incurrerunt, & grauia peccata commiſerunt, propter quod puniēdi erant ex iuſtitia diuina. Et hoc eſt qđ dicitur:* Reuelatur e. *i. certitudinaliter expectatur.*

*Diuiſio*

*Act. 10.*

g Ira Dei. *i. iuſtitia & vindicta.* Super omnē im ſ. *contra Deum. Eſt enim pietas cultus Deo exhibitus, ſecundum Tullium. Et per oppoſitum impietas importat Dei contemptum.*

h Et iniu. ho. *i. peccatū contra ꝓximum, cum quo iuſte eſt uiuendum:*

i Eorum qui v. Dei in iniu. deti. *Veritas enim diuina, quātum eſt in ſe, parata eſt ſe manifeſtare: ſed malitia hominis impedit in eis hanc manifeſtationem, & ſic quodammodo detinet eam, ſicut impediens curſum aquæ dicitur eam detinere, quod declarat conſequenter di.*

k Quia q. n. eſt d. *i. conditionib. diuinis per rationem naturalem cognitis, cuiuſmodi ſunt eſſentialia tributa, vt ſapientia, bonitas, & ſimilia.*

l Manifeſtum eſt in il. *ſ. hominibus Romanis.*

m Deus em̄ manif. il. *Et ſubditur modus manifeſtationis, cū dicitur:*

n Inui. e. ip. *i. attributa Dei eſſentialia, ꝗ ſunt nobis inuiſibilia in ꝓſenti ſicut & eius eſſentia, eo quòd non cognoſcuntur cognitione intuitiua.*

o A creatura mundi. *id eſt ab homine, qui ſic nominatur, eo quòd habet quandam ſimilitudinem cum omni creatura. Habet enim eſſe cum*

¶ non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ vnde: Prædicate euangelium omni creaturæ.

E a *Cum co.&c.* Aug. Viderunt quo ueniendum eſſet: ſed ingrati ei, qui illis præſtitit vt uiderent, ſibi uoluerũt tribuere ꝙ uidebant, & facti ſuperbi amiſerunt etiam quod uidebant. Quod .n. curioſitate inuenerunt, per ſuperbiam perdiderunt. Quod .n. Deus dederat gratis, tulit ingratis.

*Mar. ult. d. In inchoata exp. ſ. ep. ad Rom. to. 4. & de ciui. Dei. 10. 5.*

b *Obſcuratum* Amb. Nebula .n. erroris contexit cor illorũ, qa cũ creatorẽ ex creaturis cognouiſsẽt, nec ſicut Deũ glorificaſſent, amplius obtuſi ſunt

† dum per opa intelligũtur, p uidentur

c *Stulti f. ſ.* Ecce quõ obſcuratum eſt cor, quod eſt uindicta: ſapientes in naturis rerum, ſtulti in Deo.

† potentia

*Vbi ſup.*

d *Et mu.* Aug. Hic damnat ſimulacra impiorum. alij terram, alii ſolẽ & huiuſmodi uenerabantur.

e *In ſi.im.* Exaggerat ſtultitiam ad cumulum hebetudinis oſtendendum.

f *Homi.& uo.&c.* Mos fuit ab antiquo Romanis adorare ſimulacra hoĩm: ut Romuli, Iouis, & aliorũ. maxime ab aduentu Aenææ in Italiam. Volucrũ aũt & quadrupedum & ſerpentium, ex quo Alexandria ab Auguſto uicta eſt & Romæ ſubiugata.

*Romanorũ idololatria*

† uani facti ſunt.

g *Tradidit.* qa nihil abſq; eius permiſſione fit. Prius in deſideria cordis: qđ eorum erat a Deo ſibi relictum. poſt in immundiciam actu tantam, ut corpora naturaliter repugnantia quadã ui applicarent, & uitio aptiora facerent. Augu. Manifeſtum eſt Deũ operari in cordibus hominum, ad inclinãdas eorum uoluntates, ſiue ad bona pro mĩa ſua, ſiue ad mala pro meritis eorum, iuditio utiq; ſuo aliqñ occulto, aliqñ aperto, ſemper autem iuſto.

† 19 diſt. c. hinc etenim uer. albuginem

*Vbi ſup.*

† immortalis

h *Afficiant.* Greg. Peccatũ quippe qđ pnĩa non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. unde fit ut non ſolum peccatum ſit, ſed & cauſa peccati. Ex

*In Ezec. ho. 11. poſt medi.*

† reptiliũ

F illo quippe culpa ſubſequens oritur. Peccatum uero, quod ex peccato oritur, non ſolum peccatum, ſed & pęna peccati eſt: qa iuſto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, ut præcedentis peccati merito etiam in alia cadat.

i *Qui com.* Exequitur latius per partes culpam & pœnam, ut comparet. *Quia commuta.* Oſtendit per partes mutaſſe gloriam Dei .ſ. ꝙ Deum putauerunt, qui non erat, & coluerunt & ſeruierũt creaturę potiꝰ q̃ creatori. Et exeqtur partes immundiciæ, ꝙ fęminæ in fœminas, maſculi in maſculos. in qb. comparat pænam culpæ, ut ſicut contra naturam creantem peccauerunt, ita in natura propria punirentur. unde concludit. Et mercedem.

k *Commu.ue.* Amb. Dum nomen Dei qui eſt uerus, dederunt his, qui non ſunt dij. Aug. Veritas creaturæ a Deo eſt, ſed non Deus, quam illi in mendacium conuerterunt, creaturas tanquã creatorem colentes.

*Vbi ſup.* † laudandus

† affectus cupiditates.

l *Et col.* Sed ne dicant, nõ colo ſimulacra, ſed res eorũ, ut ſolẽ. addit: *Et col.*

m *Ser.c.* hic damnat quæ in ſimulacris intelligebant.

n *Amen.* Q. hoc uerum eſt, ꝙ Deo uero benedictio eſt in ſecula: dijs autem Gentium ad tempus impietas dat honorem. Ideo quod illi dicunt, eſt falſitas.

o *Paſ.i.* uoluptates, quæ etſi delectent, ſunt paſſiones tamen naturę non nominandæ.

p *Igno.* Hai. dr̃ quaſi ſine noĩe dignitatis. Ignominioſus q deſinit hr̃e dignitatis nomen, dũ in aliquo crimine deprehendit̃.

q *Nat.u.* Putas Iuliane apl̃m ex hoc laudaſſe libidinem, quia uſum fœminę dixit eſſe naturalem? Oẽm profecto uſum fœminæ laudare compelleris, ac per hoc & ea quæ committunt̃ cum fœminis ſtupra laudabis, qa & illic utiq; uſus naturalis eſt, q̃uis damnandus, qa legitimus non eſt. unde & filij nõ legitimi, ſed naturales uocant̃, qui inde naſcunt̃. Non ergo cõcupĩam carnis in illo uerbo laudauit Apl̃s, ſed naturalẽ uſum appellauit illum uſum, vñ natura humana põt naſcendo ſubſiſtere. Nec dixit uſum coniugalem, ſed naturalem cum intelligi uolens, qui fit in membris ad hoc creatis, ut per ea poſſit ad generandum ſexus uterq; miſceri. Amb. Ac per hoc cum eiſdem membris & meretrici aliqs miſcet̃, naturalis eſt uſus, non tñ laudabilis, ſed culpabilis. Ab ea .n. parte corporis, quæ ad generandum non eſt inſtituta, ſi etiam coniuge quiſque utatur, contra naturam & flagitioſum eſt.

G

¶ Maſculi

a ¶Per ea, etſi non per legem. b ¶Non corporea vel imaginaria viſione, ſed intellectuali.

di † per ea quæ facta ſunt, intellecta a b

a ¶Quæ omnia gubernat.

conſpiciuntur: ſempiterna quoque c

a ¶Filius. ¶Conſpicitur. b ¶Spiritusſanctus. ¶Bonitas que omnia replet. ¶De hoc.

eius † uirtus & diuinitas, † ita ut ſint d e

a ¶Per naturalem rationem, et creaturæ reuelationem.

a inexcuſabiles. Quia cum cognouiſ- f

a ¶A Deo, vt unum conſiterentur principium omnium. b ¶Bene uiuendo & colendo

ſent Deum, non ſicut Deum glorifi- g

a ¶De cognitione, ſed ſibi attribuerunt, in quo uani & falſi fuerunt.

cauerunt, aut gratias egerunt, ſed h i

¶Putantes ſe aliquid eſſe, cum nihil ſint. a ¶Quæ a ſe, non a deo.

† euanuerunt in cogitationibus ſuis,

a ¶Ideo. b ¶Paulatim vſque ad inſipientiam cor eorum deductum eſt. ¶Tumore ſuperbiæ obumbrante. c ¶Id eſt ratio quia ab eis credita eſt eſſe.

b et obſcuratum eſt inſipiens cor eo- k

a ¶Ore uel corde. b ¶Ecce quomodo euanuerunt. c ¶A ſe, non a Deo.

rum. † Dicentes enim ſe eſſe ſapien- l

a ¶Ecce quomodo obſcuratum eſt cor. ¶In Deum. b ¶Non ſolum ſenſu peccauerunt, ſed etiam opere. ¶Quantum ad ſe.

c d tes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt m n

a ¶Culturam Deo incorruptibili debitam.

e gloriam † incorruptibilis Dei in ſi- o

a ¶In imaginem ei cuius erat aſſimilata.

militudinem imaginis corruptibilis

a ¶Prius. b ¶Poſt. c Maior hebetudo. d ¶Inde.

f hominis, et uolucrum et quadrupe- p q

¶Deinde. ¶Idololatriam .ſ.

dum & † ſerpentium. † Propter quod r ſ

a ¶Subtrahendo gratiam, tradi permiſit. b ¶Ecce vindicta.

g tradidit illos Deus in deſideria cor- t u

a ¶.i. a ſe ſic parati, non a Deo. b ¶Poſtea in actum.

dis eorum in immundiciam, ut † cõ- x y

a ¶Quantum ad naturam. b ¶Item uindicta.

h tumelijs afficiant corpora ſua † in ſe

a ¶Non aliunde, ſed a ſe habentes, vel in ſuo ſexu. b ¶Ill i afficiunt &c. repetitio.

i k metipſis. Quia commutauerũt ueri z

a Hoc quod ſuperius uocauit gloriam Dei. ¶Quod de Deo uerum eſt dederunt idolo ſ. quod ſit Deus. b ¶Diligenter ornando.

l tatem Dei in mendaciũ, & coluerũt

a ¶Actibus. ¶Quaſi illud eſſet melius.

m & ſeruierunt creaturę † potius q̃ crea- a b

a ¶Quamuis ab illis priuetur ſuo honore. ¶Tamen. b ¶Exaltatus ſuper omnia. c ¶Sine fine.

tori, qui eſt † benedictus in ſecula,

a ¶Q. quia ita peccauerunt in naturam creantem. ¶Iterum vindicta repetitur, ſicut ante culpa. b ¶Tradi permiſit.

n amen. Propterea tradidit illos Deus c d

a ¶Prius in ardorem libidinis, quæ eſt paſſio naturæ nec nominanda: poſt in actum. ¶Et uere.

o p in paſſiones ignominiæ. † Nã fœmi- e

q nę eorum immutauerũt naturalem

## NIC. DE LYRA.

¶ non uiuentib. uiuere cum arborib. ſentire cum animalibus, intelligere cum angelis, & quia oĩs alia creatura ſenſibilis propter hominem facta eſt, ut diffuſe tractat Grego.

† in hoc ut

*Hom. 29. in euang. to. 2.*

a Per ea quæ fa. ſunt. *i. per creaturas.*

b Intellecta co. *Sicut cauſa per effectũ. & ſic philoſophi cognouerunt Deum.*

c Sempiterna quoq; eius uir. *i. potentia, quæ eſt de dictis attributis.*

d Et di. *i. eſſẽtia diuina, de qua p creaturas cognoſcitur, q ẽ unica et ſimplex & ĩfinita.*

e Ita ut ſi. in *De cõtẽptu ipſius. Iõ ſubditur.*

f Quia cum Deum co. &c. *ratione naturali modo prædicto.*

g Non ſicut &c. *Cogitantes, ꝙ improportionabiliter excedit cognitionem noſtrã, & per conſequens ſuper omnia glorificandus.*

h Aut gratias. *De cognitione naturali a Deo ſibi data.*

† cũ ſe crederent

i Sed eua. &c. *Superbientes de ipſa.*

k Et c. &c. *Iuſto Dei indicio, propter ſuperbiam eorum.*

l Dicentes n. ſe. eſ. ſa. *In temporalibus.*

m Stulti facti ſunt. *In ſpiritualibus.*

n Et mu. gl. *Hic conſequenter arguit peccati grauitatẽ ex cæcitate ſequentẽ .ſ. idololatriã. quę maximũ peccatũ eſt in genere: qa eſt contra primũ pceptũ tabulæ & nõ ſolum unã idololatriã incurrerunt, ſed multiplicẽ. Audierunt .n. ꝙ tempore Nabuchodenoſor regis Aſſyriorũ ipſe incurrerat maleuolentiam & rebellionẽ ſubditorũ: eo ꝙ oẽs deos eorum exterminari iuſſerat per Holofernẽ, Iudith. 1. propter quod ad dilationem ſui imperij ſtatuerunt omnes deos diuerſarum gentium coli. Vnde dicit Leo papa in ſermone apoſtolorum Petri & Pauli, ꝙ ciuitas Romana cum omnibus pene dominaretur gentibus, omnium ſeruiebat erroribus. Et hoc eſt quod dicitur hic:* Et mutauerunt gloriam incorrup. Dei. *i. honorẽ ſoli Deo debitum.*

H

† 23. q. 4. c. nabuchodonoſor. uer. prædeſtinationẽ

† ignominia.

iter ſe mutuo

o In ſi. im. co. *quia cultum latriæ ſoli Deo debitum exhibuerunt Ioui, Herculi, & pluribus alijs, qui fuerunt hoĩes corruptibiles.*

*Eph. 4. c*

† ultra eũ qui condidit.

p Et uo. *ſecundũ quod dicitur in Iſa. quòd aliqui adorabant talpas & veſpertiliones.*

*Iſa. 2. d*

q Et qu. *Sicut Aegyptij colebant bouem.*

r Et ſe. *Sicut Babylonij colebant draconẽ. Et iſtas idololatrias & alias multas receperunt Romani ut dictum eſt.*

† 32. q. 7. c. uſus

*Dan. 14. a*

ſ Propter quod. *Hic conſequenter arguit peccata, quæ ſunt in proprium ſubiectum. inter quæ luxuria maxime inquinat: quia in corpus redundat. & maxime uitium contra naturam, quod eſt peſſimum, cuius tres ſunt ſpecies in generali. Prima eſt mollicies, qua aliquis per tactus proprios polluit per ſeipſum. Et hoc tangit cum dicitur.* Propter quod. *i. propter peccatum idololatriæ incurſum.*

*Tres ſpecies peccati contra naturam.*

t Tradidit illos Deus. *i. tradi permiſit in pœnam pręcedentis peccati.*

u In de. co. eo. *Ad conſequendum totaliter propriam concupiſcentiã.*

x In immundi. *i. uſque in immundicias maximas.*

y Vt con. affi. cor. ſua. *In hoc enim ualde uilipenditur natura.*

z Quia co. ue Dei in me. *i. in idolum, ipſum colendo ſicut Deum: quaſi dicat, propter idololatriam ceciderunt in uilem immundiciam.*

a Et ſeruierunt creaturæ. *In idolis.*

b Potius quam creatori, be. in ſe. *i. ab omnibus ſemper glorificãdus.*

c Amen. *Confirmatio huius dicti eſt. Secunda ſpecies peccati cõtra naturam eſt Sodomia, quæ tranſit in perſonam, in ſexu tamen indebito. Et hoc tangitur cum dicitur:*

*Secunda ſpecies peccati contra naturam.*

d Propter ea tra. illos Deus in pa. ig. *id eſt ualde ignominioſas.*

e Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem uſum in eum uſum. *Vna alteram polluendo.*

¶ Similiter autem



¶ a *Maſculi.* Aug. Iudicio n. iuſtiſſimi Dei traditi ſunt, ſiue deſe

A rendo, ſiue alio modo explicabili vel inexplicabili in paſſiones ignominiæ, vt crimina criminibus uindicarentur. Et ſupplicia peccantiũ non tantum ſunt tormenta, ſed & uitiorum incrementa.

*De nuptijs & concup. lib. 1. c. 19. to. 7.*

b *Et mercedem &c.* Aug. Sed iſtas pœnas pauci vident: propterea eas maxime commemorat Apoſtolus, & multa enumerat quæ peccata ſunt & pœnæ peccati. Inter ipſum .n. peccatum apoſtaſiæ & ultimã pęnã ignis ęterni, media quę ſunt, peccata ſunt et pęnę.

*Vbi ſup.*

† 32. q. 7. c. uſus

c *Oportuit.* Hic cauſa, pp quam traditi ſunt, ſine ulla ambiguitate monſtrat̃.

† per appetentiã ſui, alius in alium

d *Et ſic.* Item quia nõdum reſipiſcũt, in alia cadunt pro eadem culpa. Per ſicut, pęnã peccato aſſimilat, ut ſicut peccauerunt in ſenſu Dei, ſic puniti ſunt in proprio ſenſu. *Et quia non pro.* Quia non nouerũt Deum, ha. in no. quod ratio probabat. vel quia putauerunt Deum neſcire & negligere mala. Tradidit &c.

e *Omni iniquitate.* enumerat partes, ut apertius accuſet malitiam, qñ quis dãnũ molit̃ alicui. Neqtia, eſt temeritas qñ audet qđ neqt uel intẽperãtia ſui. Contẽtio, eſt impugnatio veritatis p confidẽtiam clamoris. Malignitas eſt mala voluntas, cum vltra non poteſt, uel de beneficijs gratiam non referre.

*Malicia*

*Nequitia*

† reprobã mentem

*Contentio*

*Malignitas*

f *Detractores* quia aliorum bona negant, vel inuertunt.

g *Deo odibi.* Ne leuis putetur ſuſurratio vel detractio, quia in uerbis ſunt addit de eis. *Deo odibil.* vt intelligãt ſe per ſolam ſuſurrationem & detractionẽ æternã incurrere poſſe dãnationẽ.

h *Elato.* Elati ſunt, qui nolunt pati priorem, vel patrem.

† malis prę ditos moribus

B i *Incompoſitos.* Incompoſitio corporis indicat qualitatem mentis.

k *Digni ſunt morte.* Ne putetur his tantum pęnis affligi, quibus delectantur, addit vltimam mortem æternam.

¶ Qui con-

a ¶Viri legitimi. b ¶Inter ſe agentes.

uſum in eum uſum, qui eſt contra

naturam. † Similiter autem & ma- a

ſculi relicto naturali vſu fœminæ,

a ¶Ecce peccatum uoluntatis uel deſiderij. b ¶Quæ a ſe, non a Deo.

exarſerunt † in deſiderijs ſuis in in- b

a ¶Non tantum exarſerunt, ſed &.

a uicem, maſculi in maſculos turpi-

a ¶Actu. ¶Ita &. ¶Vindictam dignam.

b tudinem operantes, & mercedem c

a ¶Quæ peccato congrua fuit. b ¶In natura ſua vindicantes Deum .i. vindictam Dei ſuſtinentes in ſuo ſexu

c quam oportuit erroris ſui in ſemet- d e

¶Alias quia.

d ipſis recipientes. Et ſicut non proba- f

uerunt Deum habere in notitia, tra- g

a ¶Vt nihil intelligant, niſi quod a probitate remotum eſt.

didit illos Deus in † reprobũ ſenſum, h

¶Opere. ¶Rationi.

vt faciant ea, quæ non conueniunt, i

¶Illos. Q. non parum habentes de. a ¶Per partes.

e repletos omni iniquitate, malitia, k l

a ¶Fornicatio omnis vſus præter legitimum connubium. b ¶Quæ eſt malta acquirere, nec ſuperflua pauperibus erogare. c ¶Dolore alieni boni.

fornicatione, auaritia, nequitia: ple- m n o

a ¶Pluraliter, quia ſunt actus & uoluntatis. p

nos inuidia, homicidijs, contentio- q

a ¶Quando aliud ſimulatur & aliud agitur. b ¶Inter amicos diſcordiam ſeminantes.

ne, dolo, † malignitate, ſuſurrones, r ſ t

f g detractores, † Deo odibiles, contu- u x

a ¶Qui dictis vel factis contumelias & turpia inferant. b ¶In honoribus. c ¶Qui nouum genus mali cuiuſcunque inueniunt verbo vel opere.

h melioſos, ſuperbos: elatos, inuento- y z a

a ¶Carnalibus uel ſpiritualibus. b ¶Sed feris indomitiores.

res malorum, parentibus non obe- b

a ¶Non diſcernentes inter bonum & malum. b ¶Habitu & inceſſu.

i dientes, † inſipientes, † incompoſi- c d

a ¶Dilectione proximi. b ¶In ſocietate.

tos, † ſine affectione, † abſque fœde- e

a ¶Non compatiuntur miſero. b ¶Item vlterius cadunt.

re, ſine miſericordia. Qui cum f g

a ¶Iuſtum Deum. ¶Duce ratione. ¶Prius. b ¶Tamen.

iuſtitiam Dei cognouiſſent, non h i

intellexerunt, quoniam qui ta- k

¶Aeterna.

k lia agunt, digni ſunt morte, † non l m

ſolum qui ea faciunt, ſed etiam n

## NIC. DE LYRA.

¶ a Similiter au. & maſ. *Vnus alterum polluendo.*

† expertes intelligẽtiæ

† alieni à charitatis affectu.

b Exarſerunt in deſi. ſuis. *Ex vehementi .n. ardore luxuriæ talis uilitas procedit.*

c Et mercedem. *i. punitionem.*

d Quam opor. *i. decuit.*

e In ſemet. r. *de permittente iudicio ſuo iuſto. tertia ſpecies peccati contra naturã eſt, quando exercetur in ſpecie aliena .ſ. coitus cum beſtijs: pp quod uocatur beſtialitas. & eſt peſſimum. Et communiter dicitur uitium innominabile. propter quod Apoſtolus tacet de iſta ſpecie, licet forte eam incurriſſent, ſicut alias duas præcedentes.*

*Tertia ſpecies peccati contra naturam*

• qui

f Sicut non &c. *Hic conſequenter arguit peccata eorũ in proximũ, & primo peccata commiſſionis. Secundo, omiſſionis, ibi: Parentibus inobedien. Circa primum tangit peccata operis, dicens:* Et ſicut non proba. Deum ha. in no. *i. non curauerunt de Dei notitia.*

g Tradidit il. *i. tradi permiſit.*

h In reprobum ſen. *i. in peruerſum iudicium optima iudicando, quæ ſecundum veritatem ſunt peſſima. & hoc fit per malum habitum acquiſitum, ſicut guſtus male diſpoſitus amara iudicat dulcia & econuerſo.*

i Vt faciant ea, quæ non con. *ſ. rationi rectę, qua homo debet uti. Et quæ ſint illa primo explicat in generali, di.*

k Repletos omni ini. *propter auerſionem a Deo, quę eſt in omni pctõ.*

l Malitia. *propter conuerſionem indebitam ad creaturam. Secũdo, magis explicat in ſpeciali, dicens:*

m Fornicatione. *ſequendo concupiſcentiam carnis.*

n Auaricia. *ſequendo concupiſcentiam oculorum.*

o Nequitia. *quãtũ ad ſupbiã uitę. Nequã .n. dicitur a nequeo nequis: ſuperbus .n. qđ neqt attingere rõne ſibi debita, aſſequi nititur ex ſupbia.*

p Plenos inui. *quæ ſequitur ex ſuperbia. Eſt .n. triſtitia de bono alieno, inquantum æſtimatur proprij boni diminutiuum.*

q Homici. con. *quæ ex inuidia oriuntur, ſicut patet de Cain, qui fratrẽ ſuum per uerba iniurioſa occidit, vt dictum fuit in Gen.*

*Gen. 4. a*

r Dolo, mali. *talia procurantes, quando non audent facere manifeſte. Secundo tangit peccatum oris, dicens:*

C

ſ Suſurrones. *q occulte nitũtur p verba ſua bonorũ amicitiã ſeparare. vnde Ecc. Suſurro & bilinguis maledictus, turbauit .n. pacem habẽtes.*

*Ecc. 28. b*

t Detractores. *occulte alicuius famã denigrãtes. Differũt .n. ſuſurro & detractor fine: qa vnus intẽdit ſeparare amicitiã. alius denigrare famã.*

*Differunt ſuſurro & detractor*

u Deo odi. *propter hæc uitia.*

x Contumelioſos. *dicẽtes alijs opprobria.*

y Superbos. *De magnis falſo ſe iactantes.*

z Elatos. *alijs ſupprimentes.*

a Inuentores ma. *verbis malis & exemplis alios corrumpentes.*

b Parentibus. *Hic explicat peccata omiſſionis, cum dicitur:* Parentibus non ob. *Ad qđ tenẽtur parẽtibus carnalibus, eo ꝙ hẽnt ab eis eſſe & nutrimẽtũ. & parẽtibus ſpũalibus, eo ꝙ hẽnt ab eis regimẽ et documẽtũ.*

c Inſipientes. *Eo quòd non recipiunt a parentibus documentum, & ex conſequenti.*

d Incompoſitos *in actu, habitu & geſtu.*

e Abſ. fœ. *i. ſine fidelitate amicitię ad alios.*

f Sine miſe. *ad pauperes & afflictos.*

g Qui cum iu. Dei. *Hic Apoſtolus concludit intentum ex prædictis. Ex quo .n. erant ſic culpabiles, ſequitur ꝙ erãt damnabiles, niſi fuiſſent adiuti gratia Dei. Ideo dicit.* Qui cum iu. Dei. *i. Deum eſſe iuſtum.*

h Cognoui. *ratione naturali. hoc .n. omnis intellectus & natura clamant.*

i Non intellexerunt. *propter cęcitatem in eis cauſatam ex peccatis vt prædictum eſt.*

k Quoniam qui ta. agunt *horribilia.*

l Digni ſunt mor. *non ſolum temporali, ſed etiam æterna.*

m Non ſo. qui ea fa. *digni. ſunt hac pœna.*

n Sed etiam &c. *Et iſti ſunt fauentes & pſtantes auxiliũ, & illi q tenẽtur corrigere, & tacent. Et hæc correctio duplex eſt. Vna fraterna, ad quã oẽs tenẽtur, nõ tamẽ ad ſp, ſed p tpe debito & loco & alijs circunſtantijs debitis concurrẽtibus. Alia eſt correctio punitionis: ad q̃ tenẽtur oẽs ſuperiores ex officio ſuſcepto. et hæc correctio nõ ſolũ eſt pp emendationẽ peccãtis, ſed magis pp bonũ cõe, pp qđ nõ dẽt ſuperior ceſſare a tali correctione pp obſtinationẽ ſeu peiorationem peccãtis. ſicut fit in correctione fraterna, q̃ tãtũ ordinatur ad emẽdationem fratris. ſed punire dẽt obſtinatũ ẽt morte, ſi expediat p bono reipublicæ. Quoniã dictũ eſt in hoc ca. ꝙ pp peccatũ idololatriæ tradidit Deus Gẽtiles in pctã luxuriæ viliſſima & plura deteſtabilia: Propter qđ ad maiorẽ dictorũ euidẽtiã q̃ritur: Vtrũ vnũ peccatũ poſſit eſſe alterius pcti pęna. Et arguitur, ꝙ non. Primo qa pęnæ iuſtę ſunt & a Deo vt patet p Au. quamq; peccatũ aũt nõ eſt iuſtũ, nec a Deo. ergo &c. Itẽ pœnæ ſunt adductæ, vt p eas hoĩes adducãtur ad bonũ virtutis, vt patet per philoſophũ. ſed per peccatũ nõ reducitur hõ ad bonũ uirtutis, ſed magis ad oppoſitũ ergo &c. Cõtrariũ videtur in litera. In pęnã .n. idololatriæ Gentilium, inducta ſunt alia peccata enormia. Reſpondeo. de peccato poſſumus loqui dupliciter .ſ. per ſe, & per accidens. Per ſe vero conſideratur peccatum, ſecundum quòd egreditur a voluntate ſic enim habet rationem culpæ: propter quod ſi nullo modo eſt uoluntarium, non eſt peccatum. Et hoc modo unum peccatum non poteſt eſſe pęna alterius peccati: quia de ratione pœnæ eſt, quòd ſit contra uoluntatem. & ſic manifeſtum eſt, quòd per ſe loquendo peccatum non poteſt eſſe pœna peccati. Per accidens autem peccatum poteſt eſſe pœna peccati tripliciter. Primo ex parte cauſæ, quę remouet prohibens. Cauſæ .n. inclinantes ad peccatum ſunt paſſiones inordinatæ, tentatio diaboli, & alia huiuſmodi, quæ impediuntur per diuinum auxilium, quod iuſte ſubtrahitur propter peccatum, talis ſubtractio eſt huius peccati pœna, & eſt a Deo, qui iuſte retrahit auxilium ſuum ab ingrato. & ſic peccatum ſequens propter ſubtractionem diuini auxilij per accidens dicitur pœna præcedentis peccati. Et hoc modo loquitur Apoſtolus, dicens: propter quod tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum &c. qa ſubtrahẽdo ſuum auxiliũ pmittũtur peccatores uinci a paſſionibus ſuis & dæmonum tentationibus. Alio modo põt eſſe pęna ex parte ſubſtãtiæ actus peccati, qui afflictionẽ inducit & hoc ſiue ſit actus interior, vt patet in ira & inuidia, qui notabiliter affligũt ipſum iratũ & inuidũ: ſiue ſit actus exterior, ſicut aliqui grauibus laboribus & dãnis opprimuntur aliquando, ut expleant actum peccati, ſecundum illud. Laſſati ſumus in via iniquitatis. Tertio modo ex parte effectus conſequentis.*

*Correctio duplex.*

† Dei oſores

D

† pactorũ haud quaquam tenaces

† ſedifragi

*An unum peccatum ſit alterius pęna.*

*Lib. 83. q. 10. 4.*

- nõ intellexerunt

† 27. q. 1. [illegible] uiduas in fine.

¶ Et hic

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Qui conſentiunt*. Conſentire eſt tacere cum poſſis arguere.
E Vel errorem fouere.

NICOLAVS DE LYRA.

Sap. 5.b ¶ *Et his duobus modis vltimis vnum peccatum non ſolum eſt pœna præcedentis peccati, ſed ēt ſui. Ad primū patet, ꝙ procedit de peccato ſecundū ſe cōſiderato. Ad ſecundum dicēdū, ꝙ hæc punitio qua aliqui permittūtur a Deo in alia peccata ruere, ad bonum virtutis ordinatur, & quandoq; ad bonum peccantium. ſ. cum poſt peccatum humiliores & cautiores reſurgūt. ſemper autē ordinatur ad bonum aliorum, qui uidentes tales de peccato in peccatum ſic ruere, magis reformidant peccare.*

¶Vt nullus excuſetur.
qui conſentiunt facientibus.

In ca. j. vbi dicitur in Poſtil. Segregatus in euangelium Dei.

ADDITIO I.

Dupliciter legitur Apoſtolus fuiſſe ſegregatus. Vno modo ab vtero ſynagogæ ſeu doctrinæ Phariſæorum corpore & mente. De quo intelligitur illud Gal. (Gal. 1.c) Qui me ſegregauit ab utero matris meę .i. ſynagogæ. Alio modo ſegregatus legitur ab alijs apoſtolis, non mente, ſed corpore. vnde in Act. (Act. 13.a) Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod aſſumpſi eos &c.

In e. c. j. vbi dr̄ in Poſt. Ideo declaratur quale ſit illud euāgeliū.

ADDITIO II.

Euangelium fuit pluribus expreſſe promiſſum in Eſa. (Eſa. 41.g) vbi dicitur: Primus ad Sion dicet: Ecce aſſum: & Ieruſalem euangeliſtam dabo, prout fuit ibidem in additione declaratum &c.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. Ad obediendum fidei.

ADDIDIO III.

Hoc quod dicitur hic: Ad obediendum fidei: videtur cōtinuari cum præcedētibus & ſequentibus ſic intelligendo: Accepimus apoſtolatum in omnibus Gentibus ad obediendum fidei .i. ut faciamus Gentes obedire fidei.

In e. c. vbi dicitur in Poſtil. Non enim erubeſco euangelium.

ADDITIO IIII.

In hoc quod dicitur: Non. n. erubeſco euangelium, videtur ſecūdum glo. increpare illos, qui crucē Chriſti putant ignominiam: vnde de cruce confundebātur, de qua potius gloriari deberēt cum Apoſtolo: & ſequitur ratio cum ſubdit: Virtus deeſt. i. virtutem Dei annunciat, non infirmitatem: ſapientiam, non inſipientiam. Hæc in glo.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. iuſtitia enim Dei in eo reuelatur.

ADDITIO V.

Iuſtitia Dei reuelatur in euangelio ex fide in fidem. ſ. ex fide Dei promittentis, in fidem Dei promiſſa implentis. Nam ſicut antiqui iuſtificati fuerunt ex fide, qua crediderunt Deo promittenti ſalutem futuram per Chriſtum, ſic moderni iuſtificantur in fide qua credunt Deum impleuiſſe per Chriſtum promiſſionem prædictam, quod probat per Abac. (Abac. 2. a) Iuſtus autem ex fide viuit, indifferenter loquens de præterita fide ſiue de præſenti &c.

In e. c. vbi dr̄ i Poſt. Vtrū unū pc̄tm̄ eē poſſit alteri⁹ peccati pęna.

ADDITIO VI.

Hæc q̄ſtio moueť a S. Tho. & ſoluiť eodē mō ſub eiſdē uerbis. (1. 2. q. 82. art. 2. in corpo. q.)

GLOS. ORDIN. CAP. II.

*Ropter q. &c.* Hoc cōiter de Gētibus & Iudæis. Iudæus iudicabat Gētilē, pp priorē ſtatū. Gētilis Iudæū. vterq; hō, nō ſpūs. Si Iudæus iudicat Gētilē de idololatria, & ipſi idololatræ. Si Gentilis Iudæum de legis præuaricatione, & ipſe præuaricator naturalis legis.
b *Inexcuſabi.* quia tu ipſe teſtis es damnationis tuæ, dum alium iudicas, quare hoc? quia eadem agis.
c *Qui iu.* In quo oſtēdit ſe eſſe, qđ nō eſt. i. iuſtū. *Qui iu.* Propter Iudæos hoc & ſi nōdū eos noīatim exprimit, q in lege gl'iant, & agūt, q̄ dānāt. & qa nōdū noīatim eos exprimit, iō dicit: Ira in oēm aīam hominis operātis malū Iudæi & Græci. Et gloria omni operanti bonum, Iudæo & Græco. (F) († Nam hoc ipſo quod) († qui)
d *Eadē e. ag.* Inanē excuſationē Gētiū & Iudæorū ſua autoritate deſtruxit Apl̄s. poſſet. n. excuſationē peccati ſui dicere Iudæus. Et ſi eadem me Iudęū defendit genus & lex, me Gentilem ignorantiam, contra Apoſtolus.
e *Qui ta. ag.* Haimo. Qui talia faciūt, q̄ in alijs reph̄ēdūt. Qui in iudicio attēdūt pſonas potētū, diuitū, ppīquorū.
f *Exiſti. autem hoc o. hoc.* Cōiter legitur hoc capitulum contra Iudæos & Gētiles, poteſt tn̄ ſpecialiter legi cōtra ſuperſtitioſum quemlibet ecl̄iæ p̄latū:
g *Quia tu ef.* Peccas dū tibi impunitatem promittis. grauius: quia contēnis bonū Dei, & ignoras te cōtēnere, & an hoc facis? Increpatio. quaſi, mirū.
h *An di. b.* Amb. Copioſa eſt bonitas q̄ multa & multis peccātibus multa bona miniſtra blādiens ut ad pn̄iam attrahat. Copioſa patiētia, q̄ tot & tāta peccātes ſuſtinet, nec cito ponit: & hoc eſt lōganimitatis, qa nō ad horā eſt, ſed longa, p multa expectās tp̄a. Hæc cōtēnit, q nō ſic utiť ad pn̄iā, ut Deus ītēdit, ſed ad impunitaē uertit. (Bonitas patientia copioſa) († tolerantię & lenitatis) († patientiā) († inuitat)
i *Patiētiæ & lō.* Aug. Patiētia eſt, qua per ſuperbiam & procaci mente peccantes non ſtatim punit. longaniminitas eſt qua per infirmitatem, & non deliberati animi malitia peccantes diu portat expectans ad pœnitentiam. (Libr. de patientia cap. 1. to. 4.)
k *Ignoras.* Tres peccatorū gradus in his tribus verſibus annotātur. Primus dum impunitatem promittis, ibi: Exiſtimas. Secundus, & grauior, quia contemnis donum Dei, ibi: An diuitias. Tertius & grauiſſimus, quia ignoras te contemnere, ibi: Ignoras &c. (Peccatorū tres gradus)
l *Secundum autem duritiam.* Sunt enim quidam, quibus mala, quæ agunt, diſplicent, & ducti pœnitentia cordis:
quatenus

CAP. II.

a ¶Quia omnis faciens & conſentiens dignus eſt morte.

Ropter quod inexcuſabilis es o hō, omnis qui iudicas. † In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim agis † quæ iudicas. Sci-mus enim, quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc o homo, omnis qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & † patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad † pœnitentiam te † adducit. † Secūdum autē duritiam

(a ¶Tam Iudæus quam Gentilis. — a ¶Quia uos ita opinamini: nos autem ſcimus. vel vere inexcuſabilis es. ¶Alias autem. — a ¶Æquitatem rei non perſonas. b ¶Contra. c ¶Siue Iudæos ſiue Gentiles. — a ¶Increpatio cum ironia. ¶Nos ita ſcimus, ſed tu exiſtimas. ¶Opinatis. — ¶Carnalis. a ¶Aug. quia hæc poteſtas data eſt tibi, & non eſt in mundo, qui te iudicet. hoc quantum ad prælatos. b ¶Quæ ſupra. — a ¶Hoc. ſ. ¶Quocunq; modo. — a ¶Cur ergo modo non punit, quia bonus expectat quod ignoras, an di. b ¶Copioſam bonitatem. — a ¶Patientiam & longanimitatem. b ¶Aug. quia modo tempus miſericordiæ. — a ¶Seuere loquitur, quia mens non reuocatur niſi timore. ¶Ecce Deum neſcis miſericordem. — ¶Alias: patientiam — a ¶Quantum in ſe. b ¶Sed quia tu durus, & in malo tuo pertinax, de quo nec corde pœnites.)

NIC. DE LYRA. CAP. II.

Ropter quod. *poſtquam Apoſtolus arguit vitia Gentilium, hic cōſequēter arguit vitia Iudæorū. Et diuiditur in tres. quia primo oſtēdit eos in culpa et pęna Gētilibus ſimiles. Scđo, quo ad aliq peiores, ibi: Si aūt tu Iudę⁹. Tertio, quo ad aliqd meliores, ī principio ſe. c. Prima adhuc ī duas: qa p̄rīo circa ppoſitū oſtēdit veritatē. Scđo remouet quorūdā errorē, ibi: Exiſtimas. Primū oſtēdit duplici rōne. Prima eſt, qa apud Gētiles idololatria reputabatur meritoria, & fornicatio licita, pp qđ talia publice agebāt. Iudæi uero p legē a Deo ſpāliter ſibi datam cognoſcebāt ambo eſſe phibita, pp qđ ī manifeſto a talib. abſtinebāt, ne ſđm legē punirētur: ī occulto tamē hæc operabātur: pp qđ in pc̄tō erāt Gētilib. ſimiles. Et iō ī fine p̄ce. ca. vbi dixit Apoſtolus: Quoniā q talia agūt, digni ſūt morte, cōcludit:* Pro. q. in. es o. h. *i. tu Iudæ⁹ Gētiliter viuēs, q iudicas temerarie Gētiles. Et cā ſubdiť:* In q. e. i. etc. *Et patet lr̄a.* (Diuiſio) (H)
b Sc. *Hic ponitur ſcđa rō. Licet. n. īter pc̄tā manifeſta & occulta ſit diſtinctio q̄tū ad humanū iudiciū, p qđ tātū puniūtur manifeſta: tamē q̄tū ad diuinū iudiciū nō eſt in hoc diſtinctio. qa punit ſecreta ſicut et manifeſta, eo ꝙ ei nihil ē occultū: nā hō videt ea, quę patēt: De⁹ āt ītuetur cor. Et iō Iudæi, q ſimilia pc̄tā faciebāt ī occulto, erāt ſimiliter puniēdi, ſicut et Gētiles faciētes talia ī manifeſto & ſic hētur ppoſitū. ſ. ꝙ Iudæi ſimiles Gētilib. erāt. Hui⁹ rōnis ponit virtutē dicēs:* Scimus &c. ue. *i. ſecundum æquitatem iuſtitię.* (1. Re. 16. b)
c In eos qui ta. a. *publice vel occulte.*
d Exi. a. *Hic remouet circa dicta duplicē errorē. Scđm remouet, ibi: Nō. n. eſt ac. quorū prim⁹ eſt: qa aliq impunitatē attribuebāt ſibi ex dilatione punitiōis diuinæ, quaſi eēt oblita pc̄tā ſua. hoc remouet tanq̄ erroneū: qa hoc puenit ex Dei patiētia, q̄ cōcedit pc̄tōrib. tp̄s pn̄ię, ut ſi nō pęniteāt, appareat eorū cōdēnatio magis iuſta, & ſimiliter pſeuerātiū p̄miatio ī bono. Hāc ſn̄īam deducit Apoſtolus diffuſe di.* Exiſtim. aūt. *hoc erroneū.*
e O homo &c. *i. o tu Iudæe, qui indicas Gentiles temerariè, ut dictum eſt.* († Sed iuxta)
f Quia &c. i. d. *i. ei⁹ punitionē pp pęnę dilationē. q. d. nō ſic erit, ſed magis cōtrariū, qa tu abuteris tp̄e miſę tibi dato ad pœnitēdū. Iō ſubditur:*
g An di. *id eſt abundantiam.*
h Boni. eius *qui a malis non ſubtrahit bona naturæ.*
i Et patientiæ. *qua differt illationem pœnæ.*
k Et longa. *qua diu expectat conuerſionem hominum a malo culpæ.*
l Contemnis? *q. d. ſic impunitatem tibi arrogando.*
m Ignoras quoniam be. Dei. *te tolerans.*
n Ad p. t. a. *q̄tū ē ī ſe: qa īſtīct⁹ ſuos ad bonū a malis nūq̄ auſert peni⁹ q̄diu ſūt ī via: ſed ipi repellūt eos, et ſic remanēt ī fęcib. ſuis. iō ſubditur:*
o Scđm a. d. &c. *qa nō cedit diuino īſtīctui. durū. n. ī corporalib. dr̄, qđ*
¶ non cedit



quatenus eis daē ex eis exire laborāt: de quibus hic non loquitur. Sunt alij qbus placēt mala, & de mīa Dei nimis p̄ſumentes in eis ptinaciter pdurant, in quo illius oſ̄dunt patientiā, & ſuam cumulāt ſarcinā deterius peccando. Sunt & alij quibus diſplicent qdē mala, ſed qm̄ grauia eſſe intelligunt, putāt ſibi iā nō poſſe ignoſci, ſicut ille q dixit: (Gen. 4.b) Maior eſt iniquitas mea &c. Illi ergo nimia ſpe Deū nō iuſtū autumāt: iſti vero deſperatione Deū non bonū eſtimāt. Ex vtroq; ergo periclitabunē & ſperando contrarijs rebus & cōtrarijs affectionibus laborantes peribūt. (A)
e Lex enim. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ talis eſt. Promiſſio cum ſit de bono, non innititur rei quæ eſt prouocatiua iræ: quia non haberet firmitatem*



a *Qui tra.* Mos Chriſti, interitum veteris vitæ ſignat, & in reſurrectione noua uita, quæ a iuſtificatione incipit, & in immortalitate perficitur. Mors & reſurrectio Chriſti in nobis efficiendo ſunt idem, quia liberauit nos a peccatis, & a iugo diaboli, Sed ſignificando ſunt diuerſa, quia mors ſignat vt moriamur ueteri vitæ. reſurrectio ut in nouitate vitæ ambulemus, & ſic tandem in nouitatem immortalitatis, ſicut Chriſtus iam, reſurgemus.

A

† robuſtus factus

*Infra 6.a*

NIC. DE LYRA.

¶ *non cognoſco. propter quod Abraham non fuit punitus, ſicut Zacharias pater Iohannis, eo quod dubitauit de promiſſione Dei.*

*Luc.1.*

a Sed con. &c. *i. attribuens promiſſum diuinæ bonitati, non ſuis meritis.*

b Pleñſci. *etiam per rationem naturalem, per quam cognouit omnia fore Deo poſſibilia.*

c Id. & re *Hic concluditur correlarium, ſcilicet, quod fides Abrahæ non ſolum valuit ſibi, ſed etiam nobis, qui ſumus imitatores fidei ipſius*

¶Confirmatus.

dentia: ſed † confortatus eſt fide,

a ¶De conſtantia fidei. b ¶Multo intuitu virtutis Dei.

dans glõriam Deo, † pleniſſime

a ¶Hæc gentes imitari debent credentes, quod quecũq; &c. b ¶Non prædixit quia ipſe facit, ſi alius faceret, non eſſet promittere, ſed prædicare.

ſciens, quia quæcunq; promiſit

a ¶Vt promittere, ita leuiter. b ¶Quia confortatus eſt in fide, accepit promiſſum, & iuſtus factus eſt.

Deus, potens eſt & facere. Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

a ¶Quaſi aliquis dicat, quid hoc ad nos? b Ad laudem ipſius.

Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, quia reputatum eſt

a ¶Inſtruendos. b ¶Ad iuſticiam fides.

illi ad iuſtitiam: ſed & propter nos, quibus reputabitur credentibus

a ¶i. Deum pa. b ¶Quaſi quod hoc fecit nobis proderit. c ¶i. ſepulchro, qui proprie eſt locus mortuorum.

in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis:

a ¶A Deo patre, Iuda & Pilato. ¶In mortem. b Tollenda iure diaboli deſtructo. c ¶In quo noua uita ſignatur. d ¶Vt iuſte uiuamus, quod aliter non poteramus.

qui trãditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

ſius & hoc eſt quod dicit: Ideo & re. & *ſubditur,*

C

d Non eſt au. ſcr. *Ex quo patet, quod etiam facta ſingularia patrum ponuntur in ſacra ſcriptura, vt quædam vniuerſalia, non per prædicationem. ſed per exemplaritatem, hoc enim duplici modo dicitur vniuerſale, ſicut ſol dicitur cauſa vniuerſalis generabilium. Cætera patent.*

† certus factus

GLOS. ORDIN. CAP. V.

Iuſti. Quia ex fide eſt iuſtificatio, igitur pacem cum Deo habete. Q Hæc diſſenſio eſt contra Deũ.

a *Ex f.* Superius dixit iuſtificati gratis ꝑ gr̃am, ne ipſa fides ſupba ſit, qa qd habes qđ nõ accepiſti?

b *Pacem ha.* Quia ei reconciliati pçr miniſtrum gratie Chriſtum.

c *Per quem.* enumerat beneficia, quæ a Chriſto habentur.

d *Tri.* quod tribulatio nõ tollit patiẽtiã, facit charitas, quæ eſt donum ſpiritus.

e *Spẽ.* i. certitudinẽ gloriæ futuræ, q̃ humanç rõni vana vr̃, ſed teſtimonio uirtutis firmatur, patiẽtiæ. ſ. & miraculorum.

f *Spes au. non.* Quia ẽ in Deo q nõ fallit, non in hoĩe mẽdace, cuius ſpei pignus ẽ ſpũs, legit, Fõs aq̃ tuæ ſit tibi proprius, & nemo alienus cõicet tibi. ipſe ẽ ſpũs, quẽ nõ poſſunt accipere mali & charitas ẽ, quã habere, & malus eſſe nõ põt aliqs Sed nomẽ Chriſti habere & baptiſmũ, corpus domini ſumere, & cætera ſacramenta habere, & malus eſſe poteſt. Charitas ergo eſt proprium donum ſpiritus, & ſingularis fons.

B

g *Charitas Dei diff.* Vel Deus late nos diligit, & hoc habemus in cordibus noſtris per ſpiritum, qui facit nos intelligere claritatem Dei erga nos.

-filiorum

h *Vt qd. n. Chri.* Cũ Deus nos diligat, vel nos eũ ꝑ ſpiñ, ſpes implebiẽ, qa niſi ita ſit, fruſtra eſt paſſus Chriſtus. Et hoc eſt cur Chriſtus ꝓ ĩpiis. i. ꝓ dilectiõe ĩpiorũ vl' ꝓ vice eorũ. ꝓ ĩpiis, ñ q oli fuiſsẽt, & nõ tũc, ſed cũ eſſem⁹ infirmi in peccatis

☞ *Secundum tempus*

NIC. DE LY. CAP. V.

Iuſtifi. igi. *Superius Apoſtolus abſtulit a Romanis & Iudæis credentibus diſcordiæ materiam, oſtendens, quod nullam haberent adinuicem præexcellentiam, hic conſequenter inducit eos ad unitatis concordiam, oſtendens, quod vtrique iuſtificati eſſent per fidem & gratiam Chriſti eis communem. & diuiditur in duas, quia primo oſtendit uirtutem fidei in credentium iuſtificatione. ſecundo eius pfectionem in veteris legis ceſſatione, ca. vij. Prima in duas, quia primo oſtendit propoſitum. ſecundo remouet erroneum dictum, c. ſequenti. Prima adhuc in tres. primo oſtendit virtutem fidei in iuſtificatione credentium. ſecundo huius iuſtificationis motiuum, ibi: Vt quid enim. tertio modum ibi, Propterea. Prima adhuc in duas, quia primo propoſitum oſtendit ex conſecutione boni. ſecundo ex tolerantia mali, ibi, Non ſolum autem. Circa primum conſiderandum, quod iuſtificatio eſt motus ad iuſtitiam, ſicut albatio eſt motus ad albedinem, Et iſte motus ad iuſtificationem poteſt accipi dupliciter. Vno mõ ꝑ modũ ſimplicis generationis abſq; receſſu a termino impietatis: ſicut Adam fuit iuſtificatus in ſtatu innocẽtiæ. Alio mod per modum mutationis uel motus, qui includit receſſum a termino culpæ,*

*Diuiſio*

*Iuſtificatio quid*

CAP. V.

a ¶Non lege, non ex nobis.

Iuſtificati igiẽ ex

a ¶Quam non habetis dum inuicem arrogatis.

fide pacẽ † hẽamus ad Deũ p

a ¶Per auxiliũ & gratiã eius ¶Cuius opera.

Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum: per quem acceſſum habe-

¶Non modo ad Deum, ſed & in gratiam.

a ¶Bonam uitæ obſeruantiam.

mus per fidem in grãtiam iſtam

a ¶Qui cecidimus in Adam. ¶Spe ſupernæ claritatis erecti. b ¶De eo quod ſperamus gloriam quam habent filii Dei.

in quã ſtam⁹, & glõriamur in ſpe

a ¶Angelorum vel ſanctorum Dei. b ¶Gloriamur de ſpe gloriæ.

gloriæ filiorum Dei. Non ſolũ

a ¶Per gratiam eius.

autẽ: ſed etiam glõriamur in tri-

a ¶Quibus itur ad gloriam. ¶Quas pro Chriſto patimur. b ¶Cur gloriamur, quia ſcimus?

bulationibus, ſciẽntes, qꝛ tribulatio patientiam operatur. † Patien-

¶Per exercitium docetur ſtrenuus.

¶Purificationem.

tia autẽ probationem, probatio-

a ¶Non facit erubeſcere, quia impletur.

autem ſpem. Spes autẽ non † confundit, quia chãritas Dei diffuſa

a ¶Conſtat eam implendam ex eo quod iam ſpiritum in arrham habemus.

¶Non a nobis eſt.

eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ

a ¶Deus eſt & Dei donum. b ¶Niſi ſpes implenda ſit.

ſctm̃ q dãtus eſt nobis. † Vt quid,

¶Quaſi indigentes medico. ¶In peccatis.

. n. Chriſt⁹ cũ adhuc ĩfirmi eẽm⁹

*culpæ, ſicut iuſtificatur homo tẽpore lapſæ naturæ & hoc mõ accipitur hic iuſtificatio. veruntamen, qa mutatio denominatur a termino ad quẽ, & non a termino a quo, ſicut dealbatio ab albedine, ad quã terminatur & non a nigredine ſeu media colore unde incipit, ſic iuſtificatio nõ denominatur a culpa vel impietate, a qua incipit, ſed a gratia ad quã terminatur, ita, qꝛ magis dicitur iuſtificatio, quã pc̃ti remiſſio, licet vtrũq; includatur. Iſte uero acceſſus ad gratiã eſt ꝑ Deũ ſicut per agẽs principale, per humanitatẽ vero Chriſti ſicut per agens inſtrumentale, coniunctum tamen: per fidem uero ſeu ſacramenta fidei, ſicut per agens inſtrumentale ſeparatum. ſic ædificatio domus eſt ab artifice principaliter, a manu eius ſicut ab inſtrumento coniuncto, & a ſecuri ſicut ab inſtrumento ſeparato. & hæc tanguntur hic in iuſtificatione, cum ſequitur,*

† habemus

a Iuſti &c. *ſicut ex inſtrumento ſeparato communi Iudæis & Gentilibus.*

D

b Pacem ha. *i. concordiam. q. d. vnitas fidei & ſacramentorum debet eſſe cauſa fidelium.*

c Add. *q eſt cã principalis noſtrç iuſtificatiõis*

d Per do. no. Ie. *q ſecundum humanitatẽ eſt noſtræ iuſtificationis inſtrumẽtũ coniunctum.*

e Per quẽ ac ha. *ſ. ad Deum, tanquam per mediatorem Dei & hominum.*

f In gratiam iſtam, *quæ iuſtificat formaliter*

g In qua ſtamus, *in præſenti. & quia arra gloriæ, ideo ſubditur,*

h Et gl. in ſ. & c. fi. *i. ſanctorũ. q mõ ſpãli dicuntur filij Dei, qa nõ ſolũ ſũt filij Dei, ꝑꝑ ſimilitudinem naturæ, quæ eſt in oĩb. hoĩb. & ſimilitudinem gratiæ, quæ eſt in ſolis iuſtis. ſed ẽt ꝑꝑ ſimilitudinem gloriæ, quæ eſt aſſimilatio perfecta. Scimus qa cũ apparuerit ſimiles ei erimus.*

† Iaco.1.a 1.Ioan.3.

i Non ſo. au. *Hic Apoſtolus oſtendit iuſtificationis effectum quantum ad tolerantiam mali pçnæ. & quia nullus malum appetit, niſi ꝑꝑ bonũ coniunctũ, ſicut potionem amaram propter ſanitatẽ. iõ Apoſtolus oſtendit coniuncta malo pœnæ ſi patienter tolerentur, quam tolerantiã facit iuſtificatio, quæ eſt per gratiã. ideo dicit,* Non ſolum au. *ſ. gloriamur in adeptione boni.*

† pudefacit

k Sed e. g. i. t *q̃ ſũt mala pçnalia. & ſubdit cã.*

l Scientes quia tri. pa. o. *i. facit ſicut artem citharizandi facit frequens citharizatio.*

m Patientia autem probationem. *i. purgationem peccatorum. ſicut enim macula peccati auffertur per cordis contritionem, ſic reatus pçnæ per tribulationem patienter toleratam.*

† Nã Chriſtus

n Probatio au. ſpem. *i. certam expectationem beatitudinis, quia remota culpa & pæna, patet liber acceſſus ad gloriam.*

o Spes au. non confun. *i. tollit erubeſcentiam, inquantum homo non fruſtratur, eo quod expectabat.*

p Quia charitas, *quæ eſt arrha gloriæ.*

q Diffuſa eſt in cordibus noſtris *ſicut liquor precioſus in uaſis.*

r Per ſpi. *qui charitatem infundit, qui datus eſt nobis, non ſolũ in dono ſuo ſed ẽt in ſeipſo inq̃tum ꝑ charitatem habetur in nobis nouo modo.*

s Vt quid. n. *Hic tangit Apoſtolus noſtræ iuſtificationis motiuum. & primo hoc motiuũ excludit a nobis, dicẽs.* Vt q. &c. in. *ſ. infirmitate pc̃ti.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Secundum tem.*i per triduum tantum.ne deſperes de eius po tentia,cuius apparet in morte beneuolẽtia,a quo tales arrhas accepimus, quod donauit impiis mortem ſuam,qui ſeruat iu ſtis uitã ſuam. Mortuus eſt pro te o homo mortalis, vt uiuas cum illo. Suſcepit mortem noſtram, ut donaret nobis uitam ſuam, accepit ex te, unde moreretur pro te. Induit ſe, vt pro te moreretur, induet te, ut cum illo uiuas. Induit ſe carne mortali in uirginitate matris, induet te vita perenni in æqualitate patris.

b *Vix.* Dicit.*pro iuſto*. Forſitan pro bo no. oſtendit vtrunque difficile & rarum, ſed alterum difficilius & rarius.

c *Pro iuſto pro bo.* Iuſtus pro exercitio, qui & bonus, ſed eſt & bonus qui nõ iuſtus .i. qui natus eſt in ſimplicitate, innocens qui nondum laborauit, ut amplificaret ſe bonis, vt ſunt paruuli in baptiſmo mundati. & licet iuſtus melior, cauſa tamen innocentiæ mi-

† Heb.9.d 1.Pet.1.d ſerabilior quam iuſtitiæ, quĩ non eſt huiuſmodi iuſtitia ſine ſeueritate.

d *Cum ad.* Ecce dum oderat ſecundũ peccata, amabat ſecundum quod opus eius, quod & fecit ante mundi cõſtitutionem Dicen um erat quantũ nos dilexit, ne deſperemus, & quales ne ſuperbiremus. Fuit & alius modus poſſibilis Deo, qui omnia poteſt ſed nullus noſtræ miſeriæ ſanandæ conuenientior Quid enim nos tantum erigit, & a deſperatione immortalitatis liberat, quam quod tanti nos fecit, ut homo pro nobis moreretur?

e *Multo igi.* Grauius eſt pro peccato mori & peccatum tollere, quam iam iuſtos etiam cooperantes ſaluare.

f *In ſan.* quia ſic ſuperatur iuſticia diabolus, non potentia. Iuſticia, quia im meritum.ſ. Chriſtum diabolus occi-

F dit, vnde & alios iure perdit. Non potentia, quia diabolus amator potentiæ, deſertor iuſtitiæ eſt, in quo homines magis eum imitantur. Placuit igitur Deo ut non potentia ſed iuſticia uincens, hominem erueret in quo homo eum imitaretur: poſtea uero in reſurrectione ſequuta eſt potentia quia reuixit mortuus nunquam po-

Roma.6.b ſtea moriturus

† De cõſe. di. 4 quærit m ñ & c placuit, vt quicunque. g *In.* Nõ quoquo modo peccatores.

h *Recon.* quia prius iuſte eramus ſub ptãte diaboli, natura de prauata pctõ

i *Propterea.* Dixit per Chriſtũ eſſe iuſtitiã & uitã. Et ꝙ poſſit eſſe p eũ, p ſimilitudinẽ in minori probare intendit. Sicut n. p Adã pctm̃ & mors &c.

k *Per unum.* Adã.ſ. nõ vnã Euã dixit Apoſtolus: conſuetudinẽ tenẽs, dũ ſucceſſionem poſteritatis humanæ (quæ pctõ & morti ex eo venienti ſuccũbit) nõ mulieri, ſed viro attribuit. Nõ.n. ex muliere poſteritas, ſed ex viro nominari ſolet. Vel, qa mulier de viro eſt, & utriuſq vna caro. ſiue ergo ab Eua ſiue ab Adã di

Peccatum propagationis & imitationis cat̃, vtrũq; ad primũ hoĩe ptinet. & p hoc Apl̃s pctm̃ originale ꝑpagatiõis itelligi voluit, cui⁹ pṙceps Adã, nõ imitationis, cuius pṙceps diabol⁹. vñ Inuidia diaboli mors itra. ĩ orbẽ ter.

Sup.2.d l *In omnes.* Quia etiam ante legem, cum non ita videretur lege non docente, imputabatur quidem peccatum apud homines, ſed apud Deum, apud quem putabatur impune futurum cũ neſciretur iudicaturus, ſed ubi lex data eſt, nouerũt Deũ curare humana & iudicare. ante non imputabatur, ſed regnauit mors ſecure, poſſidẽte homines diabolo pro impunitate credita vſq; ad Moyſen. p quẽ rediit cognitio unius Dei. Regnauit ñ mors, (& ſic ñ, legit̃ ẽt) ſed ĩ ſil̃es ꝑuaricatori Adę, q

neglecto

a ¶Adeo infirmis. ¶Pro dilectione impiorum, uel pro vice illorum qui deberent mori. b ¶Tam magnum fecit.

a ſecundum tempus, pro impiis mor- a

a ¶Et vere magnum. nam raro aliquis pro iuſto, i. pro dilectione iuſti & boni, nedum pro impio. ¶Q. difficile.

b c tuus eſt? Vix enim pro iuſto quis b

¶Raro dico. a ¶Vel ſimplici & innocenti. nam forſitan poterit inueniri. b ¶Quaſi raro.

moritur. Nam pro bono forſitan

quis audet mori. Commendat au- c

a ¶ſ. Chriſti pro peccatoribus, in quo laudabilior charitas. b ¶Qui indigui ſumus.

tem charitatem ſuam Deus † in no- d

a ¶Ita commendat quod pro peccatoribus? & ſi hoc eſt: tunc iuſtos ſaluabit, quod eſt, Spes non confundit. ¶Vel ſine fide.

d bis, † quoniam ſi, cum adhuc pecca- e

tores eſſemus, ſecundum tempus,

¶Sicut.

Chriſtus pro nobis mortuus eſt:

e multo igitur magis iuſtificati nunc f

a ¶Cuius cauſa non eſt, niſi peccatum quod abſtulit.

f in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab g

a ¶Viuum. b ¶Inde certum eſt, quod ipſe iam uiuens poterit amicos factos ſaluare, quia mortuus potuit iuſtificare, quo facto inimici ex peccato ſunt reconciliati, & iam ſunt amici Dei facti.

g ira per ipſum. Si enim cum inimi- h

ci eſſemus, reconciliati ſumus Deo i k

¶Idem quod ſupra in ſanguine.

per mortem filii eius, multo ma-

a ¶Non modo ab ira liberi, ſed etiam. b ¶Per uitam, qua ſ. reſurrexit a mortuis.

h gis reconciliati, ſalui erimus in ui- l

¶Salui erimus.

ta ipſius. Non ſolum autem, ſed m n

a ¶Iam ſpe de hoc quod erimus. b ¶ꝙ idem cum eo erimus non per naturam, ſed dilectionem & uoluntatem, uel in Deo in præſenti .i. non in nobis. ¶Nec per nos, ſed per Chriſtũ.

& gloriamur in Deo per dominum o

noſtrum Ieſum Chriſtum, per quẽ

a ¶Iam in præſenti. b ¶Ad Deum. ¶Quia a Deo, peccante Adam, diſceſſimus.

nunc reconciliationem accepimus.

a ¶Per Chriſtum iuſticia & uita in omnes per eius gratiam regeneratos. b ¶Per unum vita, ſicut per vnum mors c ¶Adam a quo propagati.

i k † Propterea ſicut per unum homi- p q

a ¶Miſerum pro peccato. b ¶i. in omnes homines. c ¶Originale

nem in hunc mundum peccatum in

a ¶In ipſum Adam. ¶i. diſſolutio animæ & corporis.

trauit, & per peccatum mors, & ita r ſ

¶Per eius viciatam carnem genitos.

l in omnes homines mors pertranſit,

G mereri. ideo concludit, quod proceſſit ex charitate Dei, dicens,

c Commendat au.*i. commendabilem oſtendit.*

d Chari.ſu.de.in no.*per ipſum iuſtificatis.*

e Quoniam &c. pro no. mor. eſt.*ex ſua libera charitate.*

f Multo igitur ma.iu.in ſan.ipſius.*i. per paſſionem eius meritorie, & per gratiam formaliter.*

g Salui eri.ab ira.*i. inferni pœna.*

h Per ipſum. *quia maius eſt peccatorem iuſtificare quam ipſum a pœna liberare. & quia non ſolum per mortem Chriſti ſumus liberati a pœna, ſed etiam conſequimur gloriam, ideo ſubditur,*

i Si e.cum ini.eſ. *p ꝑuaricationem Adæ,*

Recon. ſu. d. *ſ. patri per mortem filij eius.* multo ma.te.*Deo patri.*

l Salui erim.in ui.ip.*i. in vita Chriſti glorioſa. ad talem enim vitam reſurrexit. Et quia vitæ beatæ eſt in nobis quædam inchoatio per gratiam Chriſti mediatoris, ideo ſubditur:* † erga nos

m Non ſo.autem.*ſalui erimus in futuro.*

n Sed & glo.in Deo.*etiam in præſenti.*

o Per do.&c.reconcilia.ac.*per conſequẽs certam ſpeciẽ beatitudinis æternæ & futuræ. Quoniam Apoſtolus hic facit argumentum a maiori, quod ſi iuſtificati ſumus per mortem Chriſti, multo magis ſic iuſtificati ſalui erimus per conſequutionem beatitudinis. Ex hoc patet intentio Apoſtoli, quod maius eſt impium iuſtificare, quam iuſtificatum glorificare. cuius ratio eſt, quia impius non poteſt mereri de condigno ſuam iuſtificationẽ: qa non operatur niſi ſecũdũ virtutẽ naturæ, quæ eſt improportionata reſpectu doni gratiæ. ſed iuſtificatus p gratiã mereri pt de condigno vitã btãm, ſecũdũ illud apoſtoli. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius, &c. Illud ãt meretur aliquis de condigno, quod ei ſecundum uiam iuſtitiæ eſt reddendum. Ratio autem huius eſt, quia ualor operis meritorij non ſolum attenditur ſecũdum quod procedit ex libero arbitrio. quia ſic non eſt meritorium vitæ beatæ, ſecundum quod dicit Apoſtolus Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ſed etiam attenditur ſecundum ꝙ procedit a ſpũſctõ habitante in hoĩe iuſtificato p gratiã, & mouente ipſum ad opus meritorium, qa ſe habet ad liberum arbitrium ſicut ſeſſor ad equũ. & ſcd͂m hoc opus meritoriũ inquantum eſt a ſpũſancto qui eſt infiniti valoris, meretur de condigno bonum infinitum, qđ in beatitudine redditur obiectiue*

- ſecũdum tempus

2.Timo.4.b

H

Rom.8.d

p Propterea. *Hic oſtendit noſtræ iuſtificationis modum. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & medicina per comparationem ad morbum eſt diſponenda ideo donum Chriſti nos iuſtificans tractat Apoſtolus per comparationem ad peccatum Adæ: cuius eſt medicina ei oppoſita. Et diuiditur in duas partes, quia primo comparat utrumque quantum ad differentiam, ſecundo quantum ad conuenientiam, ibi: Igitur ſicut. Prima in duas: quia primo deſcribit peccati Adæ generalitatem. ſecundo doni Chriſti maioritatem, ibi: Sed non ſicut delictum. Prima adhuc in duas: quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo remouet obiectionem in contrarium, ibi: Vſque ad legem. Circa primum dicitur:* Diuiſio

q Sicut per unum hominem.*ſcilicet Adam.* intrauit peccatum in hunc mundum.*quia peccatum eius imputatur omnibus ab eo deſcendentibus ſecundum uim generatiuam. quia ſic ſunt membra eius. propter quod uocatur peccatum originale.*

r Et per peccatum mors.*in pœnam huius peccati. quamuis enim corpus Adæ fuerit compoſitum ex contrarijs, & ſic naturaliter corruptibile, tamen per donum originalis iuſtitiæ ſibi datum a Deo in ſua conditione poterat non mori, quia ſi ipſum ſeruaſſet, mortem non incurriſſet. Sed quia ipſo peccante ſubtracta eſt originalis iuſticia in pœnam ſui peccati, & per conſequens incurrit neceſſitatem moriendi. quæ licet conſiderato corpore humano in ſe eſſet naturalis, tamen conſiderato ſtatu hominis in ſua prima conditione, facta eſt ſibi pœnalis.*

s Et ita in omnes homines mors pertranſit. *quia qualis factus eſt per peccatum, tales deſcendunt ab eo per generationem.*

¶ In quo

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Secundum tempus pro no.mor.eſt.*i. per tempus trium dierum qui fuerunt inter eius mortem & reſurrectionem: tamen per ſynecdochen. q.d. Mors Chriſti nos iuſtificans ex noſtris meritis non proceſſit. quod probat conſequenter dicens:*

b Vix enim pro iu.quis mo.*i. opus hominis quantumcumque iuſti uix meretur, vt quis pro eo vellet mori: & multo minus peccator hoc poteſt mereri.*



A neglecto Deo, creaturæ ſeruierũt, ſicut ille loco Dei diabolo cõſenſit. Tales erãt fere oẽs vſq; ad legẽ Perpauci, vt Abrahã, vni Deo ſeruierũt, & in eos nõ regnauit mors, q ſub ſpe ſeruati ſunt in aduentu Chriſti liberãdi. Libros q aliter hñt, dicit Am. corruptos; qui dicunt mortem corporum etiam in cultores vnius Dei regnaſſe vſq; ad Moyſen, ſed cur non vſque ad finem?

a *In quo & c. Vſq; ad le.e.* i. quia nec lex

† quatenus potuit auferre peccatũ, ſed auxit: ſiue naturalis, ſiue ſcripta; ſed non imputabat̃. i. ignorabat̃, regnauit tamẽ vſq; ad Moyſen. i. legẽ: qa nec ipſa potuit regnũ mortis auferre, quæ regnat, dum nõ ſinit reatus ad vitã æternã venire, ſed ad gehẽnã trahit. hoc regnũ ſola gratia Chriſti deſtruxit ẽt in antiquis, ꝑter quos in oẽs regnauit, ẽt in eos, q

† eſt nõ ſua propria volũtate peccauerunt, ſicut Adam, ſed originali tenebãtur,

Citra Iulianũ Pelagianum li. 1. c. 3. cir. ſi. 1.7 vt pueri. *In quo.* Aug. Vt in materia, nõ ſolũ eius exemplo, & omnes illi vnus homo fuerunt. Vel, in quo peccato. Alia enim ſunt peccata propria.

b *Vſq; ad le.* vel Moyſen includit: qa & tunc peccatũ & mors. i. dãnatio. Et ſic non eſt vſq;, excluſiuũ ſicut in cæteris *Vſq; ad le.* Quia iã tũc datũ eſt hominibus remediũ, quo poſſent liberari, ſub qua tamẽ ſi eſſent ſimiles præuaricationi Adæ, in eos mors regnaret, ſed lex data eſt initio egreſſionis de Aegypto docens de vno Deo, ne regnaret mors, & cœpit in Iudæa primum deſtrui regnũ mortis, nũc ubiq;

c *Sed re.* Nõ imputabat̃, ſed effectus indicabat, quia mors corporalis regnauit quotidie p aliquas paſſiones, tandem diſſoluẽdo vſq; ad Moyſen, cum minus videret̃. *Sed re.* Sciẽdũ plæroſq; codices latinos ſic habere, Regnauit mors ab Adã vſq; ad Moyſen in eos

B qui peccauerũt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, ut in ſimilitudinẽ

† qui peccauit ꝑuaricationis Adæ peccaſſe accipiant illos, qui in illo peccauerunt, vt ei ſimiles crearẽtur. ſ. ſicut ex homine ita ex peccatore peccatores: ex morituro morituri, damnatoq; damnandi.

d *Qui eſt for.* Adam eſt forma Chriſti, quia ſicut ille eſt pater omnium ſm̃ carnẽ, ſic Chriſtus ſm̃ fidem, & ſicut ex latere il-

Gen.2.d Ioan.19. lius formata eſt Eua, ſic ex illius latere profluxerũt ſacramenta, per quæ ſaluatur eccleſia. ideoq; ſicut ille cõmunicare potuit filiis ſuis peccatũ & mortẽ, ſic iſte ſuis iuſticiã ſuam & uitam & etiã iſte plus bonis ſuis confert, q̃ ille malis: & ideo magis poteſt ſaluare q̃ ille pdere. hoc eſt, ſimiles ſunt Chriſtus & Adam, ſed non delictum. i. non ſic eſt efficax peccatũ Adæ ad damnationẽ, vt gratia Chriſti ad ſaluationẽ. Quod eſt, nõ pares ſunt cauſæ eorũ, nec pares effectus cauſarũ. Quod eſt ibi, & non ſicut per vnum peccatum. Cauſa Chriſti eſt gratia abũdans, Ex quo omnia bona homini, ſine qua nihil habet boni. Cauſa Adæ eſt peccatũ illud, cuius rei ſunt omnes carnaliter geniti. Cætera peccata habent ex ſe multa, & ſic ex illo originali ſunt ad peccãdũ magis proni. Et bene hæc cauſa Chriſti oĩbus ſuis prodeſt, quia ſi cauſa Adæ oĩbus ſuis nocuit, tũc & hæc potuit ſuis. Et hoc eſt, Si.n. in vnius delicto multi mortui ſunt. Effectus.n cauſæ Adæ. i. peccati qđ intulit, eſt nõ omnis damnatio, ſed quæ pro illo vno debetur. ſunt.n. & ex mõſtris additis aliæ damnationes. Effectus donorũ Chriſti eſt remotis omnibus peccatis originalibus & actualibus, omnis iuſtificatio & vita æterna. & bene hoc ſuis per vnum Chriſtum, qa ſi illa per vnum Adam ſuis, tunc & hoc potuit. Adam dicitur futuri forma, quia iam tunc decreuit Deus myſterio per vnũ Chriſtum emendare, quod per unum Adam peccatum erat.

Apoc.5.d unde dicitur in Apoc. Agnus occiſus eſt ab origine mundi.

e *Sed nõ ſi.* Formata in hoc, ꝙ vnus emendat unus peccauit, ſed cauſa Adæ non talis uel qualis Chriſti, quia unum eſt delictum Adæ. quo multi. i. ſimiliter prǫuaricãtes mortui ſunt, ſed Chriſti gr̃a in plures, qa & in hos & in nõ ſil̃r præuaricantes.

f *Si.n.vnius.* Ambr. Mors regnauit, non regnat, quia qui per legem iudicio Dei noto timorem eius habuerunt, ſublati ſunt de mortis imperio ante vero in ſimiles Adæ prǫualuit. & ſi ibi regnauit mors, multo magis gratia regnare debet, quæ in plures tranſit, & quæ vitam confert. Quod poſt dicit omnes, ſimiliter peccantes, accipit, Item omnes credentes dicit. Nõ enim generalis damnatio vel iuſtificatio in omnibus. Vnde poſtea ait multi. C

g *In gratia.* Gratiam dicit perfectionem virtutum, quæ in homine Chriſto.

Per unum

a ¶Merito per eum in omnes, quia cauſa mortis per eum in omnes. ¶Etiam ſub lege.

a b † in quo omnes peccauerunt. Vſque a b c

a ¶Scriptam vel naturalem. ¶i. ante legem b ¶Quamuis non ita videretur. c ¶i. in homine.

ad legẽ eñ peccatũ erat in mundo.

a ¶Apud homines, quia cæci erant, non apud Deum, cuius iudicio, qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. ¶Apud Deum, ſicut malis videbatur.

Peccatum autem non † imputabatur d

a ¶Quæ peccatum prohibet. ¶Rationis in paruulo ſiue literę in populo, qua arguente demonſtraretur peccatũ.

c cum lex non † eſſet. Sed regnauit e

a ¶Corporalis. ¶Animæ. b ¶i. vſq; ad legem per Moyſen diuinitus promulgatam. ¶Per quem rediit cognitio Dei.

mors ab Adam vſque ad Moyſen,

a ¶Non ſolum in eos, qui per ſe præuaricando mortem meruiſſe viderentur, ſed etiam in pueros, qui nihil a ſe meruerant, præuaricando contra aliquam legem.

etiam in eos, qui non peccauerunt f

a ¶i. ſimiles præuaricatori Adæ.

in ſimilitudinem præuaricationis g

a ¶Similitudo. ¶Quantum Adam. b ¶Chriſti. c ¶Forma eſt, ſed maius eſt donum Chriſti quam delictũ Adæ.

d e Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non h i

f ſicut delictum, ita & donum. Si enim k l

a ¶Hominis Adæ. b ¶Vno quidem. ¶ſ. Omnes filij ſui. c ¶Eius præuaricationem imitantes. d ¶Peccatores conſtituti.

uni⁹ delicto multi mortui ſunt, mul- m n

a ¶Gratuitum donum, vel gratia. i. remiſſio peccatorum. ¶Abundans & maior eſt, & omnibus ſuis magis prodeſt. b ¶Alia dona ſanctiſpiritus. ¶i. per.

g to magis gratia Dei & donũ in gratia

a ¶Non comparatiue, ſed abſolute: tanquam diceret multos. ¶Abundans in plures. i. in omnes filios tranſit.

vnius hominis Ieſu Chriſti in plu- o

a ¶Quia & addita ſoluit. b ¶Quia in uno Adæ ſimiles ei damnati ſunt. ¶Fit.

res homines abundauit. Et non ſicut p

a ¶Fit. b ¶Sed plus.

per vnũ † peccatũ, ita & donum. Nã q r

a ¶Dei. b ¶Eſt procedens. c ¶Originali. d ¶Corporalis & æternæ mortis, ſi non remittitur.

† iudiciũ ex vno in condemnationẽ. ſ

## NIC. DE LYRA.

¶ a In quo. *ſcilicet Adam peccante.*

b Omnes peccauerunt. *qui futuri erant membra ipſius.*

c Vſque ad legem. *Hic remouet quandam obiectionem in contrarium. quia poſſet aliquis dicere ꝙ peccatum non fuit ante legem Moyſi eo ꝙ peccatum ſic diffinitur, quod eſt tranſgreſſio legis diuinæ, non potuit autem eſſe eius tranſgreſſio ante dationẽ. ergo & c. Sed hoc non valet: quia a principio fuit lex naturalis inſerta mentibus humanis, vt oſtẽſum eſt ſupra, propter quod eius tranſgreſſio fuit peccatum. Tamen propter multiplicationem peccatorum lex naturalis fuit offuſcata, intantum quòd tranſgreſſionem illius legis non reputabant peccata, erant tamen ſecundum veritatem: quia erant contra rationis dictamen, & hoc eſt quod dicitur.* Vſq; ad legem enim peccatum erat in mundo. *i. toto tempore ante dationem legis Moſaicæ, nec per legem deſinit eſſe. propter quod ly vſq;, non facit excluſionem temporis futuri, ſed ſolum excludit carentiam peccati ante legem datam, licet non reputaretur. ideo ſubditur:* † imputat̃ Sup.c.2.

d Peccatum autem non imputabatur. *i. non reputabatur propter offuſcationem legis naturalis. ideo vna cauſa dandi legem Moſaicam aſſignatur a ſanctis fuiſſe, propter legis naturalis offuſcationem. Quod autem peccatum fuerit ante dationem legis: oſtendit per eius pœnam, quæ eſt mors, vt dictum eſt, dicens:*

e Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen. *tamen ly vſque, non excludit tempus futurum, ſed tantum carentiam mortis ante dationem legis, ſicut dictum eſt de peccato.* D

f Etiam in eos, qui non peccauerunt. *i. in paruulos, qui nõ peccauerunt peccato actuali, qui tamen ſunt mortui.* † condemnatio

g In ſimilitudinem præuaricationis Adæ. *i. quia generati ſunt ſimiles ei ſcilicet deſtituti originali iuſticia cum debito habendi eam.*

h Qui. *ſcilicet Adam.*

i Eſt forma futuri. *i. figura Chriſti, qui futurus erat tempore Adam, non autem tempore Apoſtoli. Sciendum, ꝙ Adam non erat figura Chriſti inquantum peccator, ſed inquantum principium hominum in eſſe naturæ: ſicut & Chriſtus eſt principium eorum in eſſe gratiæ: & quia formatus fuit de terra diuina uirtute, ſicut & corpus Chriſti virtute ſpiritusſancti de Virgine Maria. Item quia de latere eius formata eſt Eua, ſicut de latere Chriſti eccleſia: ex quibus regeneramur in eſſe gratiæ, ſicut ex Adam & Eua generatum eſt genus humanum in eſſe naturæ.* Adam quomodo forma futuri.

k Sed non ſicut delictum. *Hic oſtendit maioritatem doni Chriſti: & hoc in duobus. Primo, quia peccatum Adæ fuit peccatum hominis puri: ſed donum Chriſti eſt donum hominis Dei. & hoc eſt, quod dicit:* Sed non ſicut delictum ita & donum. *ratione dicta. ideo concluditur vlterius.*

l Si enim unius delicto. *ſcilicet Adæ. & accipitur hic ſi, pro quia.*

m Mortui ſunt, multo. *omnes enim poſteri,*

n Multo magis gratia Dei &c. *id eſt per gratiam ſingularis hominis deitati vniti in perſona filij, ex qua vnione habet quandam efficaciam meriti infiniti.*

o In plures abun. *i. magis excedit in bono quàm peccatum Adæ in malo. Secundo oſtenditur maioritas in effectu, quia infectio naturæ propter peccatum Adæ ex vno eius peccato proceſſit, & vnum ſolum peccatum in poſteros tranſmiſit. ſ. peccatum originale, quod non poteſt multiplicari in vna perſona. ſed donum Chriſti iuſtificat a multis peccatis. ſ. a peccato originali & actuali, quod quidem actuale multiplicatur varijs modis in eodem homine. & hoc eſt quod dicit.*

p Et non ſicut per vnum peccatum. *ſ. Adæ iniuſti facti ſunt alij,*

b Ita & donum. *ſcilicet Chriſti, iuſti conſtituti ſunt multi, ſed multo plenius. quod probatur cùm dicitur:*

r Nam iudicium. *id eſt ſententia.*

ſ Ex vno in condemnationem. *aliorum, ſcilicet ex uno peccato Adæ tranſiit in alios, & cauſans in ſingulis vnum peccatum.*

¶ Gratia autem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Per vnum regna.* Quia quas vires in illo habuit in omnes poſterior s exercuit, quorum materia fuit ſicut & culpa eius ſolius fuit, quæ in omnes transfuſa eſt.

E

b *Multo ma. & c. in vita re.* quia æternaliter, quàm in eis regnauit mors quia temporaliter & cum fine.

c *Per vnius in.in om.* non ꝙ omnes geniti ab Adam, r generentur per Chriſtum ſed ſicut nullius carnalis generatio eſt niſi per Adā, ſic ſpiritualis nullius niſi per Chriſtum Si qui eſſent p̄ter Adam generati, & ſi, qui præter Chriſtum regenerati, nō diceret omnes & omnes. Sicut autem nullus homo præter illam generationē, ſic nullus iuſtus præter iſtam. Eoſdem poſt dicit multos.

d *Sicut e.* determinat delictum vnius & iuſtitiam vnius, vt ſicut ille merito peccati perdidit, ita iſte merito iuſtitiæ nos liberaſſe videatur.

e *Ita & per vni.* Hominis ait, non Dei vel uerbi fidem, ne putes antiquos iuſtos in ſolo uerbo Dei.i.ſolius verbi ſide ſine fide incarnationis liberari.

f *Lex au.* Oſtenderat Chriſtū dimittere omnia peccata tā originalia quàm actualia hic addit ꝙ et a peccato legis liberat i. p̄uaricatione, ut Iudei Chriſto magis ſint obnoxij. *Lex autem ſub.* Amb. Dicit hic Apoſtolus, quid peruenerit data lege, nō quid fecerit ex. Data.n.erat in adiutorium naturæ vtcunq; naturæ incerta ſunt iuſtitiæ ſemina, vt ſic exinde magis proficeret, ſed populus vſum ſequens plus peccauit, diabolo inuertente legem bonam in malum, cōtra quod Deus omnia dimiſit. *Lex au. ſub.* Natis in peccatis datur lex ad domandam ſuperbiā. Q non deeſt, qui iubeat, ſed deeſt qui impleat. quia in peccato natus implere non poteſt. ideo natus eſt Chriſtus .i. gratia quæ ſanaret.

F

g *Vt abun.de.* Vt.ſ. qui in ſordibus erat præuaricando magis ſordeſceret, ut mediocris pædagogum haberet, p r fectus ſignum, et durus ſentiret flagellum. *Vt abun.de.* Magnum Dei conſilium fuit, vt per legem abundaret delictum, vt in auſteritate legis ſuam intelligentes infirmitatem, infirmi ad medicum confugerent, & auxilium gratiæ quærerent.

h *Vbi au.* Agit hic de virtute gratię, & quanta efficit.

i *Supera.* Quia & gratia Chriſti etiam his proficit, quos diabolus vincere non potuit: & quia peccatum ad tempus regnauit, gratia in æternum.

k *Sicut re. pecc. in mor.* Non addit, per unum vel per Adam, quia nō de illo ſolum agit, quod ex Adā traxerunt homines, ſed & de eo, quod ſua voluntate addiderunt. Sed cū dicit, Gratia regnet, addit, per Ieſum Chr̄m &c. quia per eum non tantum originalis, ſed et voluntariorum ſit remiſſio peccatorum.

*a Chriſti. b Non ex uno. c Procedit. d Non ſolum ignoſcit, ſed & iuſtificat.*

a Grâtia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si enim in vnius deli- b

*a Diſſolutio animæ & corporis. b Etiam ante mortem paſſione inferens. c Adam. d Quia maior uis eſt*

a b cto mors regnauit per unum, mul- c d to magis abundantiam grâtiæ & donationis & iuſticiæ accipientes in vitā regnabunt per vnum Ieſum e f Chriſtum. Igitur ſicut per vnius de- g lictum in omnes hoīes in cōdēnationem, ſic & per vnius iuſtitiā in omnes homines in iuſtificationem vitæ.

d Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt e multi, ita & per vnius hominis obedientiam iuſti conſtituentur multi.

*a Per Chriſtum eſt iuſtificatio. b Poſt culpam, uel naturalem legem intrauit latenter. c Si abundantius cognoſceretur.*

f g Lex autem ſubintrauit, vt abundā- h i ret delictum. Vbi autem abunda- k uit delictum, ſuperabundauit & grā- l k tia: vt ſicut regnauit peccatum in m mortem, ita & grâtia regnet per iu- n ſtitiam in uitam æternam, per Ieſum o Chriſtum Dominum noſtrum.

NICOLAVS DE LYRA.

a Gratia au. *Ieſu Chriſti ex multis delictis in iuſtificationem habet effectum, ſicut dictum eſt. Et quia gratia Chriſti non ſolum iuſtificat a multis delictis, ſed etiam inducit ad gloriam, ideo concludit vltra:*

b Si enim in unius delicto. *ſcilicet Adæ.*

c Mors regnauit. *id eſt poteſtatem habuit ſuper poſteros.*

d Multo magis abundantiam gratię & donationis & iuſticiæ accipientes. *a Ieſu Chriſto in baptiſmo.*

e In uita *ſcilicet beata.*

f Regnabunt per unum. *ſ. Ieſum Chriſtum, per quem habemus introitum ad cęleſte regnum. Dicitur autem hæc gratia baptiſmalis abundantia gratiæ, quia tollit pœnam & culpam. Et donationis, quia gratis datur. Et iuſtitiæ, quia facit dignum vita æterna.*

g Igitur. *Hic Apoſtolus conuenientiā oſtēdit peccati et doni Chriſti. & primo quantum ad peccatum Adæ. ſecundo quantum ad peccatum ſuper additum in lege, ibi: Lex autem. Primum autem oſtēdit in duobus. Primum eſt, quia ſicut per delictum Adæ alij ſunt condemnati, ſic per iuſtitiam Chriſti omnes ſunt iuſtificati. & hoc eſt, qd̄ dicitur:* Igitur &c. *& patet ex dictis litera. Nec ualet contra dicta, ſi dicatur, ꝙ non ſunt omnes iuſtificati per gratiam Chriſti: quia hoc non prouenit ex defectu gratiæ, ſed ex defectu hominum eam repellentium. Secundum eſt, quia ſicut per inobedientiam Adæ comedentis lignum vetitum poſteri facti ſunt iniuſti: ſic per obedientiam Chriſti in ligno crucis paſſi, omnes ſunt iuſtificati quantum ad ſufficientiam: & hoc eſt quod dicitur:* Sicut.n.per inobe. unius. *& patet ex dictis litera.*

G

h Lex au. *Hic oſtenditur conuenientia doni Chriſti & peccati tempore legis ſuperadditi. Ad dationem.n. legis ſequuta eſt multiplicatio præuaricatonis, vt dictum eſt ſupra: nō tamen ex parte legis, ſed hominum malitia, quæ nititur in vetitum: & quia cognitio peccati quæ ſit per legem, aggrauat ipſum. Et ſicut ſub lege abundauit delictum, ita ex lege abundat gratia, inquantum Chriſtus ſub lege natus eſt, ſecundum quod dicit Apoſtolus ad Gal. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, & c. etiam attulit nobis plenitudinē gratiæ. & hoc eſt qd̄ dicitur:* Lex au. ſubintr. *poſt offuſcationem legis naturalis.* Gal. 4. a

i Vt abun.de. *ly vt, tenetur hic conſecutiue tātū per modū prædictum, nō cauſaliter.*

k Vbi autem abun.de. *ſub lege.*

l Superabū. & gr. *p Chriſtū ſub lege factū. id dicitur Io.iiij.c. Quia ſalus ex Iudæis eſt.*

m Vt ſicut re pe. in mor. *id eſt poteſtatem habuit deijciendi ad mortem æternam.*

n Ita & gra. re. per iu. *potenter nos inducendo vitam æternam.*

o Per Ie. Chr. *Dei et hominem mediatorē. Ad maiorē intelligentiā dictorū de originali peccato hic aliqua breuiter ſunt notanda. Primū eſt, quid ſit originale peccatū. et quia priuatio cognoſcitur per habitū, ideo primo videndum eſt, quid ſit originalis iuſtitia: cuius priuatio eſt originalis culpa. Eſt autem originalis iuſtitia quædam humanæ naturæ rectitudo p quā corpus erat aīæ ſubditū: & uires inferiores rationi, quandiu aīa ſubdita eſſet ſuo creatori. Hæc autem rectitudo non erat ex principijs naturæ humanæ, cum corpus humanū ſit naturaliter corruptibile, ſed à Deo data in prima hominis conditione, ſecundū quod dicitur Eccl. Hoc ſcio, ꝙ a principio fecit Deus hoīem rectū. Et quia iuſtitia eſt quædam rectitudo, pp hoc talis rectitudo naturæ humanæ bene iuſtitia uocatur. Et originalis, quia data eſt humanæ naturæ in ſua prima origine. & quia per originem in poſteros fuiſſet transfuſa, ſi ab Adam fuiſſet ſeruata: ipſo uero peccante iuſte fuit ab eo ſubtracta. & quia carentia perfectionis, quæ debet ineſſe, culpabilis eſt in homine, cuiuſmodi fuit dicta rectitudo ſeu originalis iuſtitia, ideo eius carentia cum debito eam habēdi dicitur peccatum originale, ita quòd debitum habendi eſt ibi formale. Secundum eſt quomodo peccatum Adæ poſteris imputatur. & ſatis faciliter uidetur quòd imputatur eis ad pœnam. Filij enim frequenter & iuſte puniuntur pro peccatis parentum, ſed difficilius eſt uidere qualiter imputatur eis ad culpam, de cuius ratione eſt, ꝙ ſit uoluntaria, aliter non eſſet culpa. non poteſt autem dici uoluntaria voluntate poſterorum. Propter quod ſciendum, quòd Adam non ſolum conſideratur ut ſingularis perſona, ſed etiam vt totius humanæ naturæ principium: a quo alij deſcendunt, tanquam a mouente per vim generatiuam, & efficiuntur eius membra. & ideo ſicut homicidium manu factum dicitur uoluntarium a voluntate, quæ eſt in mente, ſic ſuo modo carentia originalis iuſtitiæ in poſteris dicitur voluntaria a uoluntate Adæ: & quia accepit eam non ſolum pro ſe ſed pro tota poſteritate: ideo omnes poſteri per uim generatiuam ab eo deſcendentes in eo fuerunt obligati ad debitum habendi eam. Cum igitur carentia originalis iuſtitiæ cum debito habendi eam ſit culpabilis, ut dictum eſt, & ideo merito poſteris imputatur ad culpam. Tertium eſt, qualiter contrahitur, quia peccatum ſolum eſt in anima, quæ non eſt ex traduce, ſed eſt a Deo per creationem, qui non peccat eam infundendo, nec etiam parentes generando, nec poſſunt per conſequens peccatum originale traducere, vt videtur, maxime, quando ſunt baptizati, qa nullus dat alteri quod non habet. Propter quod dicendum, ꝙ generatio cōpetit hoībus ſcd̄m eſſe qd̄ habēt ab Adam: quod eſt eſſe naturæ corruptæ: nō autem ſcd̄m eſſe gratiæ, qd̄ habēt per regenerationē baptiſmalē. generans autem inquantum huiuſmodi generat ſibi ſimile. ideo Adam generauit ſibi ſimiles ineſſe naturæ deſtitutæ originali iuſticia, cū debito habendi eam. Et eadem ratione omnes poſteri generant ſibi ſimiles cum tali defectu: quia deſcendimus ab Adam ſecundum carnem, non ſecundum animam, quæ eſt a Deo immediate. ideo originalis culpa a carne prouenit in anima ſibi coniuncta. Sicut liquor bonus inficitur ex corruptione uaſis in quo ponitur, ſic & peccatum originale prouenit ex carne cauſaliter, ſed tamen in anima eſt ſubiectiue & formaliter: ſicut infirmitas eſt in cibo corrupto cauſaliter tantum, quia non eſt infirmitatis ſuſceptiuus: in corpore uero cibato formaliter eſt & ſubiectiue. Ex dictis patet, ꝙ obiectio de parentibus baptizatis non ualet. quia ſicut dictū eſt, non generant ſecundum eſſe gratiæ, & vt ſunt membra Chriſti: ſed ſecundum eſſe naturæ corruptæ, in qua ſunt membra Adæ. Quartum eſt qualiter peccatum originale per gratiam baptiſmi tollitur. Circa quod ſciendum, ꝙ non eſt per hoc intelligendum, ꝙ rectitudo, quæ fuit in Adā, per baſptiſmum reddatur, quia baptizati rebellionem corporis ad anima, et ſenſualitatis ad rationem in ſeipſis experiuntur: ſed hoc ꝙ per gratiam Chriſti tollitur debitum habendi dictam rectitudinē, & ſic carentia dictæ rectitudinis non remanet, vt eſt culpa, quam formaliter facit debitū habendi illam rectitudinem, vt dictum eſt ſupra, ſed remanet tātum, vt eſt pœna, & virtutis exercendæ materia, cōtra paſſiones ſenſualitatis fortiter pugnando, & infirmitates corporis patienter tolerando. in quibus adiuuat gratia Chriſti in præſenti ad augmentum meriti electorum. In reſurrectione uero finali reparabitur natura, quia reſurrectio illa erit ad vitam immortalem per Chriſtum, non immortalitate, quæ fuit in ſtatu innocentiæ, qua homo poterat non mori, ſed immortalitate gloriæ, qua non poterit mori, ſed cum Chriſto viuet in ęternum.*

Ecel. 7. d

Iuſtitia originalis quid ſit.

H

Peccatū originale quid.

Quō poſteris imputetur.

Quō contrahitur.



A

Peccatū originale i quo

In ca.v. vbi dicitur in Poſtil. Vix enim pro iuſto, quis moritur.

ADDITIO I.

Quod dicitur hic: Vix.n.pro iuſto quis moritur: exponitur ſicut in glo. Vix.i. raro moritur aliquis etiam pro iuſto.i. pro dilectione iuſti & boni, nedum impio. Ideo raro dico forſitan poteſt inueniri, quis.i. aliquis, qui audeat mori pro bono. q.d. ſed difficile eſt inuenire, qui hoc faciat. & ſequitur: Commēdat autem ſuam charit. &c. q.d. pro iuſto vel bono vix moritur aliquis, ſed Chr̄s pro nobis peccatoribus mortuus eſt. Vn̄ in hoc Deus cōmēdat ſuā charitatē &c.

In eo.ca. vbi dicitur in Poſti. Sicut per vnum hominem, ſcilicet Adam, intrauit peccatum in mundum.

ADDITIO II.

In litera ſic habetur: Propterea ſicut per vnum hominem in hūc mundum peccatum intrauit. Vbi aduertendum, ꝙ ly propterea cōtinuat dicenda his, quę dicta fuerunt in proximo: quod ſecundum Glo. ſic intelligitur: Propterea per Chriſtum iuſticia & vita procedit in omnes: & per eius gratiam in regeneratos: quia per vnū hominem in hunc mūdum peccatum intrauit &c. & exponatur ſicut in Poſtill. Sed circa hoc aduertendum eſt, ꝙ hoc, quod Apoſtolus præſupponit. ſ. ꝙ per vnum hominem. ſ. per Adam, intrauit peccatum & mors in omnes, negatur communiter ab Hebræis, qui auctoritates nouæ legis renuunt accipere, di. ꝙ hoc non poſſet haberi ex libris ab eis receptis: ſed hoc eſt manifeſte falſum. Patet.n. in Gen. ꝙ Deus cōdēnauit Adā pp peccatū tranſgreſſionis ad mortem, di. ibidē: Puluis es, & in puluerē reuerteris, quæ quidē pęna quantū ad mortē corporalem manifeſte trāſiuit in poſteros. ſed ꝙ illud peccatū trāſiſſet in poſteros etiam quo ad culpam, pōt haberi clare ex dictis apud eos ualde autenticis. habēt.n. in benedictione ſacramenti circunciſionis, quæ eſt cōis apud eos, hæc verba merito huius. ſ. ſacramēti: Deus viuus pars noſtra & protector noſter p̄cepit erui carnē noſtrā ab inferis pp fœdus ſuū, qd̄ poſuit in carne noſtra. Ex quibus quidē verbis, quæ apud eos tantæ autoritatis ſunt, ſicut apud nos ea, quæ ab vniuerſali eccleſia determinant̄, manifeſtę habetur, ꝙ per ſacramētum circūciſionis eruebantur ab inferno. Et cū illud ſacramentū dabatur in octauo die, puer aūt octo dierū nullo modo per peccatū actuale indigebat erui ab inferno, cū nōdum uſum liberi arbitrij haberet, reſtat ergo, ꝙ debebat erui a peccato contracto per originē. ſed ꝙ hoc contrahatur ab Adā, hr̄ in multis locis in ſuo Thalmud, ſpecialiter, in quodā libro ſuper Gen. qui d̄r Bereſchith Rabba. ſuper illud verbū: Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, qn̄ creati ſunt. Quidā doctor eorū noīe Rabbi Salmai ſic dicit: Oēs generationes, q̄ in ſacra ſcriptura ſcribuntur, diminutæ ſunt, præter duas, quæ plenarie ſcribūtur. ſ. Iſtę ſunt gene. cę. et ter. Iſtæ ſunt generationes Phares. In quo nobis oſtēditur, ꝙ licet in primordio creatæ fuerunt res.i. hoīes ſ'm plenitudinē ſuā atq; pfectionem, tn̄ qn̄ peccauit Adam primus diminuta ſunt & corrupta atq; concuſſa. Et ulterius nō erunt reuertentia ad decentē diſpoſitionē donec veniat filius Phares.i. Chriſtus filius Dauid. de quo Ruth vl. Iſtæ ſunt ge. Phares. Hæc ille. Ad intelligendū tamen dicta ſua ſciēdum eſt, quòd multæ ſunt dictiones in ſacra ſcriptura, quæ in Hebraica litera dupliciter ſcribuntur. Vno modo plene, & eſt quādo interponunt̄ literæ vocales ſufficientes ad ſyllabizandum dictionē prout ſonat. Alio modo diminutiue, & eſt quando non interponuntur tales literæ uocales, ſed ſyllabizatur dictio per aliquas regales & puncta extra dictionem poſita. Et quia תולדות tholdoth, quæ in Hebræo ſignificat generationes, ſcribitur plenæ tantūmodo in duobus locis. ſ. Gen. ij. vbi ſupra, quod dictum eſt ante peccatum. & Ruth. vl. Hæ ſunt generationes Phares. qd̄ d̄r de genealogia Dauid, a quo Chriſtus deſcendit. cæteræ autem תלדת ſcribuntur diminutæ: ut cū d̄r: Hic eſt liber gn̄onis Adā. Et hæ ſunt gn̄es Noe. Et hæ ſunt gn̄es Iſmael. Et hæ ſunt generationes Iſaac, ibidem.c. Et hę ſunt generationes Eſau. & ſic de cæteris, idcirco prædictus doctor concludit quod dictum eſt. Si forte quis dicat, ꝙ ex tali variatione in modo ſcribendi non clare ſequitur intentum prædictū. Dicendum, quòd myſteria in veteri lege tradebantur ſub velamine figurarum & ſignorū, ex quibus tacite prudentiores aliquid intelligerent ueritatis, quod in multis locis ſacræ ſcripturæ contingit. Vnde & Apoſtolus dicit, quòd tēporibus æternis.i. antiquis myſteriū. ſ. Chriſti, erat tacitū.i. tacite, nō expreſſe traditū. Valet ēt p̄dicta autoritas & ſimiles ad cōfutandū Hebræos peccatū originale imprudēter negātes, vt dictum eſt. Habetur.n. per confeſſionē doctorū ſuorū, quòd genus humanū erat diminutū ſeu corruptū per peccatum Adæ, donec veniret filius Phares. ſ. Chriſtus ab eo deſcendens, qd̄ ſatis cōſonat ſn̄iæ Apoſtoli di. Sicut in Adā &c. Sunt ēt multa dicta ſeu autoritates doctorū Hebræorū de peccato originali, & de eius effectu veritatē noſtrā atteſtantes, quæ largius tradūtur a magiſtro Raymundo Martini in ſuo Pugione. iij. parte, di. ij. ca. vi. & ſequentibus vſque ad finem, quæ cauſa breuitatis omittuntur.

B

Gen. 3. d

Verba circunciſionis

In c.2. Ge.

Gen. 2. a

Ruth 4. d

C

Gen. 5. a

Gen. 6. b

Gen. 25. b

Gen. 36. a

Roma. 16. d

In eo.ca. ubi dicitur in Poſtil. Et quia priuatio cognoſcitur per habitum, ideo primum videndum eſt, quid ſit originalis iuſtitia: cuius priuatio eſt originalis culpa.

ADDITIO III.

Peccatum originale licet habeat priuationem originalis iuſtitię tamen non eſt pura priuatio, ſed eſt quidam habitus corruptus. Nā ſicut ægritudo corporalis habet aliquid de priuatione, inquātum tollitur harmonia, in qua cōſiſtebat ratio ſanitatis, habet etiā aliqd poſitiue. ſ. ipſos humores inordinate diſpoſitos. ſic peccatum originale habet priuationē originalis iuſtitiæ, & cum hoc inordinatā diſpoſitionem partium animæ. & ſic non eſt pura priuatio, ſed quidā habitus corruptus, vt dictū eſt. Vnde peccatū originale dicit̄ a doctoribus fomes peccati & peccati cōcupiſcētia, quod ſonat aliquid poſitiuū, ut in lib. ſent. & de hoc vide amplius ſummā D. Thomæ.

2. diſt. 30. 1. 2. q. 82. art. in corp. q.

In eo.ca. vbi dicitur in Poſtil. Ideo eius carentia cum debito habendi eam, dicitur peccatum originale.

ADDITIO IIII.

Quod omnes deſcēdentes ab Adā, per vim generatiuā in eo fuerunt obligati ad debitū habendi iuſtitiā originalē, prout dicitur in Poſtil. nō uidetur rōnabiliter dictū. Tū quia non apparet ratio, qua poſteri fuiſſent obligati ad debitū habendi iuſtitiā originalem, niſi ex lege naturali, vel ex aliquo præcepto diuino. Sed nō ex lege naturali, cum iuſtitia originalis nō erat ex principijs humanæ, cuius corpus eſt naturaliter corruptibile, vt ipſe Poſtill. dicit modicū ſupra. Nec tale debitū eſt ex aliquo præcepto diuino. Nullū.n. præceptum legitur fuiſſe datū ipſi Adæ ante peccatū, niſi tantū illud de non comedēdo lignū vetitū. qd quidē præceptū nō obligat Adā ad debitū habendi iuſticiā originalē, licet ex tranſgreſſione p̄dicti præcepti eā cōſequēter amiſiſſet. Tū quia tale debitū nō habet rationē culpæ, prout Poſtillator intēdit. ex hoc.n. quòd hō eſt obligatus ad ſeruāda præcepta diuina, non peccat, ſed potius ex hoc quòd non ſeruat illa. Vnde manifeſtū eſt, quòd nō eſt formale in peccato originali debitū habēdi iuſtitiā originalē, prout Poſtil. ſupra dixit: ſed ipſa inordinata diſpoſitio partium animæ, quæ fomes peccati, vel languor naturæ, vel concupiſcentia dicitur, eſt proprie formale in peccato originali, ſicut in ægritudine corporali inordinata diſpoſitio humorum eſt formalis ratio ægritudinis, vt dictum eſt.

D

Gen. 2. c

In eo.ca. ubi dicitur in Poſtil. Qualiter peccatum originale per gratiam baptiſmi tollitur.

ADDITIO V.

Peccatum originale tollitur per baptiſmum quo ad reatum, inquantū aīa recuperat gratiā quantū ad mentē: & ſic excluditur ab ea ille habitus corruptus, qui eſt proprie culpabilis: remanet tamē peccatum originale actu, quantum ad ordinationem inferiorum partium animæ, prout pertinet ad rationem pœnæ tantum.

REPLICA.

In ca.v. vbi Poſtil. dicit: Peccatū originale eſſe priuationē: quia carentiā iuſtitiæ cū debito habendi eam. Bur. autē dicit ipſum nō eſſe priuationē, ſed quēdā corruptū habitū, quia quibuſdam dicitur fomes & concupiſcētia, quę ſonant poſitiuū. Cōtra quē modū dicēdi poteſt ſic argui: Omne poſitiuū eſt effectiue a Deo. ſi igitur peccatū originale eſt tale poſitiuū, igitur eſt effectiue a Deo. Concluſio eſt falſa. igitur aliqua pręmiſſarū. nō maior, quia ab oībus cōceſſa, igitur minor. Falſitas cōcluſionis probatur: Nā ſi Deus effectiue p̄ducit aliquid poſitiuum ad peccatū originale pertinens, aut producit illud concurrente cauſa ſecunda, aut nō. Secūdū non poteſt dici, quia in cauſato a ſolo Deo nulla eſt obliquitas ſaltem uitioſa. in peccato autē originali eſt morbus, corruptio & obliquitas: igitur a ſolo Deo produci effectiue non poteſt. Nec primū poteſt dari: quia in hm̄oi productione nō concurrit primus parēs, quia eo nō exiſtēte nihilominus concurrit peccatum originale, nec proximus parēs eadem ratione. Si autem concurrere dicitur cōtrahens, tūc poteſt eſt dicendum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E eſt dicendũ actuale q̃ originale. Confirmatur, quia nihil indifferẽs ad ſtatũ culpæ & gratię, immo utriq; ſtatui compoſſibile poteſt eſſe peccatũ originale, ſed fomes, qualitas morbida, corruptus habitus qualitercũq; nominetur, ex quo conſurgit rebellio viriũ animæ, eſt utriq; ſtatui p̃dicto compoſſibilis, igitur talis habitus a Bur. confiɛtus non eſt peccatũ originale. Maior notatur: quia peccatũ originale nõ ſtat cũ gratia, imo conſtituit filios irę. minor patet, quia Paulus apoſtolus exiſtens in gratia, inf. vij. b. & ad Gal. v. de hmõi qualitatibus ſibi adhærentibus, & eũ colaphizãtibus facit querelas: & petit abſolui, eiq; dicitur: Sufficit tibi gratia mea &c. Et ipſe Bur. in additione vltima hmõi cap. dicit illã deordinationem & fomitẽ ptinere ad rationẽ pœnæ, non culpæ, quia culpa tollitur per gratiã ſomite remanẽte. Eſt igit̃ peccatũ originale pura priuatio, per Anſel. & alios ſic deſcriptã: Peccatũ originale eſt q̃dã carẽtia iuſtitiæ originalis cũ debito habendi eã, ſic q̃ debito habẽdi, eſt formale in deſcriptione illa. Sed cõtra hoc arguit Bur. in ſequẽti corruptorio ſic: Aut illud debitũ habendi conſurgit ex lege naturali, aut ex aliquo præcepto diuino. Vbi dico ex lege naturali. contra q̃d obiicit Bur. di. quia iuſtitia originalis non erat ex principiis humanæ naturæ, cuius corpus eſt naturaliter corruptibile, igitur debitum habendi eã nõ eſt ex lege naturali. Patet aũt parũ ẽt docto, q̃ illa conſequentia nõ ualet. Conſurgit. n. illud debitũ habendi ex recta ratione, vnde ortũ habet lex naturæ. recta. n. ratio exigit, vt vnũquodq; tendat ad ſui neceſſarii boni conſeruationẽ. hoc. n. non ſolũ tanq̃ quodam diuinũ inditũ eſt rationabilibus, ſed etiã cũctis viuentibus, q̃bus tãquam naturaliſſimũ inditũ eſt generare ſibi ſimile p̃ ſuę naturæ cõſeruatione, ut dicit Ari. ii. de aĩa. Multo amplius hoc inditũ eſt rationali creaturæ, ut in bonũ ſuũ tẽdat, & ad boni ſibi neceſſarii conſeruationẽ aſpiret. Cũ aũt bonũ & finis rationalis creaturæ ſit felicitas, ſm̃ philoſophos & theologos. Homo. n. ſm̃ B. Augu. factus eſt ad Dei imaginem vt Deum intelligat, intelligendo diligat, diligendo fruatur, fruendo poſſideat, & hic eſt finis & beatitudo creaturæ rationalis, ad quam per naturã attingere nõ poteſt. In naturæ autem illius inſtitutione nõ decuit Deum illam fruſtrare ſuo fine. habitum igitur iuſtitiæ originalis ſuperaddit naturæ, ut quod natura ex ſe non poſſet, ſuffragio ſupernaturalis additamenti ualeret. Hoc autem donum fuit datum naturæ pro tota natura conſeruanda. Quod igitur naturæ per modum depoſiti per Deum fideicõmiſſum fuerat, natura debebat. Quamuis igitur Adam per actuale peccatum illam iuſtitiam perdiderat, hoc naturam a debito habendi non excuſat, quia non fuit fideicommiſſum ipſi Adę p̃ Adam ſolum, ſed pro tota natura. Ex tali igitur principio legis naturæ ſurgit debitum habendi iuſtitiam originalem. non habens igitur culpabilis eſt, non culpa actuali, quæ ſuppoſiti eſt, ſed culpa originali, quæ eſt naturæ. Et hæc eſt ſententia B. Augu. j. retract. ca. ix. Vnde patet ar. Burg. nihil ualere. De hac materia ſcripſi late. ij. ſen. a. di. xxx. vſq; ad di. xxxiij. & ij. ſent. di. iij. Præter hæc uide Scotum di. xxx. ſecundi li. in ſolutione. q. primæ pulchre. G

Infr. 6. b & ad Gal. 5. d 2. Cor. 12. c

Peccatũ originale

2. de anim. t. c. 34.

Supra 5. d

## GLOS. ORDIN. CAP. VI.

Supr. 5. d

Qvid. Sequitur: *Perm.* Hoc peruerſi accipiunt ex illo: Vbi abun. de. ſu. & g. Hoc dicere eſt eſſe ingratos gratiæ. Et quia gratia uiget, ubi delictum abundauit: non eſt permanendum in peccato, vt quidam ęſtimant pro maiori gratia. Nõ. n. peccantis merito ſed ſubuenientis auxilio ſuperabundauit gratia, vbi abũdauit delictum. Non ergo permanendũ in pc̃tõ, ſed potius debemus & poſſumus eſſe peccato quaſi mortui & ſepulti per ipſam gratiam & reſurgere in iuſtitiam, & poſt in vitam æternã.

*b Mortui pe.* i. liberati a peccato p̃ baptiſmum, ut iam non dominetur in nobis per gratiam. Mori. n. peccato, eſt liberari a peccato.

F

Mori pc̃tõ †Poſthac

*c Quomodo adh. &c.* Cum. n. hoc pręſtiterit gratia, vt moreremur peccato, quid aliud facimus ſi viuimus in eo, niſi ut gratiæ ſimus ingrati?

*d An ignoratis.* Mortui peccato, quod fit in baptiſmo, non debemus ei iterũ uiuere, ut iterum mori ſit ei neceſſe: quia in morte Chriſti i. in ſimilitudine mortis Chriſti, vt ſicut ſemel mortuus eſt carne, & ſemper viuit, ita nos ſemel mortui malo per baptiſmum, ſemper uiuamus bono. Vel in morte dicit, quia mors eſt cauſa huius purificationis.

† in Chriſtũ Ieſum, in mortem

*e Conſepulti.* Quidquid geſtum eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione, in aſcenſione, in ſedere ad dextram, ita geſtum eſt, ut his rebus myſtice non tantum dictis, ſed etiam geſtis configuretur uita Chriſtiana. Attende ſingula Chriſti, qui uixerat uetus homo ſecundum pęnam, famem ſ. & ſitim & huiuſmodi, non ſecundum culpam: hoc modo uetuſtatem finiuit & depoſuit, vt dolorem crucis ſuſtinens, ſic haberet membra diſtenta & fixa, ne ad priores actus mouerentur, a quibus etiam ſepultus quieuit, humanis ſubtractus aſpectibus, exigens a nobis, vt uetuſtatem peccatorũ cũ dolore & gemitu pęnitentiæ deponamus: membra per continentiam & iuſtitiam confixa ſint, ne ad priora mala redeamus, a quibus ita perfecte quieſcamus, vt nec eorum viſio, nec memoria habeatur, & non ſolum hoc a nobis exigit in ſacramẽto paſſionis, ſed etiam ſi uolumus imitari efficit.

†Ephe. 4. c Col. 3. b

*f Surrexit a mo.* Mors & reſurrectio Chriſti ẽt ſacramẽta ſunt.

*Vetus homo*

*ex hoc, quod dixerat ca. præ. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, imponebant ei pſeudo apoſtoli, q̃ dicebat permanendum eſſe in peccatis, ſicut dictũ eſt ſupra. iij. ca. Hũc aũt errorem remouet dicens:*

a Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia abu. *ſicut pſeudo apoſtoli aſſerunt nos dicere.*

b Abſit. *quia peccatum ad gratiam per ſe non diſponit. ſed magis auertit. Quod autem abundantia gratia ſequitur poſt peccatum aliquando, hoc prouenit ex bonitate Dei, qui elicit bona ex malis, non tamen ſemper elicit hoc ad bonum peccantis, ſicut patet in damnatione malorum, ex qua Deus elicit augmentum gloriæ electorum.*

c Qui. e. *Hic probat dictum ſuum per rationem, oſtendens, primo, q̃ in peccato nõ ſit permanendum. ſecundo q̃ virtuoſe ſit operãdum. & hæ ſunt duæ partes iuſtitiæ. ſ. declinare a malo, et facere bonum. ſecunda pars eſt ibi: Liberati autem. Prima in duas. Primo. n. probat peccatum eſſe dimittendum. ſecundo docet dimittendi modum, ibi: Non ergo regnet. Circa primum ponit duas rationes connexas, ideo eas ſimul ponit & declarat. Ad cuius euidentiam ſciendum, q̃ vita frequenter accipitur pro operatione uitæ, ſicut intelligere & ſcire dicuntur vitæ. & ex hoc conſequenter uita alicuius dicitur operatio, in qua principaliter occupatur. ſicut potare dicitur vita ebrioſi & peccare uita peccatoris, et agere iuſtè uita virtuoſi hominis. Item generatio unius cõtrarij eſt corruptio alterius, & econuerſo. Ex his format duas rationes ad dimittendum peccatum, totaliter nos mouentes. Prima eſt: quia per baptiſmum mortui ſumus peccato, & ſic de uita peccati nihil amplius debet in nobis apparere. & hoc eſt, quod dicitur: Qui. n. mort. ſu. pec. quomodo adh. uiu. in il. opera peccati exercendo. q. d. non decet. conſequenter oſtendit nos mortuos eſſe peccato di.*

H

† De conſ d. 4. c. pro pric. in pr.

d An ignora. *q. d. non debetis ignorare.*

e Quia qui. ba. ſu. in Chr. Ie. *ſ. in fide Xp̃i.*

f In mor. ipſius ba. ſu. *i. per uirtutem mortis eius, qua baptiſmus habet efficaciam.*

g Cõſepulti. n. ſumus cum illo per bap. *i. aſſimilati Chriſto ſepulto, quia ſicut Chriſtus ſepultus fuit in terra, ſic baptizatus mergitur in aqua.*

h In mor. *i. in ſimilitudinem mortis reſpectu uitæ peccatricis. Secunda ratio eſt, quia mori peccato eſt noua uitæ inchoatio, in qua aſſimilamur Chriſto reſurgenti. & ideo ſicut Chriſtus reſurrexit ad uitam immortalem, ita hic uita gratiæ non debet amplius in nobis interrumpi per culpam. & hoc eſt, quod dicitur.*

i Vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris. *id eſt per potentiam glorioſam.*

k Ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. *ſine interruptione mortis culpæ.*

l Si. n. comp. ſumus ſi. *q. d. per mortem Chriſti ſumus exulſi de peccato tanquam de terra mala, & plantati in terra gratiæ bonę cum Chriſto.*

¶ Scientes

## CAP. VI.

a Qvid ergo dicemus? a Permanebimus in peccato, vt gratia

a ¶Vere enim non eſt permanendum. ¶Scilicet hoc iam habemus. ¶Vel ſi.

abundet? Abſit. Qui b c

a ¶Quia. b ¶Vt iam peccatum non dominetur nobis per gratiam Dei. c ¶Qua ratione.

b c enim mortui ſumus peccato, quomodo † adhuc uiuemus in illo? † An d

a ¶Poſt tantum beneficium. b ¶Reddemus vires hoſti.

a ¶An mortui. ¶Sæpe arguit illos de ignorantia Q. non debetis ignorare. b ¶Cuiuſcunq; conditionis. c ¶Purificati a vitiis.

ignoratis fratres, quia quicunq; bã e

a ¶In inſtitutione eius, quæ eſt in nomine trinitatis, uel operatione Chriſti, qui baptizat.

ptizati ſum⁹ † in Chriſto Ieſu, in mor- f

a ¶Vere in baptiſmate ſumus ſimiles morti Chriſti, quia. ¶Fide.

e te ipſius baptizati ſumus? Conſe- g

a ¶Ad ſimilitudinem eius. b ¶Ducti.

pulti enim ſumus cum illo per bã-

a ¶Peccatorum abſolutionem. b ¶Ad hoc ſumus commortui & conſepulti.

ptiſmum in mortem, ut quomodo h i

a ¶Longe remotus. b ¶Verbum vel gratiam Dei

f Chriſtus ſurrexit a mortuis per glo-

a ¶Tam firmiter a uitijs reſurgentes ad bona opera. b ¶Poſiti. c ¶Per iuſtitiam fidei & ſpem gloriæ.

riam patris, † ita & nos in noui- k

a ¶De bono ad melius. b ¶Q ambulemus in nouitate vita, quod poſſimus.

tate vitæ ambulemus. Si enim l

a ¶Ad ſimilitudinem arboris. b ¶Si a ueteri ritu remoti firmiter hæremus Deo ipſo faciente, & ſimiles ſumus morti Chriſti.

cõplantati facti ſumus ſimilitudini

## NIC. DE LYRA. CAP. VI.

Diuiſio

Qvid er. *Hic circa prædicta apoſtolus remouet erroneum dictũ. Et primo remouet errorem. ſecundo dictum ſuum confirmat per rationem, ibi: Qui. n. mortui. Circa primum ſciendum, q̃ ex*



A *a Vetus ho.* i. veteres actus ſunt crucifixi .i. mortui. *Quia ve. homo n.* Vetuſtas noſtra & maledictio in duob. cõſiſtit. ſ. in culpa & pęna. Chriſtus autem ſua ſimpla vetuſtate noſtram duplam conſumpſit. In ſepulchro n. vno die & duabus noctibus quieuit: Per vnum diem ſimpla eius vetuſtas ſignatur, per duas uero noctes gemina noſtra. vnde: Culpam noſtrã Xp̃s deleuit præſentem, pręteritã, & futurã. Præteritã remittendo, præſentem ab ea retrahẽdo, futuram vt vitaremus gratiã conferendo. Pœnã quoq; ſiſr̃ ꝯſumpſit, gehẽnalẽ prorſus delẽdo, vt eã vere pœnitentes non ſentiant. Tp̃alem uero nõ penitus quidẽ tulit: manet. n. fames, ſitis mors, & huiuſmodi, ſed regnum & dominium eius deiecit, & in nouiſſimo penitus exterminabit.

Vetuſtas humana i duobus.

*b Vt de. co. pe.* carne. ſ. ſpiritui ſubdita.

*c Quod. n. mor. eſt pe.* Augu. Sacramentũ baptiſmi Apoſtolus cõmendat, ut q̃uo ille ſemel moriendo ſimilitudini peccati mortuus prædicatur, ita quicunq; fuerit in illo baptizatus, eidẽ rei, cui illa fuit ſimilitudo, moriatur. i. peccato: & viuat a lauacro renaſcendo, ſicut ille a ſepulchro reſurgendo.

Contra Maximinũ Arrianum. lib. 3. c. 2. 10. 6.

†De cõ. di. 2. c. iteratur. c. quid ſit ſanguis. 27. q. 1. c. nuptiarũ.

*d Ita & vos.* Quidquid ſupra dixit eſſe hominibus per gratiam Chriſti, hic Romanis attribuit.

*e Non ergo.* Quia ſupra dixit nos mortuos eſſe peccato, & non debere uiuere in eo, cum nemo ſine peccato, determinat a quibus maxime eſt cauẽdum, quaſi concludat, quod ſupra quærebatur: Permanebimus in peccato?

*f Obediatis con.* Concupiſcentia aliquando nomen eſt fomitis ſ. vitii innati. Aliquando actus interioris, qui eſt etiam in primo motu, qui dicitur propaſſio; & in B ſecundo, qui dicitur delectatio, & in tertio, qui dr̃ conſenſus. Hic non prohibet concupiſcentiam, quæ eſt in primo motu, quia non eſt in poteſtate noſtra quãdo ſurgat, ſed Dei gratia compeſcere poſſumus, ne vſq; ad delectationem & conſenſum perueniat. quod prohibet.

†De cõ. d. 2. ca. ſufficit. Concupiſcentia triplex.

*g Quid ergo?* Q. Quia lex a Deo, peccat qui eã dimittit pro gratia. *Quid ergo? Peccabimus.* Quia non ſub lege, quæ terret. ſed ſub gratia, quæ bene promittit; quid ergo? peccabimus? Hoc quidã, qui legẽ quaſi cohærentem vel coercentem prędicant, & tenendam.

†eo. d. c. põderet. in fi. De cõd. d. 4. c. non ex quo quiſq; §. hoc meminiſſe.

*h An neſ.* Ne Deum profitentes verbis, facti ſimus diaboli, præmonet nos eſſe ſeruos eius, cuius voluntatem facimus.

*Formam*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Scientes, quia ve. homo no. *id eſt conuerſus peccator.*

b Simul cru. eſt. *vt vltra nõ viuat tali uita: ſicut nec Chriſtus vltra paſſibili uita uixit.*

Matt. 6. 7.

c Vt de. cor. pec. *i. congeries peccatorum, ſicut in Mat. dicitur: Si oculus tuus fuerit nequã, totum corpus tuum tenebroſum erit. i. tota congeries operum tuorum, vt ibidem dicit glo.*

d Vt ul. non ſer. pec. *nos ei ſubijciendo.*

e Qui enim mor. eſt. *id eſt configuratus morti Chriſti per baptiſmum.*

f Iuſtificatus eſt a pec. *quia baptiſmus delet pœnam & culpam.*

g Si au. m. ſu. cũ Chr. *i. eius morti configurati.*

h Credimus, quia ſi. e. vi. cum il. *uita gratiæ, quia corruptio uitæ ueteris eſt inchoatio nouę.*

i Scientes quia Chriſt. re. a mor. iam non mo. *quia ſurrexit ad uitam immortalem.*

k Mors illi vl. non do. *ſicut dominabitur dãnatis mors gehennę, licet nõ moriãtur corpore.*

l Quod enim mor. *ſcilicet Chriſtus.*

m Peccato. *id eſt pro peccato tollendo.*

n Mortuus eſt ſemel. *Vnica enim mors Chriſti ſufficit ad tollendum omnia peccata præterita, præſentia, & futura.* C

o Quod autem ui. *ſcilicet Chriſtus.*

p Viuit Deo. *i. vita diuina. Inquãtum. n. Deus vita diuina eſt ſibi naturalis, & inquantum homo eſt ſibi communicata. Igitur ex prædictis concludit.*

q Ita & vos exiſti. vos mor. qui. eſſe pecca. *per totalem dimiſſionem culpæ.*

r Viuentes au. Deo. *id eſt uita gratiæ.*

ſ In Chri. Ie. do. no. *i. per Ieſum Chriſtum tanquam per mediatorem noſtrum.*

t Non ergo. *Poſtquam induxit nos ad dimittendum peccatum: hic conſequenter docet dimittendi modum. Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur modus huius dimiſſionis. ſecũdo, oſtenditur nobis poſſibilis, ibi: Peccatum. n. Modus autem uitandi peccatum eſt per repreſſionẽ fomitis. ideo dicit:* Non ergo regnet peccatum in ve. *ita q̃ ad eius impulſum ſtatim moueamini ad opus perficiendum.*

Diuiſio

u Vt obediatis cõcupiſcentijs eius. *Ideo. n. eſt ordo peruerſus, quia appetitus ſenſitiuus debet obedire rationi.* Sed ne. exh. mem. ve. *i. nõ aptetis ea ad malũ. Sicut. n. per ſequentẽ actũ carpentandi quædam fit impreſſio artis in manu artificis, aptans eam ad recte & faciliter percutiendum, ſic ex frequentatione operis mali fit quædam impreſſio in membris corporis aptans ea ad male operandum. Et dicit:*

x Iniquitatis. *propter quædam peccata, quæ ſunt contra Deum.*

y Peccato. *quantum ad ea, quæ ſunt in proximum vel in ſeipſum.*

† dominatur

z Sed exhibete uos Deo. *id eſt aptate vos ad ſeruiendum ei.*

a Et membra veſtra arma iuſtitiæ. *id eſt inſtrumenta ad iuſtitiæ opera. per frequentationẽ. n. boni operis fit impreſſio in membris corporis, per quam redduntur prompte mobilia ad opus bonum.*

b Peccatum. n. *Hic conſequenter oſtenditur dictus modus nobis poſſibilis. Et diuiditur in duas. primo oſtenditur propoſitum, ſecundo ſoluitur, argumentum ad oppoſitum, ibi, Quid ergo? Circa primum ſciendum, q̃ repreſſio fomitis eſt nobis poſſibilis, quia per gratiam Chriſti poſſumus vitare omne peccatũ mortale. carentibus autem hac gratia non ſic eſt poſſibile: quia licet non ſit neceſſarium eos peccare continue, tamen non poſſunt diu vitare peccatum mortale. Cuius ratio eſt, quia ſicut exiſtentes in gratia non poſſunt omnino vitare peccatum ueniale, eo q̃ ſenſualitas in eis non eſt totaliter ſubdita rõni, ſic in carentibus gratia ratio non eſt ſubiecta Deo: & ideo non poſſunt diu ſtare quin incidãt in peccatum mortale: Maxime in repẽtinis, in quibus agit homo ſecũdũ habitum & finẽ preconceptum. Gratia autẽ ſic Deo coniungit, & inclinationem fomitis diminuit, quod habens eam vitare poteſt omne peccatum mortale. & hoc eſt quod dicitur:* Peccatum. n. *id eſt fomes inclinans ad peccatum.* D

Diuiſio

c Vobis non domina. *ſicut dominatur carentibus gratia, ratione dicta. ideo ſubditur.*

d Non enim ſub lege eſtis *ſcilicet Moſaica, quæ gratiam non conferebat.*

e Sed ſub gratia. *ſcilicet Chriſti, cuius ſacramenta gratiam conferunt.*

f Quid ergo? Pecc. *Hic remouetur quædam obiectio, quę poſſet fieri contra illud dictũ Apoſtol.: Non ſub lege, ſed ſub gratia. Peccatum. n. eſt tranſgreſſio legis diuinæ. Si igitur abſoluti ſumus a lege, per conſequens ab eius tranſgreſſione vt videtur: & ſic habemus libertatem agendi contra legem. & hoc eſt, quod dicitur:* Quid ergo? Peccabimus? *agendo libere contra legem.*

g Quoniam non ſu. ſub le. *& reſpondet di.*

h Abſit. *q. d. Non ualet obiectio, quia tẽpore nouæ legis manẽt præcepta moralia, eo q̃ ſunt de dicta mine rõnis recti: p̃p̃ quod non ſumus abſoluti ab eorum obligatione. ideo ſubditur:*

i An neſcitis. *quaſi diceret, ſcire debetis.*

¶ Quoniam

a ¶Mox. b ¶Vt ambulemus in nouitate vitæ. ¶Chriſti.

mortis eius, ſimul & reſurrectio-

a ¶Facti comp antati ſimilitudini. b ¶Oſtendit per quid liceat. ¶Ambulemus in nouitate vitæ nos dico. c ¶ i. fomes & conſuetudo peccati.

a nis erimus. Hoc ſcientes, quia ve- a

a ¶Qui ex nobis, non ex Deo. b ¶Cum Chriſto. c ¶Crucifixione Chriſti, ita debilitatus eſt.

b tus homo noſter ſimul crucifixus b

a ¶Dominante ratione. b ¶ i. omnia crimina quaſi corpus & congeries. c ¶Ita.

eſt, ut deſtruatur corp⁹ peccati: ut c d

a ¶Non vt non ſit, ſed vt non cogamur ſeruire: quia iuſtificati ſumus.

vltra nõ ſeruiamus peccato. Qui e

a ¶Et vere non cogemur, quia iuſtificati a peccato. b ¶Peccato vt nos ſumus. c ¶Iuſtus eſt & liber a peccato.

enim mortuus eſt, iuſtificatus f

a ¶Si ita mortui ſumus peccato, ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt pœnę, Vel. Si commortui ſumus Chriſto. i. ſimiles mortui eius, ſicut ſupra dictum eſt, præter prædicta hoc habebimus, quia uiuemus in æterna uita.

eſt à peccato. Si autem mortui ſu- g

mus cum Chriſto, credimus quia h

a ¶Tali uita quali & ipſe. b ¶Non alibi, ſed ibidem cum eo.

ſimul etiam viuemus cum illo.

† Scientes quòd Chriſtus reſur- i

a ¶Vel a. b Longe remotus. c ¶ i. poſt hac. d ¶Diſſoluitur diuiſione animæ & corporis.

gens ex mortuis, iam non mori-

¶Aliqua paſſione.

tur, mors illi vltra non † domina- k

a ¶Vere Chriſtus iam non moritur, quia ſemel mortuus: ſemel, quia pro peccato tollendo: quod una morte fecit, quæ ad hoc ſuffecit. ¶Vel peccato. i. peccati ſimilitudini. i. carni, in qua non peccatum, ſed ſimilitudo peccati. ¶Pro noſtro tollendo.

c bitur. † Quod enim mortuus eſt l m

peccato: mortuus eſt ſemel. Quòd n o

a ¶Mors non dominabitur in Chriſto, ſed potius. b ¶Ad ſimilitudinem Dei patris. ¶Sicut uita patris, ita & uita Chriſti nullam inquietudinem recipit. c ¶Sicut Chriſtus ſemel mortuus, ita peccatum in uobis, & non oporteat iterari.

d autem viuit, viuit Deo. Ita & vos p q

exiſtimate vos mortuos quidem

a ¶Virtutibus. b ¶In honore Dei.

eſſe peccato, viuentes autem Deo r

a ¶Ex hoc opere Chriſti, alibi nulla ſpes.

in Chriſto Ieſu Domino noſtro. ſ

a ¶Quia ita mortui eſtis peccato. b ¶Etſi ſit. c ¶Fomes peccati.

e † Non ergo regnet peccatum in t

a ¶Ens. ¶Iam ueſtri ... b ¶Per peccatum. ¶Quod fiet immortale in futuro, ſi non regnet, peccatum, uel quod per hoc, quod peccatum regnauerit, moriturum eſt in æternum. c ¶Conſentiendo & operando.

f veſtro mortali corpore, vt obe- u

a ¶Etſi cupitis ex infirmitate. b ¶Sed nec concupiſcatis, quod eſt exhibere & habilia facere membra quæ tunc ſunt arma.

diatis concupiſcentiis eius. Sed

neque exhibeatis corpora ve-

a ¶Quibus impleantur. b ¶Concupiſcentiæ.

ſtra arma iniquitatis peccato, ſed x y

a ¶Habiles facite. b ¶Quod poteſtis, quia uiui, debetis, qui mortui eratis.

exhibete vos Deo tanquam ex z

a ¶Vitiis & peccatis. b ¶Virtutibus. c ¶Et ſi implere non poteſtis, vel uelitis: quo habiles eritis & præparati.

mortuis viuentes, et membra ve- a

a ¶Quibus iuſticia impleatur. b ¶Exhibete, quod leuiter poteſtis.

ſtra arma iuſticiæ Deo. Peccatum b

a ¶Vt olim ſolebat.

enim vobis non dominabitur. c

a ¶Quæ non iuuabat.

Non enim ſub lege eſtis, ſed ſub d e

a ¶Quæ refrigerat & iuuat. ¶Hac fiducia.

g gratia. Quid ergo? Peccabimus, f

a ¶Terrente.

quoniam nõ ſumus ſub lege, ſed g

a ¶Bene promittente. b ¶Non debetis peccare. ſed bene operari. quoniam &c.

h ſub gratia? abſit: An neſcitis, h i

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Formam do. Noſtra doctrina eſt forma, quæ imaginem Dei
E deformatam reſtituit.

b Humanum Hactenus oſtendit Apoſtolus non eſſe peccandum: Hic dicit quid deinceps ſit agendum, vt ſ. ſeruiatur iuſtitię de qua nullus eſt, qui poſſit ſe excuſare, quia nullus eſt, qui poſſit ſe excuſare, quia nullus eſt, q nō poſſit bene operari, ſaltem voluntate, quod idem eſt per gratiam.

De verbis Apoſtoli ſermo. 17. & 10. c Sicut n. Aug. Si non plus, vel quantū tunc, ne fides quaſi aſpera & importabilis fugeretur. Sicut tūc nullus timor coegit, ſed libido, uoluptaſque peccati duxit, ſic modo delectatio iuſtitiæ adultæ, etſi nondum perfectæ. unde dixit: Humanum.

d Ita nunc. quia plus etiā deberet amari iuſtitia, quàm tunc fuit iniquitas, ut pro iuſtitia toleret homo dolores, & contemnat omnia, etiam mortem.

e Liberi. Libertas ſerui eſt, qn̄ eum peccare delectat, quod eſt ex libero arbitrio. Liberaliter ſeruit, qui voluntatē domini libenter facit. ſic & iuſtitiæ libere ſeruit, qui amat, qui lætatur.

f Quem ergo f. Hæc rememoratio facit priora abhorrere, & magis obnoxios gratiæ.

g Erubeſcitis. Aug. Eſt. n quædam temporalis confuſio. ſ. perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, & reſpectione horrentis, & horrore erubeſcentis, & erubeſcendo corrigentis.

h Fini illo. m quia mors eſt digna retributio pro peccato, ſed uita eterna, quę eſt finis iuſtorum, ſola gratia datur per Chriſtum, quia & merita ex gratia, & reddetur gratia pro gratia.

Vbi ſupra †ſerua ipſi. i Nunc ve. l. Augu. Liberos dixit iuſtitię, non liberatos: nunc a peccato non liberos, ne ſibi hoc tribuāt. ſed dicit p inde liberatos, ad ſententiā domini,
Ioan. 8. e Si
F filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

Stipendium k Stipendium. i. militiæ diabolicæ debitum, quod redditur, non donatur. Stipendium, a ſtipe pendenda. i. ſubſtantia ponderanda. Antiquitus. n potius pōderabatur pecunia quam numerabaṫ. quæ pro patria militantibus ex publico ærario dabatur & dicit, Stipendia. n. pec. mors. ut mortem peccato non immerito illatam, ſed debitam demonſtraret.
Iſa. 1. g Poſſet etiam dici, Stipendium vitæ vita æterna. Sed maluit dicere, gratia Dei vita æterna, ut intelligeremus Deum ad æternam uitā pro ſua miſeratione nos perducere, non meritis. Vnde uita æterna. q̄ in fine a Deo meritis præcedentibus redditur (quæ non a nobis ſunt, ſed in nobis facta ſunt per gratiam) recte & ipſa gratia nuncupatur, quia gratis daṫ. Nec ideo gratis, qa nō meritis daṫ, ſed quia data ſunt & ipſa merita, qbus daṫ. Cōfitendū eſt ergo iō gratiā uitā æternā uocari, quia his meritis redditur, quæ gratia

contulit

a ¶Affectatis. b ¶Vt pronos.
quoniā cui exhibètis vos ſeruos ad a
a ¶Conſentiendo & operando. b ¶Ad eius voluntatem cogemini quadam neceſſitate, quam impertitur conſuetudo ad eius voluntatem. b ¶Poſtquam obediſtis: etſi non ante cum primum exhiberetis vos.
obèdiēdum, ſerui eſtis eius, cui obe b
a ¶Dicentis. b ¶Peccatum maius, vel æternā pœnam.
diſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue c d
a ¶Iuſtitiæ ducentis ad maiorem iuſtitiam, vel æternā vitam. b ¶Eius eſtis cui vos datis. Ego autem ago gratias Deo, quod cum primum eſſetis tales, modo non eſtis.
obèditionis ad iuſtitiam? Grátias e f
a ¶Aliquando & modo non.
autē Deo, quòd fuiſtis ſerui pecca-
a ¶Per hoc ſerui facti iuſtitiæ i. Chriſti. b ¶Nunc. c ¶Non ſpecietenus. ¶Animi iudicio, quia per naturam, non per legem, voluntate, non timore. ¶Pendentes.
ti, obedìſtis autem ex corde in eam g h i
a ¶Euangelij. b ¶Formam. ¶Alias qua. c ¶Non per vos ſed gratia Dei.
a formam doctrinæ, in quam † tràdi
a ¶Per hoc. Per alium. b ¶Fomite ne regnet. c ¶Conſentiendo & operando.
ti eſtis. Libèrati autē a peccato, ſer- k l
a ¶Et ideo leue quoddam. ¶Quia plus debens iuſtitiæ, quàm peccato.
b ui facti eſtis iuſtitiæ. † Humanum m
a ¶Minora deberem dicere, ſi poſſetis ferre, ſed parco infirmitati. b ¶Quæ eſt ex carne.
dico, propter infirmitatem carnis
a ¶Quia hoc humanum. b ¶Præparauiſtis uoluntate duce.
c ueſtræ. Sicut enim exhibuiſtis mem n
a ¶Quæ ueſtri iuris eſſent ſi ulletis. b ¶Operando. c ¶Carnis, quę corpus inquinat. ¶Vt luxuriæ.
bra ueſtra † ſeruire immundicię & o p
a ¶Etſi corpus non inquinet, animam tamen corrumpit. b ¶Iniquitati dico ducenti ad conſummationem mali. c ¶Similiter. d ¶Cum ſitis liberati a peccato.
d iniquitati ad iniquitatem, ità nunc q r
a ¶Præparate. b ¶Quæ ueſtri iuris. c ¶Operando. d ¶Ducenti.
exhibète mēbra veſtra ſeruire iuſti- ſ t
a ¶Ad conſummationem boni. b ¶Ideo eſt ſeruiendum iuſtitiæ. ¶Cum peccatum dominaretur uobis.
tiæ in ſanctificationem. † Cum e- u x
a ¶Caruiſtis domino iuſtitiæ.
e nim ſerui eſſetis peccati, liberi fui-
a ¶Et fuit fructus vnde erubeſcatis, & finis mors. ¶Maiorem turpitudinem in hac uita. ¶Q. malum.
f ſtis iuſtitiæ. † Quem ergo fructum y
a ¶Turpitudinibus peccatorum. b ¶In quorum memoria.
habuiſtis tūc in illis, in quibus nūc z
a ¶Cum ſanæ mentis eſtis. b ¶De fructu quæro, nam de fine patet. ¶Exitus uitæ & actuum. a ¶Vnde: Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. ¶Æterna.
g h erubeſcitis? Nam finis illorū mors a b
a ¶Ita tunc. b ¶Cum conuerſi eſtis. c ¶Cuius tunc ſerui.
i eſt. Nunc uero liberati a peccato, c d
a ¶Tunc liberi iuſtitiæ. b ¶Quaſi per alium. c ¶In præſenti.
ſerui autē facti Deo, habetis fructū e
a ¶Vobis congruum. ¶Ducti. b ¶In uirtutum conſummationem. c ¶Habetis.
ueſtrū in ſanctificationem, finem f g
a ¶Quæ eſt in fine. b ¶Quaſi ex meritorum ſunt.
k vero uitā æternam. Stipendia enim h
¶Æterna. a ¶Datur. b ¶Quæ eſt finis iuſtorum ſola.
peccati mors: † Gratia autē Dei uita i
a ¶i. per ¶Cur dicitur per Chriſtum, & non per legis obſeruantiam? quia iam finem habet, & non dat vitam, ſed auget peccatum.
ęterna, in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

NIC. DE LYRA.

a Quoniam cui ex. uos ſe. ad eius nutū.

b Serui eſtis eius. hoc eſt per ſe notum.

†Donum c Siue pec. ad mor. id eſt cuius ſeruitus ducit ad mortem gehennæ.

d Siue obe. præceptis diuinis.

e Ad iu. hic obtinendam, & in futuro uitam æternam. ideo ſubdit.

f Gratias autem Deo q fuiſtis ſerui pecc. ſed modo non eſtis. Gratiæ. n. non ſunt agendæ de peccati commiſſione, ſed de eius dimiſſione.

Obedientia laudatur pp tria. g Obediſtis au. Hic ponit tria, ex quibus laudabilis redditur obedientia. Primum q ſit prompta, cum dicit: Obediſtis. & non dicit, obedietis. Secundum, quòd ſit voluntaria. ideo ſubditur:

h Ex corde. Per cor enim, quod mouet alia membra, intelligitur voluntas, quæ mouet alias vires ad operationes ſuas. Tertio quòd ſit diſcreta. ideo ſubditur:

In

G i In eam formam do. ſ. catholicæ per Chriſtum et apoſtolos prædicatæ.

Diuiſio k Liberati. Poſtquam induxit Apoſtolus ad peccatum dimittendum, hic inducit ad uirtuoſe agendum, & hoc ex duobus. ſ. ex operis facilitate & eius utilitate. ſecundum eſt ibi, Cum. n. Circa primum dicit continuās ſe ad præcedentia. Liberati autem a peccato per eius dimiſſionem.

l Serui facti eſtis iu. id eſt obligati ad iuſtitiæ operationem.

m Humanum di. q. d. hoc eſt facile & cōſonum rationi: per cōſuetudinem. n. talis operatio delectabilis redditur, ut patet ad ſenſum. ideo concludit. 10. Ethic. comm. 4.

n Sicut enim ex. id eſt ea feciſtis habilia ex conſuetudine mala.

o Seruire immundi. id eſt ad ſeruiendum peccatis carnalibus.

p Iniquitati. id eſt peccatis ſpiritualibus.

q Ad in. i. ad mali ueſtri conſummationem, ſecundum illud Apoc. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Apoc. 22. c

r Ita nunc. id eſt tempore gratiæ.

ſ Exhibete membra ve. per bonam conſuetudinem habilitantes ea.

t Seruire iuſt. q. d. Illud eſt leue. ſ. quòd non plus laboris requiritur in ſeruitute Dei, quæ ducit ad gloriam, quàm in ſeruitute diaboli, quæ ducit ad gehennam. †traducti

u In ſancti. id eſt ad ſanctitatis conſummationem, ſecundum illud Apoc. Sanctus ſanctificetur adhuc. Apoc. 22. c

x Cum. n. ſerui eſſet. Hoc ad idem inducit ex uirtuoſi operis vtilitate. & hoc per comparationem ad damnum, quod eſt in opere peccati, dicens, Cum. n. ſerui eſſet. pec. i. ſpoliati a bono iuſtitiæ, quod eſt damnum maximum, ideo ſubdit, †47. diſt. c. oēs 3. q. 1. requiſiti.

y Quem ergo fructum habuiſtis. id eſt quam utilitatem.

z In quibus nunc eru. poſt pœnitentiam. q. d. nullā utilitatem habuiſtis, ſed damnum maximum. ideo ſubditur,

a Nam finis illorum. id eſt peccato ſeruientium.

H b Mors eſt. ſ. gehēnæ. Et per oppoſitum concludit utilitatem vitæ uirtuoſæ, di.

c Nunc uero liberati a peccato. per eius dimiſſionem.

d Serui autem facti Deo. per iuſtitiæ operationem. † Ioan. 8. e

e Habetis fru. ue. qui duplex eſt. ſcilicet: gratiæ in præſenti. ideo dicitur:

f In ſanctificatio. Et gloriæ in futuro. ideo ſubditur:

g Finem ve. Sed quia Deus punit citra condignum, ideo ſubditur,

h Stipendia enim peccati mors. & præmiat ultra condignum, ſi conſideretur opus meritorium in quantum procedit ab homine, ita quòd gratia concurrit cum iuſtitia. ideo ſubditur.

i Gratia autem Dei uita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. id eſt per Ieſum Chriſtum mediatorem noſtrum.

In ca. vj. vbi dicitur in Poſtill. Cum. n. ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.

ADDITIO I.

Hoc qđ dicitur: Cū. n. ſerui eſſetis peccati & liberi fuiſtis iuſtitię, ſic videṫ exponēdū, Illi. n. q ſunt ſerui peccati ex diuturna cōſuetudine, credūt ſe iā nō eſſe obligatos iuſtitiæ, eo modo quo dicit in Iere. A ſeculo cōfregiſti iugū: dixiſti nō ſeruiā. i. libera ſum. Decipitur. n. homo, credens eſſe libertatem agere quidquid vult ſine freno legis, vt infra ca. vij. in Poſtil. &c. Ierem. 2. d

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. Sed quia Deus punit citra condignum, ideo ſubditur: Stipendia enim peccati mors eſt.

ADDITIO II.

Apoſtolus punitionem peccati ſtipendium nominauit. Stipendium enim dicitur a ſtipe pendenda, id eſt ſubſtantia pōderanda. Antiquitus enim potius ponderabatur pecunia, quæ militantibus pro patria tribuebatur, quàm numeraretur. ideo dixit: ſtipēdia peccati mors, ut mortē peccato nō immerito illatā demōſtraretur. Stipēdiū. n. p opere diabolicæ militatiōis, ut debitū reddiṫ, nō donaṫ.

Gratia



contulit homini. Accipimus ergo gratiam pro gratia. ſ. gra-
A tiam glorificationis pro gratia iuſtificationis.

ADDITIO.

Gratia vero niſi gratis detur, gratia nō eſt. Vnde quia ipſa hominis bona merita Dei munera ſunt, quibus cum vita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur, cum ipſa merita ex gratia ſint? C
Noluit ergo dicere, ſtipendium iuſtitiæ vita æterna, ſed maluit dicere, gratia Dei uita æterna, quia eadem merita quibus redditur, non a nobis ſunt, ſed in nobis a Deo facta ſunt per gratiam. Hæc ex glo. in hoc loco.

GLOS. ORD. CAP. VII.

AN ignoratis. Hactenus de vi gratiæ: Nunc q lex vltra non eſt tenenda. & agit de fine legis & priori eius inutilitate: ne ergo mirētur Romani, qa Apoſtolus dicit, Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia, ſupra dicebatur nō iuſtificare, hic debere ceſſare quia data vſq; ad Chriſtū. Ordo. An ignoratis hoc. ſ. qa lex in homine dñatur quāto tempore uiuit, qđ non debetis ignorare, quia legem ſcitis, & ego loquor ſcientibus legem: in qua, quod dico manifeſtatur, ſi ſpiritualiter intelligatur. Vel, lex. Moyſi dominatur in homine, vt ei obediaṫ: quia & vos ſcitis legem Moyſi. Scientibus. n. &c. Et ſic dupl'r pōt legi litera, vel de lege naturali, vel de lege Moſaica.

b Viuit. Mortua. n dicitur lex, cum ceſ-
†1. Co. 7. g ſat eius autoritas.

†obnoxia c Nam quæ ſub viro. Vt firmet animos eorum, exemplo humanę legis vtitur. Sciunt legem Romani, quia non ſunt Barbari, ſed naturalem iuſtitiam comprehenderunt, partim ex Græcis, ſicut Græci ex Hebræis. Nā quæ ſub vi. Hoc exemplo docet Chriſtianum a lege factorum exutum, non ab omni lege: ut mulier a lege viri, non a lege naturæ, nec ultra Chriſtianus debet eſſe ſub lege. Si. n. lex ei uiuit, adulter eſt, nec prodeſt ei Chriſtianum dici.

d Igitur vi. mar. vo. ad Si ſeruans legem mortuam, vult eſſe fidei, adulter eſt in utroq;, nec prodeſt ei Chriſtus.

e Si au. mor. fue. vir. Sic finita lege nō p-
B uaricatur, qui ad Chriſtum tranſit di-
Lib. 83. q. q. 66. ... miſſis figuris. Auguſt. Mortua. n lege non ſunt adulteri, qui in Chřo ſunt.

f Per cor. Chri. quia Chriſtus fuit impletio & veritas, legalia uero figura & umbra Chriſti fuerunt, & eorum, quæ in Chriſto impleta ſunt.

g Cum. n. eſſe. Hic quatuor actus hominis ponit, ante legem, ſub lege, ſub gratia, deinde in alia uita ubi nullū bellū.

Viuendi modus hominis quadruplex i A le. mo. Aucta eſt. n. cōcupiſcētia cū lex phiberet vbi nō erat fides, et ad cumulū pctorū, puaricatiōis crimē adiectū eſt, qa vbi nō ē lex, nec puaricatio.

†affectus De verbis Apoſt. ſerm. 4. tom. 10. h Nunc au. ſo. ſu. Aug. In pcedēti ſimilitudine tria ſunt, vir, mulier, & lex. Et rurſus in hac re, pp quā ſimilitudo inducta, ſimiliter ſunt tria, aīa, peccatum & lex. Sed in illa vir moriṫ, vt ſoluta qa ſit mulier ipſa nubat, hic āt nō peccatum, ſed ipſa anima moritur peccato, quæ ſeruit mente lege Dei, quamuis ipſæ paſſiones nondū mortuę ſint,
†mortui ei q̄diu carne ſeruit legi peccati. Reſtat ergo ei adhuc aliqd q eū nō vincant.

-ita k In no ſp. operibus noui hominis, q̄ non noſtris uiribus vel lege attingimus, ſed gratia. ſ. ſpiritus in quibus ſic eſt immorandum, vt nihil addatur de legis operibus, quæ uetuſta ſunt.

Quid

CAP. VII.

a AN ignoratis fratres, a
(ſcientibus enim le b
a ¶Hoc ignoro. ſ.
gem loquor) quia c
a ¶Naturalis. ¶Lex naturę generalis eſt, & non ſcripta.
lex in homine do-
a ¶Vt ei obediat. b ¶Quandiu ſtatum habet ipſa lex.
b minatur, quanto tempore viuit?
a ¶Verſimile. ¶Proponit ſpecialem legem.
c † Nam quæ † ſub uiro eſt mulier vi- d
a ¶Vt non poſſit diſcedere ab eo. ¶Si etiam quandiu lex ſtatum habet, debet ſeruari.
uente viro alligata eſt legi. Si autem
a ¶Sic ſi lex ſtatum amittit, ſoluitur homo.
mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt a lege
a ¶Quia uiuente uiro alligata eſt legi uiri. b ¶Sic qui præuaricatur lege ſtante peccat.
d viri. Igitur viuente marito, † vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio vi-
¶Sublata lege data remiſſione peccati.
e ro. Si autem mortuus fuerit vir eius,
a ¶Ita hi, qui iuncti ſunt euangelio, per gratiam liberati. b ¶Ita. c ¶Mortua lege, non ſunt adulteri, qui cum Chriſto ſunt.
liberata eſt a lege viri: ut nōn ſit adul-
a ¶Iuxta hanc ſimilitudinem.
tera, ſi cum alio fuerit viro. Itaque e
a ¶Apoſtoli. b ¶Non modo dimiſiſtis legem, ſed etiam ¶Nihil debetis legi, quæ data eſt uſq; ad Chriſtum. ¶Dimiſſis peccatis.
fratres mei, & uos mortificati eſtis f
a ¶i. Figuratiuis. b ¶Per myſterium incarnationis, uel complectionem ueritatis.
f legi per corpus Chriſti, vt ſitis uos g h
a ¶i. Chriſti, cuius non pudeat eſſe quia ipſe eſt. b ¶Et cuius utique ſumus.
alterius, qui ex mortuis reſurrexit, i
a ¶Modo. ¶Qui ſteriles ſub lege. b ¶Qui prius mortui. ¶vel mus. c ¶Modo Deo, & non ut olim.
g ut fructificetis Deo. Cum enim eſſe k l
a ¶Carnali ſenſu. ¶Quæ carnis ſunt operantes, quod eſt ſub lege. b i. concupiſcentiæ, quæ ſunt cauſæ, cauſa peccatorum mortalium. i. conſenſus & operis.
mus in carne, † paſſiones peccato- m
a ¶Vel notæ, uel auctæ, uitio uel fomite faciente. b ¶Ducebant membra ad mala opera.
rum, quæ per legem erant, † opera- n o
a ¶Quaſi per inſtrumenta ſua. b ¶Ita. c ¶Facerent digna æterna morte.
bantur in membris noſtris, ut fru- p
a ¶Cum ſumus Chriſti. b ¶Remiſſis peccatis.
h ctificarent morti. Nunc autem ſolu- q r
a ¶Quæ eſt cauſa peccati. ¶Vel lex mortis eſt, quia peccantes interficit.
i ti ſumus a lege † mortis, in qua ſ
a ¶Nec unquam niſi gratia Dei ſolueremur. b ¶Soluti.
k detinebamur, ita vt ſeruiamus in t
a ¶Lege fidei, quæ eſt in animo innouato, quæ etiam hominem facit ſpiritualem, & ideo lex ſpiritus. b ¶Seruiuit enim, quia ceſſauit.
nouitate ſpiritus, & non in uetuſta u

NIC. DE LYRA. CAP. VII.

Diuiſio AN ig. Poſtquā Apoſtolus oſtendit virtutē fidei Chriſti in peccatorū dimiſſione, hic idē oſtendit in legis ceſſatione. Et diuiditur in duas: primo oſtendit propoſitū. ſecūdo concludit q in Chriſto ſit firmiter permanendū, cap. ſequen. Prima adhuc in duas. primo oſtendit legis ceſſationem. ſecundo circa hoc remouet errorem, ibi, Quid ergo dice. Prima adhuc in duas. primo probat propoſitū. ſecūdo declarat quoddam ſuppoſitum, ibi: Cum. n. eſſemus. Circa primum ſciendum, q lex Moſaica fuit imperfecta reſpectu nouæ legis: quia ſtatus illius populi fuit
Gal. 3. d quaſi ſtatus puerilis. Vnde ad Gal. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto: adueniente verò ſtatu virili ceſſat puerilis, ita adueniente noua quæ eſt perfectionis, ceſſauit uetus q̄tū ad ceremonialia et iudicialia. Dicit ergo.

a An ignoratis fratres. q. d. Non, cuius cauſam ſubdit,

b Scientibus en. le. lo. De Romanis. n. credentibus aliqui erant conuerſi de Iudaiſmo: & illi ſciebant legem Moſaicam: aliqui de Gentilibus, & illi ſciebant legem ciuilem.

c Quia lex in ho. do. quanto temp. i. ſcitis q lex Moſaica vel ciuilis habet virtutē coercendi, quanto tempore in ſuo robore manet: & ideo ipſa ceſſante ſicut lex Moſaica ceſſauit, adueniente lege noua, non eſt amplius obligatoria. Et ad hoc inducitur exemplum de muliere, quæ eſt ſub lege uiri: quæ obligatio ceſſat per mortem viri. unde ſi uir reſurgeret, non teneretur eum recipere niſi de condecentia: & cum hoc ſuperueniente nouo conſenſu. & idem iudicium eſt de viro reſurgente reſpectu vxoris, quia in hoc ad paria iudicantur: & hoc eſt quod dicitur:

d Nam quæ ſub uiro eſt mulier. Et patet litera ex dictis vſque.

e Itaq;. vbi concludit propoſitum, applicans ad hoc dictum exemplum, di. Itaq; frat. mei & uos. ex eodem patre & matre geniti. ſ. ex Chriſto & eccleſia.

f Mortificati eſtis legi. ſcilicet Moſaicæ.

g Per corp. Chriſti. i. per incorporationē cū Chriſto facti membra ipſius per baptiſmū, quæ eſt generatio noua uitæ & ſpiritualis: & p cōſequēs eſt corruptio uitæ ueteris & legalis: qa generatio vnius eſt corruptio alterius. †iudicabit

h Vt ſitis vos al. id eſt Chriſti.

i Qui ex mortuis reſurrexit. incipiendo nouam uitam.

k Vt fru. Deo. opera nouæ vitæ faciendo.

l Cum. n. eſſe. in car. Hic conſequenter probat ſuppoſitum quoddam. ſ. q debent fructificare Deo. Cuius ratio eſt, quia fructus ſapit naturam terræ, in qua plantatur arbor. Conuerſi uero ad fidem Chriſti per baptiſmū euelluntur de mala terra & plantantur in bona. ſ. in Chriſto, ut dictum eſt. ſupra ca. præc. ergo debēt fructificare Chriſto. & hoc eſt, quod dicitur, Cum. n eſſemus in car. i. carnaliter viuentes ante conuerſionem. D

m Paſſiones pec. i. concupiſcentiæ carnales. Quæ bene dicitur paſſiones, quia abſciūt a ſubſtantia noſtra ſpoliando nos gratuitis, & vulnerando in naturalibus.

n Quæ per legem erant. inquantum concupiſcentiæ per legem erant occaſionaliter excitatæ, vt dicetur infra eo. ca.

o Operabantur in membris no. inducendo illa ad perpetrationem mali, ut oculum ad impudice aſpiciendum, & manum ad immunda tangendum, & ſic de alijs membris. † vigebant

p Vt fru. mo. i. opera morte digna facerent, quia tunc plantati eramus in mala terra.

q Nunc autem. i. t pe gratiæ et nouæ legis.

r Soluti ſu. a le. mor. i. a lege Moſaica, quæ dicitur hic lex mortis, quia mortē inferebat corporalem tranſgreſſoribus in caſibus multis, ut patet ex decurſu illius legis. Et quia legalia in paſſione ipſius Chriſti ſunt mortua, p cōſequēs tūc abſoluti ſumus a lege mortis.

ſ In qua de. obligati vſq; ad tempus Chriſti, per quem ab eius obligatione ſumus liberati. propter quod ſubditur:

t Ita ut ſer. in no. ſpiritus ſcilicet ſecundum regulam nouæ legis.

u Et non in uetuſta literæ. i. ſecundum regulam legis veteris, quæ eſt lex ſcripta. Et hoc eſt intelligendum, quantum ad ea, in quibus lex uetus eſt per nouam euacuata: de quibus plenius dictum eſt ſupra. Lex autem noua bene dicitur nouitas ſpiritus, quia nō fuit ſcripta per Chriſtum, ſed impreſſa cordibus apoſtolorum per ſpiritum ſanctum renouantem corda & linguas eorum. De hac autem nouitate legis nouæ & uetuſtate veteris, & inſcriptione utriuſq; dicitur in Iere. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris, &c. Et ſubditur: Dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & non in tabulis lapideis vel in chartis. Per hoc aūt quod dicit dominus: Fœdus Aſtu. 2. Ierem. 31. e

continuare

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quid er. dice.* Quando quidem lex mortis eſt & auxit uires peccati, detinens a bona operatione: videtur ergo lex peccatũ .i. docẽs peccare, vel talis pro qua donata peccauit autor eius, quaſi malæ rei. Non ſed potius bonum eſt: peccatũ fecit agnoſcere: quia prius neſciebantur quædam vel eſſe peccata, uel, adeo eſſe grauia uel eſſe punienda.

b *Abſit: ſed pec.* Oſtendit legem non eſſe peccatum ſed indicem peccati, ut ſic anima reatus ſollicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur.

c *Nam conc.* Hoc elegit Apoſtolus generale, vnde omnia. Bona lex, quæ dũ hoc prohibet, omnia prohibet. *Concupiſcentiam.* Aliqui generalem intelligunt. Alii illam, de qua in decalogo.

Exod. 20.c

Non concupiſces rem proximi tui uel vxorem. Generalem, quia ex ea omne malum.

†Exo. 20.c Deu. 5.c

d *Neſciebam.* In ſua perſona generalem agit cauſam.

e *Occaſione autẽ ac.* Quia talis eſt noſtra carnalitas, vt ardentius deſideret prohibita: quibus non memoratis, iaceret quaſi ſopita. Et diabolus videns legẽ in auxilium hominibus datam: magis exarſit & magis inſtitit, vt eam uerteret illis in pernitiem: cum prius quaſi ſecure poſſidens minus tentaret, uel occaſione accepta in ipſis rebus, ut uiſa muliere uel auro.

†genuit

f *Omnem concu.* (Amb.) dicens, cuncta peccata ſignat. Erat.n. ante peccatũ, ſed non omne, quando crimen præuaricationis adhuc deerat. Sed omne peccatum modo acceſſit, quia etiam præuaricatio. Aug. Aucta eſt.n. concupiſcentia ex prohibitione legis, quando adhuc gratia deerat liberantis.

lib. 83. qq. q. 66. to. 4. & ad Simplic. li. 1. q. 1. eod. to. Homo idem duplex

g *Ego au. viue ſine le.* Patet, quia non ex ſua, ſed ex perſona hominis generaliter loquit: *Ego autem uiueb.* Nota duos homines in eodem, interiorem & exteriorem .i. rationem & fomitem, qui eſt in carne. Interiorem dicit conſentire legi, & eius teſtimonio bonam eſſe legem approbat. Exteriorem uero contra interiorem & contra legem repugnare, et captiuare, et per legem maiorem poteſtatem peccandi habere.

F

†1. Tim. 1.b

h *Viuebam.* Nõ terrebar morte ex peccato, quia non apparebat. Q.d. Neſciebam eſſe peccatum, & ideo ſecure uiuebam.

a ¶Occidentis. b ¶Hic quæritur utrum ipſa ſit mala, quia uidebatur culpaſſe legem.

literæ. Quid ergo dicemus? Lex

a ¶i. male docens, uel faciens peccata &c. quæ ſupra. ¶Scilicet bona.

peccatum eſt? Abſit. † Sed peccatum

a ¶A Deo vt per legem vel eſſe puniendum. ¶In parte.

non cognoui, niſi per legem. Nam

a ¶Vel peccatum eſſe, uel tam graue. b ¶Per eam factus eſt homo doctus, ſed prius eſt uictus dum ſine gratia.

concupiſcentiã neſciebam, niſi lex

a ¶Ecce lex bona, tamen ex ea malum, quia peccatum. id eſt fomes peccati uel diabolus.

diceret: † Non concupiſces. Occaſio

a ¶Fomes, initiũ ſ. concupiſcentiæ, uel diabolus autor peccati.

ne autem accepta, peccatũ per man

datum † operatum eſt in me omnẽ

a ¶Conſenſu animi & operationem. b ¶Per mandatum dex, quia cum lex non erat. ¶Hic primus actus hominis notatur ante legem. c ¶Diabolus uel fomes peccati.

concupiſcentiã. Sine lege enim pec-

a ¶Debile, uel ignotũ latebat, nõ apparebat. b ¶Rõnalis hõ.

catum mortuum erat. Ego autem

a ¶Videbar mihi viuere. ¶Ad comparationem huius mortis. ¶Tempore ante legem.

uiuebam ſine lege † aliquando. Sed

a ¶Exterior homo. ¶Prius ſopitum.

cum veniſſet mãdatum, peccatum

a ¶Apparuit, innotuit. b ¶Interior homo. c ¶Aucto peccato & addita præuaricatione. ¶Noui me mortuum.

reuixit. Ego autem mortuus ſum.

a ¶I.a. b ¶Bene attendenti. ¶Peccanti. ¶Non obſeruanti. c ¶Legis.

et inuentum eſt mihi mandatum

a ¶Obedienti. ¶Obſeruanti. ¶Intentione dantis, quia bonũ. b ¶Idem non aliud. c ¶Non ex ſui uitio ſed ratione prædictæ occaſionis. ¶Aeternam.

quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mor

a ¶Quomodo ad mortem? b ¶Vel diabolus. ¶Carnalitas. c ¶Ex prohibitione aucto deſiderio, dulcis fit.

tem. Nã peccatum occaſione acce-

¶Gladio tuo occidit te.

pta per mandatũ ſeduxit me, & per

a ¶Quia acceſſit & præuaricatio. b ¶Quia lex eſt ad uitam, & prohibet, & facit peccatum cognoſcere, ergo bona.

illud occidit. † Itaq; lex quidem ſan-

a ¶Quia bene iubet & phibet. b ¶Opera legis. ¶Laus legis.

cta, & mandatum ſanctum & iuſtũ?

a Quid ergo di. *Hic remouet errorem occaſione prædictorum incidentem. Ex hoc.n.q; Apoſtolus legem veterem vocauit legem mortis, poſſet aliquis credere, q; illa lex fuiſſet mala: ſicut credidit Machiueus di. q; a diabolo fuit data. & ideo hunc errorem remouet Apoſtolus: Oſtendens primo, q; non fuit mala. ſecundo, q; fuit bona, ibi: Lex quidem ſancta. & tertio, agit de lege fomitis occaſione habita, ibi: Video aliam legẽ. Prima adhuc in duas, quia primo oſtendit q; lex nõ eſt cauſa mali. ſecundo, q; eſt eius aliqualiter occaſio ex parte noſtri, ibi: Occaſione autem. Circa primum dicit:* Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt. *ideſt Sequitur ne ex dictis noſtris, quod lex ſit cauſa peccati?*

G

Diuiſio

†De cõſti. c. nã cõcupiſcentiã.

b Abſit. *i. non ſequitur hoc. Quod probat. Ad cuius intellectũ ſciendũ, q; peccatũ nõ uitatur niſi inquantum cognoſcitur eſſe malum: Secundum.n. q; dicit Dionyſius. Nullus intendens, malum operatur, ſed bonum. igitur illud per quod peccatum cognoſcitur eſſe malum, non eſt per ſe cauſa peccandi ſed magis eſt per ſe cauſa vitandi peccatum. Lex autem vetus eſt huiuſmodi: quia ante eius dationem, ex conſuetudine peccandi lex naturalis in cordibus hominum ſic erat obfuſcata, q; multa reputabãt licita: q̃ tamen per ſe erant mala, & maxime circa actus interiores aĩæ: pp quod data fuit lex ad cognitionẽ clariorem illi populo, de quo Chriſtus erat naſciturus: propter quod erat præ cæteris inſtruendus, quia debebat vigere ſpeciali ſanctitate. Lex igitur non eſt cauſa peccati per ſe. Huius deductionis Apoſtolus ponit uirtutem. ſ. quòd lex dat peccati cognitionem di.*

† quõdam

b Sed pec. non cog. *eſſe malum ſaltem in multis. propter obfuſcationem legis naturalis. Et loquitur Apoſtolus in perſona generis humani ſic obfuſcati.*

d Niſi per le. *quæ fuit data ad quandam legis naturalis renouationem. Et ponit exemplum de actu interioris peccati, dicens:*

e Nam conc. neſ. *ſupple, peccatum eſſe. Licet hoc exprimatur in aliquibus libris, non tamen eſt de textu, nec in libris correctis: Sed quia ſubintelligendum eſt, aliqui doctores poſuerunt illud in glo. interlineari: quæ poſtea per ignorantiã ſcriptorum inſerta eſt textui.*

H

f Niſi lex di. Non concu. *in hoc prohibens actum interiorem reſpectu mali.*

Lex cã peccati dupliciter. Exod. 20.

g Occaſione autem. *hic conſequenter oſtẽdit, quòd lex aliqualiter fuit occaſio peccati ex parte noſtra. Vno modo ab interiori: quia homo appetit libertatem, & frequenter in hoc decipitur, credens eſſe libertatem, agere quidquid vult ſine fræno legis, quod tamen eſt deſtructio libertatis ſecundum Philoſophum. et ideo homo nititur in vetitum. propter quod per legem concupiſcentiam prohibentem, concupiſcentia fuit in contrarium excitata. Alio modo ab exteriori. Dæmon enim per tentationem magis nititur deuicere homines, qui ſunt in ſtatu ſanctiori. populus autem Iſrael per ſuſceptionem legis in ſtatu ſanctiori fuit poſitus. Vnde. Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias iuſtaque iudicia & uniuerſam legem, &c. Propter quod poſt legem datam dæmon magis conabatur in eo concupiſcentiam excitare & hoc eſt quod dicitur:* Occaſione autem accep. *duobus dictis modis.*

Impune peccare credũt hæretici eſſe veram libertatem.

Deut. 4.b

Cõcupiſcentia nõ ẽ peccatũ, vt d. ſuggeſtionẽ, ſed vt d. cõſenſum: Hinc ſolues pleraq; Lutheranorum argumenta, q̃ innituntur huic Paulino textui.

h Peccatum. *id eſt concupiſcentia: Quæ dicitur peccatum, eo quòd eſt cauſa peccati, eo modo quo ſol dicitur calidus: quia eſt cauſa caloris.*

i Per mandatum. *i. per legem, quæ frequenter mandatum dicitur: eo quòd continet Dei mandata.*

k Operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. *id eſt augmentabat in me incentiuum peccandi.*

l Nam peccatum. *id eſt concupiſcentia.*

m Occaſione accepta per mandatum. *modis dictis.*

n Seduxit me. *trahendo me ad conſenſum peccati mortalis.*

o Et per illud occidit. *me inducendo ad opus.*

Diuiſio

p Itaq; lex quidem ſancta. *Poſtquàm Apoſtolus oſtendit legem non eſſe malam, hic oſtendit eam eſſe bonam. Et primo facit propoſitum. ſecundo, remouet obiectionem in contrarium, ibi:* Quid ergo. *Circa primum dicit:* Itaq; lex quidem ſancta. *quod ſtatim declarat: quia intentio legis eſt homines facere bonos, decimo Ethicorum. Lex vetus eſt huiuſmodi, quia ordinabat homines ad Deum per præcepta ceremonialia. ideo ſubditur,*

q Et mandatum ſanctum. *illud.n. ſanctum dicitur, quod ad Dei cultum ordinatur. Item ordinabat iuſte viuere ad proximum per præcepta iudicialia. propter quod ſubditur:*

r Et iuſtum. *Item ordinabat hominem ad ſeipſum per moralia pcepta,*

¶ de qui-

i *Sed cum ve.* Hic ſcds actus ſub lege. Id eſt: Hic loquit Apſus in ſtatu hois poſiti ſub lege. Q. Sine lege viuebant ſed cũ, &c.

e Ego ad e. *ideſt ad inuidiam.* (Deut. 32. c)

f Vos adducam. *i. adduci permittam contra Chriſtum ex deceptione diaboli.*

g In non gen. *i. dimittendo uos in incredulitate loco illius gentis, quæ apud uos erat nullius reputationis. Iudæi enim non reputabant Gentiles eſſe gentes, ſed uocabant eos canes ſicut dictum fuit ſuper illud Exo. ſed proijcietis eam canibus.* (Exod. 22. d)

h In iram uos. *i. in punitionem per uindictam meam: quod per Romanos fuit impletum occidendo & captiuando populum Iudaicum. Inducitur autem ad hoc auctoritas Iſa. de illuminatione Gentium, cũ dicitur:*

i Inuen. ſum &c *i. à Gentilibus idolis ſeruientibus, qui prædicationem apoſtolorũ receperunt deuote, & ſic fuerunt illuminati. & ſubditur de Iudæorum excæcatione.* (Iſa. 65. a)

k Ad Iſrael aut dicit. *in perſona domini.*

l Tota die ex. *ad te: conferendo beneficia toto tempore legis Moſaicæ.* (†Deu. 32. c)

m Ad po. non cre. *Prophetis primo, & poſtea Chriſto.* (†per gẽtẽ quæ nõ eſt Gens.)

n Sed contra. *Primo repellendo verba prophetarum meorum, & eos occidendo, & poſtea meipſum in perſona propria.*

In ca. x. ubi dicitur in Poſtil. Aut quomodo credent ei, quem non audierunt.

ADDITIO I.

Ex hoc quod dicit Apoſtolus. Quomodo credẽt ei, quẽ non audierunt &c. & poſtea quibuſdam interpoſitis cõcludit, ergo fides ex auditu. Quidam volũt inferre, quod fides catholica, de qua hic agitur, ſit acquiſita, quia hęc fides vt dñt, generatur in homine, ex hoc quòd audiens credit prædicatori, & adhibet fidem dictis eius, nõ fidem infuſam ſed acquiſitam ex tali auditu. Idem uolunt arguere ex dictis Aug. xiij. de ciui. Dei: quòd fides generatur in nobis, & nutritur per ſcientiam. ergo ſine infuſione. Sed bene conſideranti hoc non ſequitur ex dictis Apoſtoli, nec etiam Aug. Ad quod ſciendũ, quod ſecundum ſanctum Thom. ad fidem theologicam de qua agitur, duo requiruntur. Vnum eſt ut homini credibilia proponantur, aliud eſt aſſenſus firmus credentis ad ea quę proponuntur. Huius quidem aſſenſus poteſt duplex cauſa conſiderari. Vna quidem exterius inducens per fidem vel auditum, ſicut miraculũ uiſum vel perſuaſio hoĩs, quorum neutrum eſt ſufficiens cauſa ad aſſenſum prædictum. uidentium. n. idem miraculum & audientiũ eandem prædicationem, unus credit, & alius non. Vnde oportet ponere aliam cauſam interiorem, quæ mouet hominem intus ad aſſentiendum his quæ ſunt fidei. Nec eſt autem dicendum hanc cauſã ſolum eſſe liberum arbitrium, ſicut Pelagiani dicebãt. eſſet. n. contra Apoſtolum ad Eph. de fide dicentem: Dei n. donum eſt: Nec ualet dicere, quod ibi dicit Apoſtolus de fide formata. nam ſecundum Glo. fides etiam quæ eſt ſine charitate, donum Dei eſt. Cuius rõ ſecundum Tho. ubi ſupra eſt. nam cum homo aſſentiendo his quæ ſunt fidei, eleuatur ſuper naturam ſuam, oportet quòd hoc inſit ei ex ſupernaturali principio interius mouente, quod eſt Deus. Vnde cum Apoſtolus dicit hic: Quomodo credent ei quem non audierunt, & fides ex auditu: loquitur de cauſa proponente ad credendum, quæ licet communiter requiratur ad fidem, ſicut cauſa ſine qua non, non tamẽ ſufficit ad cauſandum aſſenſum ſeu habitum fidei ſine cauſa ſupernaturali interius mouente, vt dictũ eſt. & iõ cum Apoſtolus dixiſſet: Fides ex auditu, ſtatim ſubiũgit: Auditus aũt per uerbum Chriſti. Glo. i. per gratiam Chriſti. Similiter dicendũ eſt, quòd dictũ Aug. p̃fatũ intelligẽdum eſt p modum exterioris perſuaſionis, ſufficiẽs aũt & propria cauſa fidei eſt illud quod interius mouet ad aſſenſum, quod eſt donum Dei. Vlterius ſupradicti nituntur propoſitũ ſuũ excludere ex auctoritate Augu. Non crederem euangelio, niſi crederẽ eccleſiæ catholicæ illud approbanti. Vnde dñt, quòd fide acquiſita creditur euangelio, eo ꝙ eccleſia tenet ſuos ſcriptores eſſe ueraces. & ſic audiẽs acquirit ſibi habitũ credẽdi eorũ dictis. Sed nec ex hac autoritate hñt intentum, nam explicatio credendorũ communiter fit per reuelationẽ diuinam in ſacris libris canonicis contẽtam. q̃ qdem reuelatio de cõi curſu oportet, quòd ueniat ad inferiores hoĩes per maiores, ſicut ad

D

(2. 2. q. 6. ar. 1. in corp. q. Ad fidem duo requiruntur. Eph. 2. b. 1. Cor. 13. Contra Maniche. 10. 2.)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E cut ad homines per angelos, & ad inferiores angelos per maiores diuinorum notitia prouenit, ſm Diony. de cæleſti Hierarchia. Vñ quia inter omnes gradus eccleſiæ, autoritas uniuerſalis eccleſię in his quæ ſunt fidei, p̄cellit: eo q̇ non pôt in his deficere, dicente Do- *Luc. 22. d* mino ipſi Petro in pſona eccleſiæ. Ego pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua. iõ licet habitus fidei à Deo ſit infuſus, tamẽ in explicationẽ credendorum quæ in ſacra ſcriptura principaliter continentur, recurrendũ eſt ad auctoritatẽ uniuerſalis eccleſię. Et hoc inſinuat Aug. cum dicit: Nõ crederẽ euãg. &c. Sed qa p̄dicti opinãtes conãtur tollere neceſſitatẽ ponẽdi fidẽ infuſã de credibilib. nobis reuelatis p aliquas rões apparẽtes, qđ eſt contra Glo. & cõem expoſitionẽ doctorũ: iõ vr̃ diſcurrẽdũ de illis rõnib. ut ueritas magis illaceſcat. *Quòd fides ſit acquiſita quinque rationes* Quarũ rõnũ una talis eſt, qa ut dñt, Ad oẽm certitudinẽ actus credendi q̄ experimur in nobis, ſufficit fides acqſita, ergo ſupfluum eſt ponere infuſã. Et cõſequẽtiã ex hoc probãt, q̇ fruſtra fit p plura qđ pôt fieri p pauciora. Antecedens aũt per hoc, q̇ ſicut firmiter adhęremus hiſtorijs & geſtis ſcriptis de rebus bellicis, & aliis q̄ ſcribunt in chronicis fide acquiſita, per hoc q̇ credimus eos ueraces eſſe qui talia eſſe referunt & ſcripſerunt, ita fide acquiſita firmiter adhæremꝰ hiſtoriæ ſacræ ſcripturæ & euãgelio: quia firmiter credimus eos eſſe ueraces, qui hmõi libros canonis condiderunt. ergo præter fidem acqſitam ſuperfluit oĩs alia q̄ ad certitudinẽ actus credendi ponitur habenda &c. Vlterius arguunt ad propoſitum ſuum per exemplum de hæretico, qui ſic firmiter adhæret errori ſuo, qđ ẽt pro fide illius uult mori: quę quidem hæreſis eſt acquiſita, & eſt in rõne inclinans ipſum firmiter in illũ errorem: & hoc ſine perſuaſione rõnis uel argumento, ſed ſolũ quia credit auditui & doctrinæ aliorum & proprio conceptui. Ex quo concludunt, q̇ ſimiliter per fidem acquiſitam poteſt quis firmiter adhærere credibilibus nobis reuelatis ſine fide infuſa. Vlterius arguunt ſic: Si fides infunderetur nobis à Deo, illa nõ poſſet corrũpi in nobis, nec minui. Conſequentiam probãt, quia ille habitus a ſolo Deo creatur, & ſicut non generatur ex actib. noſtris, ita nec corrũpitur, p̄ſertim qa ille habitus cũ corrumpitur, totaliter annihilatur: quod non pôt fieri per creaturam: quia ſicut nõ poteſt creare, ita nec annihilare. Nec etiam per demeritũ pôt corrũpi, quia etiã dæmones credunt, licet habeant odium Dei, quod eſt maximum peccatorũ. Ex quo patet q̇ fides p̄t ſtare ẽt cum maximo peccato. Vlterius arguunt, q̇ ſi habitus fidei eſſet a Deo infuſus, eſſet perfectior omni habitu acquiſito, & per ɔ̄ñs actus credendi per fidem infuſam, eſſet perfectior q̄ actus intelligendi prima principia: qđ dñt eſſe inconueniens. Vlterius ad ſuum propoſitum oñdendum F ſic dñt. Ponatur quòd unus Iudæus nõ baptizatus nutriatur inter fideles, more fideliũ diſciplinatus: talis fide acqſita crederet, & adhæreret oĩb. quib. nos credimus, ſicut & fide acquiſita quilibet noſtrũ ex auditu aliorũ, quorũ veracitati credit. Credimus. n. multa tempora trãſiuiſſe, & Romã eſſe q̄ nũq̄ vidimus, ſic etiã per fidem acquiſitam ex auditu firmiter credimus reuelatis in ſcripturis & *Impugnatio rationum* eccleſiæ approbãti ueritatem illorum. Conſiderandũ tñ eſt quòd p̄dictæ rõnes non concludunt intentum ſuum. Ad primũ. n. dicendum, quòd quidquid ſit de conſequentia, antecedẽs non eſt rationabiliter dictum. Manifeſtũ eſt. n. q̇ plus requiritur ad certitudinem fidei habendi de his quæ in ſacra ſcriptura & euangelio continentur, q̄ de his quæ in geſtis ſcriptis de reb. bellicis in chronicis habentur. Nam ſecundum Philoſophum. *1. Ethic.* Diſciplinati eſt intantum certitudinem inquirere, ſecundum unumquodque genus, in quantum natura rei recipit ſeu requirit. Conſtat autem, quòd ea quæ principaliter traduntur in ſacra doctrina, excedunt facultatem humanæ naturæ: vt cum ibi aſſeritur quòd Deus eſt trinus & unus, & quòd filius Dei eſt incarnatus, & fuit paſſus & mortuus, & *Iſa. 53. c* huiuſmodi. Vnde & propheta dicebat: Domine quis credidit auditui noſtro. q. d. talia prædicamus ſeu prophetamus, quæ nullus poſſet per ſe credere, cum facultatem humanæ naturæ excedant: & ideo nullus diſciplinatus talibus adhæret certitudinaliter ex ſola hominum narratione, quantuncunq; eos veraces reputaret: quapropter ad fidem de talibus habendam oportuit fieri miracula, facultatem totius naturæ excedentia, quibus uiſis homines diſponerentur ad habitum fidei recipiendum: non enim ſolum prædicationes, ſeu frequentes narrationes ad hoc ſufficiunt, ſicut in aliis geſtis ſeu hiſtoriis ut communiter, niſi miraculis confirmarent. G

*Marc. 16. d* Vnde in Marco dicitur: Domino cooperante & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. Quæ aũt in hiſtoriis bellicis communiter traduntur, non excedunt humanæ naturæ facultatem: & ideo in talib. ſufficit narratio continua proborum virorum ad eorũ firmum aſſenſum hñdum: p̄ſertim cũ non inueniuntur alij tales narrationes negantes. quia tunc etiam in huiuſmodi hiſtoriis de reb. bellicis diſciplinatus rationabiliter dubitaret cui parti contradictionis aſſentiret. Quę quidem contradictio circa ea, q̄ in ſacra ſcriptura traduntur, maxime reperitur. Maior. n. eſt turba hæreticorũ infidelium ſeu paganorum negantium multa de his quæ in ſacra ſcriptura continentur, q̄ fidelium credentium eadem, ex quib. patet aſſumptum ſeu antecedens prædictæ rationis minꝰ uerum. Ad ſcđm dicendum, quòd cũ illa, quæ per fidem traduntur, excedant humanam facultatẽ, ut dictum eſt, de quib. Eccl. Plurima ſupra ſenſum hoĩs oñſa ſunt tibi. inde eſt q̇ hæreſes ſibi oppoſitæ hñt apparẽtias, & quaſi euidẽtiã ſm cõe dictamen naturalis rõnis humanę lumine ſupnaturali carentis. *Eccle. 3.* Vñ tales hr̃tici nõ indigent fide iſuſa adhoc ut talib. errorib. adhæreant: quia ex quo carẽt lumine fidei, ſine quo vera credibilia nõ cernuntur, remanet in eis firmiter ignorantia veritatis: p quã ſuis errorib. firmiſſime adhęrent, p̄ſertim cũ in talib. diabolica ſuggeſtio ſolet interuenire. Vñ Apoſt. Petrus dicit: *1. Pet. 5. d* Aduerſarius vr̃ diabolus circuit q̄rens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Ex quo patet, q̇ diabolꝰ circuit ad pſuadẽdũ cõtra fidẽ. Ad tertiũ dicẽdũ, q̇ q̄uis habitus charitatis ſit altior & nobilior q̄ habitus fidei, tamẽ per unũ actũ pc̄ti mortalis amittitur. Sic non eſt inconueniens, quòd habitus fidei per aliqđ pc̄m̃ amittatur: habitus. n. à Deo infuſi libere a Deo dantur, ſic & iuſte a Deo ſubtrahuntur ſcđm diſpoſitionẽ ſubiectorũ. Nec talis ſubtractio proprie dr̃ annihilatio, ſed q̄dã ceſſatio influxus diuini, ſicut per clauſuram feneſtræ lux ſolaris ſubtrahitur ſine aliqua annihilatione. Nec obſtat qđ obiicitur de dæmonib. Tum quia odium Dei & alia, quæ pertinent ad malitiam eorum, licet ſint peſſima, nõ tñ ſunt demeritoria: cum iã ſint ipſi in termino dãnationis. & ſic nõ pñt mereri nec demereri. Secꝰ eſt de viatoribus, q per pc̄ã demerentur, ut ab eis ſubtrahant dona Dei. Tum quia ex hoc qđ dr̃ ab apl̃o: Dęmones credunt, non eſt neceſſarium concedere, q̇ hẽant fidẽ ẽt informem: ſed tm̃ actum fidei, qui eſt credere. Non. n. credunt ex habitu ad hoc inclinãte, ſed coacti ex ſignorũ euidẽtia & frequẽtia: & ex pſpicuitate naturalis intell̃s. ſicut ẽt q operať iuſta ſolũ ex coactione, nõ dr̃ iuſtus quaſi hñs habitũ iuſtitię. Ad quartũ dicẽdũ, q̇ actus fidei eſt dignior ſimpl̃r cęteris habitib. acq̄ſitis intellectualib. in q̄tũ hẽt certiorẽ cãm: eo q̇ fides innitiť diuinæ ueritati: qđ nõ faciũt alii hĩtus intellectuales acq̄ſiti, licet ſint certiores ſm q d. ſ. quo ad nos. Nec ẽt certitudo fidei acqſitæ eſt ſil̃is certitudini fidei iſuſæ ĩ adhæſiõis firmitate. H Illa. n. quorũ fides acq̄riť ex narratiõe aſſidua ſeu relatione hũana, p ɔ̄triã corrũpunť p alluefactionẽ, ſicut cõtingit ĩ alijs habitib. acq̄ſitis. Certitudo ãt, q̄ eſt p fidẽ à deo ĩfuſã, nõ p̄t corrũpi p talia, uñ apoſ. Pet. dicit. Vt ꝓbatio fidei vr̃ę multo p̄cioſior ſit auro, &c. Hẽt ẽt fides infuſa nobiliorem effectum. ſ. purificationem cordis, iuxta illud Act. Fide purificans corda eorũ. *1. Pet. 1. b* *Act. 15. c* Ad quintũ dicendum, q̇ fides ſeu credulitas q̄ ex ſola reuelatione humana acq̄riť nõ eſt fides theologica de qua loquimur: Nã fides theologica nõ aſſentit alicui credibili, niſi qa ẽ à deo ordinatũ & ſc̄tis reuelatũ: vnde ipſi veritati diuinæ innititur tanq̄ medio. vnde ſi aliqs crederet oĩa q̄ à fidelib. credũtur, nõ tñ ea crederet tãq̄ a deo reuelata, talis non hr̃et fidẽ theologicã. Sicut ſi aliqs hr̃et notitiã alicuius cõcluſionis geometricæ per mediũ dialecticum tm̃: ex hoc nõ acquireret habitum geometricũ de illa concluſione. Ex quib. patet, quod prædicta uerba Apoſtoli de fide in hoc c. contenta intelligenda ſunt prout in Glo. modo ſupradicto.

In e. c. vbi dr̃ in Poſti. Et ideo hæc prædixit Moyſes Deu. xxxij.

### ADDITIO II.

Sñia horũ duorũ uerſuũ. ſ. Ipſi me ꝓuocauerunt, &c. &: Ego ꝓuocabo eos qui in carmine Moſaico continẽtur, hr̃ proprie in additione Deu. ſup eiſdem uerſib. Et ibidẽ oñditur quòd Moyſes ſtatum hodiernum Iudæorum a Chriſto recedẽtium prænoſticauit. *Burg. in additio. in 32. Deut.* Quod proprie concordat cum intẽtione Apoſtoli in hoc loco. Sed quia illa additio eſt aliqualiter prolixa, ideo remitto ibi lectorem.

### GLOSSA ORD. CAP. XI.

DIco ergo. Quia tot autoritatibus confutauit Iudęos inſultare poſſent Gentiles, dicentes eos ex toto repulſos eſſe: contra quos incipit ſic.

a *Præſciuit.* pro prædeſtinauit poſuit. Sic enim debere accipi A ex ſequẽtibus patet, ideo autem dixit, præſciuit, ne iterum Iudæi ſuperbiant ex eo q̇ dixit eos non repulſos, & plebẽ Dei.

b *Ante neſcitis.* Q. ita reliquias in hoc tẽpore, ſicut cum Elias ſolus ſibi videretur, qui ſi ignorauit & alios præter ſe reſeruatos, non mirum ſi iſti ignorent:

c *Septem millia.* Per ſeptenarium vniuerſitas, per millenarium perfectio deſignatur.

d *Sic er.* Q. quia tunc erant multi, & ſi neſciret Elias. Ergo ſic. i. ita latenter uel per eandem gratiam.

e *Quid ergo.* Audito, quod reliquiæ ſaluæ factæ ſunt gratia, non ex operibus quid ergo dicendum eſt:

f *Electio autem con. eſt.* Electio gratiæ eſt, non meritorum. Excæcatio vero meritorum eſt. Exęcati enim ſunt qa credere noluerunt, ſicut illi, quia uoluerũt, crediderunt. Miſericordia igiť & iudicium in ipſis voluntatib. facta *3. Re. 19. b* ſunt a Deo illis per miſericordiã gratiam apponente, ipſos vero per iudicium excæcari permittente Quicunque enim cum intellexerit & credere noluit, id debet conſequi quod vult, ne de cætero poſſit credere. In voluntate ergo ſua adiuti ſunt, vt qa ſciẽtes, verum dicebant eſſe falſum, de cætero non intelligerẽt qđ verum eſt, hoc meretur inuidia malæ voluntatis, nõ ita de his, qui errore hoc agunt.

g *Dedit illis.* Malã cõpũctionẽ hoc ſignat, qa ſępe fit, vt ẽt bonũ ſit hoĩ moleſtũ, ut Phariſęis doctrina Chriſti, & ſic ſpiritũ cõpũctionis appellat mẽtẽ inuidẽtẽ, q̄ inuid erũt doctrinæ Chr̄i.

h *Vſque in ho.* i. q̄diu poterit dici hodiernus dies. i. vſque in pñtẽ diem, omniũ ad quos hoc ſcriptũ pueniet i. *Mẽſa.* i. ſcriptura. *eorum.* i. ipſis primo oblata B eſt. & *coram ipſis* poſita, quia in eius carnalib. obſeruationibus delectanť. Vel *coram eis.* Quia ſi rationem vellent attendere, poſſent intelligere.

k *In laqueum &c.* Sicut ſeipſos acetũ mihi obtulerunt, ſic fiat illis, coram ipſis, quia iniqtatem nouerunt & in ea perſtiterunt. *In la. &c.* Scriptura, quę intelligentib. eſt panis, q illaqueat, dum male intelligitur, & pro ea prędicatio Chriſti reſpuitur. Fuit & cauſa captiuitatis, dum zelo eius Chriſtũ occiderunt, & in illa captiuitate cauſa ſcãdali & obprobrii, & poſt eã ęternæ damnationis, q̄ ſpãliter retributio dicitur.

l *Obſcu. ocu.* Quia ſine cauſa non viderunt, fiat eis non uidere. *Obſcu. o.* Hęc verba non optantis voto, ſed prædicentis officio dicuntur.

m *Dico ergo Nun.* Quia dico excæcatos autoritate prophetarum, putatis, q̇ irrecuperabiliter & ſine vtilitate. Sed caſus eorum prodeſt, & poſſunt reſtitui, ne quis eos deſpiciat.

n *Salus.* Dũ diuiſi p mũdũ in teſtimoniũ ſũt nõ fictas de Xp̄o eẽ ꝓphetias.

o *Vt il. æmu.* Hoc ſæpe factum eſt, & plenįꝰ fiet ĩ ſine ſeculi, qñ Iudæi Xp̄ianos ſequẽtur in fide Chriſti. Tũc eñ manus Moyſi reuocabiť in ſinũ, tũc Moyſes noſter reuertetur ad matrẽ & ad fratres. Poteſt etiam intelligi, vt gẽtes Iudæos æmulentur, i. credãt ſicut & ipſi credebãt. Vel vt Dei æmulatione circa opa eorũ mala moueãt.

Quod

### NIC. DE LYR. CAP. XI.

DIco ergo. *Hic conſequenter Apoſtolus oſtendit affectum ſuum erga Iudæos, compeſcendo Gentiles ab eorum inſultatione. per hoc enim cauſabatur diſcordia ex parte Gentium: quia incredulitatẽ Iudaicam ẽt cõuerſis de Iudaiſmo improbabant. quod reprimit Apoſt. primo rõnibus ſumptis ex caſu Iudæorũ. ſecũdo ex conuerſione Gẽtiũ ibi: Quod ſi aliqui ex ramis. tertiò, ex conſideratione diuinorũ iudiciorũ, ibi: Nolo ãt nos ignorare. Circa primum ponit tres rões. prima eſt, quia caſus Iudæorũ non eſt vniuerſalis. ſecunda qa non eſt inutilis, ibi: Dico ergo. tertia, quia non eſt irrecuperabilis, ibi: Vobis. n. dico.* *Diuiſio* *Prima adhuc in duas: qa primo declarat propoſitũ. ſecundo, concludit intentum, ibi: Quid ergo. Primũ autẽ declarat exemplo duplici. & primum eſt ſuipſius. dicit igitur:*

a *Non repu. Deus. id eſt prædeſtinauit de Iudæis, vt patet in Paulo & alijs apoſtolis. Secundum exemplum de Elia, qui credebat totum populum ad idololatriam conuerſum, & omnes alios prophetas occiſos: & tamen non erat ita. & hoc eſt quod dicitur,* C

b An neſcitis quid dicit ſcrip. in Elia. *q. d. ſcire de betis.*

c Quemadmo. interpel. de. pro Iſrael, *non zelo vindictæ, ſed amore iuſticiæ:*

*3. Reg. 19.*

d Nunquid deus re. *generaliter.*

c Popu. ſu. *ſ. Iudaicum, qui dicebatur populus peculiaris Dei.*

d Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abr. &c. *qui tamen ſum vocatus,* ¶ *non ſolum ad fidem Chriſti, ſed etiam ad eius apoſtolatum: ideo concludit,*

d Domine pro. tuos occi. *vt non remaneant cultores Dei.*

e Altaria tua ſuf. *vt non inueniatur locus te colendi.*

f Et ego reli. ſum ſo. *Sicut enim credebat, quia ſpiritus non ſemper tangit corda prophetarum, nec de oĩbus, vnde dixit Eliſæus de Sunamite: Anima enim eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit a me.* *4. Reg. 4. d*

g Et quærunt animam meam: *Vt nihil remaneat de cultu diuino.*

h Sed quid di. illi di. reſponſum, *ad repellendum eius dictum.*

i Reliqui mihi. *i. conſeruaui.*

k Septem mi. ui. qui non cur. *Et ideo non eſt ſolus. conſequenter applicatur ad propoſitum.*

l Sic ergo & in &c. *ſ. legis nouæ.*

m Reliquiæ ſecundum elec. gratiæ Dei &c. *ſ. ſpecialiter aliqui ex Iudæis ad hoc electi ex gratia Dei ſalui facti ſunt per fidẽ Chriſti. ſicut patet de apoſtolis et de alijs primis credentib. qui fere fuerunt oẽs de Iudęis*

n Si autem gra. ſal. fa. ſunt, *dicto modo:*

o Iam non ex operi. *ſ. legis, quæ hoc facere non poterat. vt ſupra dictum eſt.* *†Ibid. d*

p Alioquin gra. *Quia quod redditur ex operibus, debitum eſt, & non gratia.*

q Quid ergo? *Hic concluditur intentum. ſ. quod caſus Iudęorum non eſt generalis, dicit ergo: Quid ergo? ſupple ſequitur ex dictis.*

r Quod quærebat Iſrael. *i. maior pars populi.*

s Hoc non eſt conſe. *ſ. iuſticiam p fidem Chriſti, cuius aduentũ expectabant Iudæi.*

t Electio autem. *i. Apoſtoli & alij ad hoc electi.* D

v Cæteri u. ex. ſunt. *manẽtes ĩ ĩfidelitate.*

x Sicut ſcriptum eſt. *Iſa. vi.*

y Dedit il. Deus. ſ. comp. *i. inuidiæ pungentis corda eorum ex odio Chriſti & ſuorum fidelium, ex quo ſecuta eſt excæcatio & obduratio. ideo ſubditur,*

*Sin ex operib. non iã eſt gr̃a: quãdoquidem opus iã non eſt opus.*

z Ocu. ut. ui. *Et Dauid dicit de eodem.*

a Fiat menſa eorum. *i. ſacra ſcriptura, in qua nutriti fuerunt Iudæi.* *Pſal. 28.*

b Coram ipſis in la. &c. *Ex odio enim Chriſti moti fuerunt legiſperiti ad deprauãdũ ſcripturas de Chriſto loquentes, ſicut plenius oſtendi in pluribus locis ve. Te. & ſic ipſi ſequentes eos erroribus ſunt illaqueati.* *† Iſai. 6. c*

c Et in ca. *per Titum & Veſpaſianum.*

d Et in ſcand. *Quia nobiles eorum fuerunt ducti ad tormenta ad infamandum populũ de rebellione & infidelitate erga Romanos.*

e Et in retri. il. *Hæc enim in vindictam mortis Chriſti contigerunt eis Luc. xix. Et quia ex prædictis ſecuta eſt excæcatio illorum & obduratio ideo ſubditur:*

f Obſcu. ocu. eo. *quantum ad excæcationem intellectus.* *†Pſal. 68. c*

g Et dor. eorum. *i. voluntas ſic nominata, quia debet ſupportare omnia.*

h Se. i. *qa p obdurationẽ efficitur tortuoſa.* *†offendiculum.*

i Dico er. *Hic oſtenditur, q̇ caſus Iudæorũ nõ fuit ĩutilis. ex hoc. n. occaſionaliter factũ ẽ, quod apoſtoli relinq̄ntes Iudæã tranſierũt ad cõuertẽdũ gẽtiles per orbẽ ſicut iã allegatum eſt ſupra & hoc eſt quod dicitur,* *Act. 15.*

k Nunquid ſi. *Iudæi.*

l Vt cade. *ſ. & nulla ſequeretur utilitas.* *†Secũdum alios hic c. 11. incip*

m Ab. *qa ſecũdũ, q̇ dicit Aug. ĩ ench. Deus adeo ẽ oĩpotẽs et bõus, q̇ nõ pmitteret mala fieri niſi ex eis eliceret maiora bõa. iõ ſubdit*

n Sed il. del. &c. *occaſionaliter mõ p̄dicto*

o Vt illos æmu. *i. imitentur. Iudæi enim, qui modo conuertuntur, & multo magis circa finem mundi detecta falſitate Antichriſti, in hoc imitantur, & imitabũtur gentiles* ¶ *conuer-*

### CAP. XI.

a ¶Dicere uideor, q̇ Deus repulit po. ¶Sed nunquid hoc dixi? uel.

DIco ergo: Nunquid a b

a ¶Ex toto. b ¶Vel plebem ſuã. ¶Iudæos, quibus tot fecit. ¶Vel hæreditatem. ¶Si dico infideles Iudæos, non tamen omnes.

Deus repulit populum ſuum? Abſit. c d

a ¶Quia me & alios prædeſtinatos non repulit. b ¶i. Iudæus, non proſelytus, ſed ex ſemine Abrahæ de linea Beniamin.

Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemi-

a ¶Ne putetur de Iſmael.

ne Abrahæ de tribu Beniamin. Non a

a ¶Sicut me non repulit Iſrael.

a repulit Deus plebem ſuam, quam

a ¶Prædeſtinauit.

b † præſciuit. An neſcitis quid di- b

¶Libri regum. a ¶Vbi de Elia loquitur. b ¶ſ.

cit ſcriptura in Elia, quemadmo- c

a ¶Inter ſe & illos. b ¶Iudicem. ¶Aduerſum, Dicens.

dum interpellat Deum pro Iſrael:

a ¶Sub Iezabel hoc factum eſt.

† Domine, prophetas tuos occidẽ- d

a Fundamento euerterunt.

runt, altaria tua † ſuffoderunt, & e f

ego relictus ſum ſolus, & quærunt g

¶Putauit ſe ſolum. ¶Alias, ſcriptura.

animam meam. Sed quid dicit illi h

a ¶Per gratiam reſeruaui.

diuinum reſponſum? † Reliqui mi- i

¶Omnes bonos.

c hi ſeptem millia uirorum, qui non k

a ¶Sicut Achab & Iezabel.

curuauerunt genua ſua ante Baal.

¶Vbi facilius. a ¶Gratię.

d Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ l m

a ¶Per gratiam qua electi ſunt. ¶non merita vnde, Non vos me elegiſtis, ſed ego vos elegi.

ſecundum electionem gratiæ Dei

a ¶Alias, factæ ſunt. b ¶Per gratiam ſaluati. c ¶i. per gratiam ſalui facti ſunt.

ſaluæ fient. Si autem gratia, iam n o

a ¶Legis? b ¶i. ſi per opera legis facti ſunt. c ¶Quod tamen conſtat eſſe.

non ex operibus: alioquin gratia p

a ¶Sed debitum.

e iam non eſt gratia * Quid ergo? q

a ¶Dicendum. ¶Hoc. i. b ¶Iuſtitiam ex operibus.

Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt s

a ¶Per gratiam electi, iuſtitiam per fidem receperunt.

f conſequutus: Electio autem conſe- t

a ¶Non ſolum non ſunt conſecuti, verum. b ¶Per iudicium. c ¶Vel fuerunt.

quuta eſt, cæteri uero excæcati ſunt. v

a ¶In Iſaia, licet aliis verbis. b ¶Permiſit eos habere malam compunctionem.

g Sicut ſcriptum eſt: † Dedit illis De- x y

a ¶ſ. malum. b ¶Rationem quæ per ſe uidere poteſt, ſed ipſi ita habent.

us ſpiritum compunctionis, ocu- z

a ¶per ſe. b ¶Ratio quæ alio docente intelligit, ſe ipſi ita habet uſque.

los ut non uideant, & aures ut non

h audiant, uſque in hodiernum di-

¶Subdens. a ¶Malitia, quam mihi obtulerunt.

i em. Et Dauid dicit: † Fiat menſa a

a ¶Vt eos ipſa ſua iniquitas impediat.

k eorum coram ipſis in laquæum, b

a ¶Vt eos teneat. b ¶In cauſam opprobrii.

& in captionẽ, & in † ſcandalum, & c d

a ¶Æternæ damnationis.

l in retributionem illis. Obſcuren- e

a ¶Ratio quæ videt. b ¶Se peccare. c ¶Liberum arbitrium, quod debet erigi ſurſum.

tur oculi eorũ, ne uideant & dorſum f g

a ¶Peccatis aggraua. b ¶Videor dicere.

m eorum ſemper incurua. † Dico er- h i

go: Nunquid ſic offenderunt, ut k l

a ¶Sine reparatione & vtilitate. ¶Tantum vt inutilis ſit caſus eorum, ſed potius utilis.

caderent? Abſit. Sed illorum de- m n

a Vnde, quia repuliſtis verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes. b ¶Ita. c ¶Gentiles. ¶Alios.

n o licto ſalus eſt gentibus, ut illos o





VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E *a Quod ſi de.* Dixit delictum Iudęorum prodeſſe, quod ſi eſt, tunc magis conuerſio eorum.

†ad æmulãdum ꝓuocaret

*b Quanto ma.* i. ſi malum eorum vertit Deus in bonum. i. in diuitias mundi multo magis bonum eorum cum in fine plenitudo eorum, conuerſa ditabit Gentes doctrina & exemplo, in quo oſtendit nec inutilem, nec irrecuperabilem caſum eorum.

*c Quandiu.* Etſi Apoſtolus Gentium, tamen honorificabo miniſterium vltra hoc quod debeo ſuperaddendo, vt ẽt de Iudæis laborem tentans: ſi hac non ſuccedit via, aggrediar aliã quod non facerem, ſi de ſalute eorum deſperarẽ.

*d Quod ſi deliba.* Dixi, quod aſſumptio eorum erit multum vtilis, quam ne dicatis non poſſe fieri, quaſi totũ genus ſit repudiatum. Quia ſi delibatio, ideſt pauci de illis aſſumpti, vt apoſtoli & alij diſcipuli ſunt ſancti.

*e Et maſſa* i. genus poteſt ſanctificari. Ambro. Eſt autem delibatio parua ex aliqua re aſſumptio ad experimentum totius maſſæ, ut ex cibo vel potu.

*f Et ſi ra.* i. patriarchæ, a quibus contra hunt ſancti humorem fidei.

†primitiæ ſanctę ſunt

*g Et rami.* qui de eorum genere excreuerunt, in eis fundati:

*h Socius.* in ſpe promiſſionis, hoc contra morem. Bona enim arbor in nõ bonam inſeri ſolet, hic nõ bona in bonã.

*i Dicis ergo fr.* Q. Non contra ſtantes tamen contra eos licet gloriari, qui cã inſertionis meę repulſi ſunt. Qđ remouet Apoſt. ita. Bñdicis, qa verũ eſt, ꝙ fracti ꝑpter incredulitatẽ ſunt: tu ſtas fide i. nõ merito tuo, ſed gratia Dei: & iõ noli ſupbire, ne & tu frãgaris ꝑ ſupbiam, vt ille per incredulitatem. Nõ es

F ſtabilis, ſi per quos ſtas, deſtruis. Facile decipitur, qui alienis malis gaudet.

*k Fide ſtas.* Dei eſt beneficium, ꝙ tu ſtas, non tuum meritum.

*l Sed time.* Ne tantæ gratiæ beneficiũ amittas, & in ſupplicium incidas. Caſtus enim timor eſt, cum cauet anima ne Deus illam deſertus deſerat.

*m Si enim de.* Iudæis non pepercit Deus, qui a ſanctis patribus originem ducebant: ex quorum etiam gente ipſe carnem aſſumpſit: multo minus vobis

## NIC. DE LYRA.

¶ *conuerſos ad fidem Chriſti.*

a Quod ſi deli. eo. *ſ. Iudæorum.*

b Diui. ſunt. m. *occaſionaliter modo dicto.*

†Ne efferaris animo

c Et dim. eo. *i. pauci viri ſimplices & illiterati, & quaſi nullius reputationis, quales ſunt apoſtoli.*

d Diuitiæ ſunt Gen. *quia fundauerunt eccleſias inter Gentes.*

e Quanto ma. ple. eo. *ſupple erit magnum bonum in finali conuerſione eorum.*

f Vobis enim. *Hic conſequenter reprimit inſultationem Gentium, per hoc, quod caſus Iudæorum non eſt irrecuperabilis, quod oſtendit exemplo duplici. ſ. patriarcharum & apoſtolorum, qui fuerunt Iudæi: propter quod Apoſtolus ſe laboraturum ad conuerſionem eorum dicit:* Vo. enim di. Gen. *ne inſultetis Iudæis.*

Gal. 2. b

g Quandiu quidem. *Creditum eſt mihi euãgeliũ ꝓputij, ſicut & Petro circumciſionis.*

h Miniſterium meum ho. *addendo vltra debitum, ſ. laborando pro conuerſione Iudęorum, cum tamen ex officio tenear ſolis gentibus prædicare.*

i Si quomodo ad æmu. *i. ad imitandũ me.*

k Prouocem car. me. *i. Iudæos, de quibus carnaliter deſcẽdit, vt dicit in princi. huius c.*

l Et ſal. fa. *Sciebat. n. Apoſtolus, ꝙ nõdũ erat tempus conuerſionis eorum ad plenum. & ꝙ iſtud ſit vtile ad bonum, oſtendit, dicens:* G

m Si enim amiſ. eorũ. *per infidelitatem.*

n Recon. eſt mun. *occaſionaliter, vt prædictum eſt.*

o Quæ aſſump. *eorum ad fidem.*

p Niſi ui. ex mor. *quia Iudæi ſcientes ſcripturas conuerſi ad fidem magis poterant proficere quam alij, vt patet de Paulo & Apollo & pluribus alijs. Et ad hoc inducit exemplum de Apoſtolis di.*

q Quod ſi deli. ſan. eſt. *i. Apoſtoli, qui fuerunt quaſi qdã delibatio de Maſſa Iudaica.*

r Et ſi ra. *ſ. patriarchæ, qui fuerunt quaſi radices plebis Iudaicæ. ꝑ hoc intendit Apoſtolus oſtendere, ꝙ Iudæi ſunt habiles ad bonum & quantum ad hoc tenet ſimilitudo. & ſic eorum caſus non eſt irreparabilis.*

s Quod ſi ali. *Hic conſequenter Apoſtolus reprimit Gentiles ab inſultatione Iudæorum ratione ſumpta ex conuerſione Gentium. & primo facit ad propoſitum. ſecundo, remouet obiectionem in contrarium ibi: Dicis ergo. Ratio autem conſiſtit in hoc, quod licet multitudo Iudæorum ceciderit per infidelitatem, tamen per aliquos eorum ſtantes in fide. ſ. Apoſtolos & alios diſcipulos gentiles conuerſi ſunt & inſerti arbori procedenti per fidem in imitatione patriarcharum. & hoc eſt quod dicitur,* Quod ſi aliqui ex r. *i. ex Iudæis procedentibus ſecundum carnem ex patriarchis qui fuerunt radix arboris.*

Diuiſio

†reiectio

t Fracti ſunt. *per infidelitatem ſuam.*

v Tu au. cũ ol. eſ. *ſ. oliua ſylueſtris ad bonum fructum inhabilis, quia Gentiles non habebant legem & prophetas, nec etiam cultũ Dei: ſed erant idololatriæ dediti.*

x Inſertus es in il. *i. ramis ſtantibus, qui ſunt Apoſtoli & alij fideles Iudæi.*

y Et ſocius ra. *i. fidei patriarcharum.*

z Et pinguedi. oliu. *i. Chriſti doctrinæ & gratiæ.*

a Noli gloriari aduer. ra. *i. Iudæos per infidelitatem fractos.* H

b Quod ſi gloria. *ſupple, hoc eſt inaniter.*

c Non tu ra. por. *quia Gentiles bonum ſuæ conuerſionis habuerunt ex Iudæis & non econuerſo.*

d Dicis ergo. *Hic conſequenter remouet obiectionem. ſecundo infert concluſionem, ibi: Vide ergo. Circa primum ponit obiectionem di.* Dico ergo. *i. tu Gentilis inſertus dicto modo argues ſic:*

e Fracti ſunt ra. *& ſic poſſum gloriari contra ramos fractos, licet non contra radicem: hic conſequenter remouet dubium dicens:*

†conſtitiſti

f Bene, propter incred. *id eſt bene dicis ſi dicas eos eſſe fractos propter infidelitatem ſuam, non autem propter tuam inſertionem niſi occaſionaliter tantum, & non per ſe.*

g Tu autem fide ſtas. *quæ non eſt a te, ſed eſt donum Dei, propter qđ nõ dẽs inde ſuperbire, ſed magis humiliari: ideo ſubditur:*

h Noli altum ſapere: ſed time. *Et ſubditur ratio:*

i Si enim Deus naturalibus ramis. *id eſt Iudæis ſuperbientibus.*

k Non pepercit. *eos grauiter puniendo.*

l Forte nec tibi parcat. *ſi ſuperbieris. Nec dicitur hic forte, vt eſt nota dubij ex parte Dei, ſed fertilitatis liberi arbitrij.*

m Vide ergo bonitatem & ſeueritatem. *Hic ex prædictis concludit, ꝙ Gentilis cõuerſus hẽt materiam ex prædictis conſiderandi in ſe diuinam bonitatem: per quam ſtat in fide & gratia Chriſti. & ſeueritatem iuſtitiæ eius in Iudæis excidentibus a fide Chriſti & hoc eſt quod dicit,* Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei. *& patet ex dictis litera vſque ibi:*

n Sed & illi ſi non permanſerint in incredulitat. *quia ramus naturalis maiorẽ hẽt aptitudinem ut inſeratur cæteris paribus, q̃ extraneus a radice ꝓpria, vt patet ex dictis.*

¶ Nolo enim

[Text]

a ¶Iudæi zelo legis & patrum. ¶Inuideant & odio habeant,
¶Quod Deum occiderunt, vel verbum repulerunt.
¶Si eorum delicto ditatus eſt mundus.

a æmulentur. † Quod ſi delictũ eo- a b

a ¶i. abiectio. ¶Pauci de eis conuerſi, ut apoſtoli ditauerunt gentes.

rũ diuitiæ ſunt mundi, & diminu- c

tio eorum diuitiæ gentium, quãto d e

a ¶Quæ in fine mundi conuertetur. b ¶Et quaſi aliquis quæreret an poterunt conuerti ait, poterunt vtique.

b magis plenitudo eorum? Vobis e- f

a ¶Qui mihi propri. b ¶Quod ſemper eſt.

c nim dico gentibus: quandiu qui- g

a ¶Non Iudæorum. b ¶Quia ad Gentes miſſus.

dem ego ſum gentiũ apoſtolus, mi- h i

niſterium meum honorificabo, ſi

a ¶Vel cum proſperitate, uel cum aduerſitate. b ¶Id eſt imitandum me. c ¶Fructificare valeam,

quo modo ad ęmulandum prouo- k

a ¶Iudæos. b ¶Vel vt. ¶Sic. c ¶Gratia Dei adiuuante.

cem carnem meam, et ſaluos faciã- l

a ¶Saltem. b ¶Et ideo de illis laboro, quia vtilis erit aſſumptio ad informationem Gentium, Et uere.
c ¶infidelitas.

am aliquos ex illis. Si enim † amiſ- m n

ſio eorum reconciliatio eſt mũdi,

¶Erit. a ¶Reliquorum. b ¶Gentium ex eo mortuæ.

quę aſſumptio, niſi uita ex mortu- o

d is? Quod ſi † delibatio ſancta eſt, p q

e ¶Poteſt ſanctificari.

f & maſſa. Et ſi radix ſancta, & rami. r

a ¶Probat adhuc Iudæos poſſe aſſumi, ut reprimat gẽtes ¶ſcilicet. b ¶Naturalibus. c ¶A promiſſione exciſi.

g Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſũt, s t

a ¶O Gentilis. b ¶Sterilis naturaliter & amarus. c ¶Aliena operatione coniunctus.

tu autem cũ oleaſter eſſes, inſertus u x

a ¶In loco fractorum. b ¶Factus es. ¶Particeps.
c ¶Patriarcharum, & prophetarum. d ¶Apoſtolorum qui præ omnibus habent ſpiritum radicis.

h es i illis, & ſocius radicis & pingue- y z

a ¶Fructiferi populi Iudaici ante aduentum Chriſti.
b ¶Si in quam hoc eſt. ¶Quia & ſi putata eſt oliua, non tamen amputata.
c ¶i. inſultare malis alterius.

dinis oliuæ factus es, noli gloriari a

a ¶Fractos. b ¶Tu Gentilis.

aduerſus ramos. Quod ſi gloria- b

a ¶Dicitur tibi, quia gens illa nihil a te, ſed tu ab ea fidem habes.

ris, non tu radicẽ portas, ſed radix c

¶O Gentilis.

i te. Dicis ergo: fracti ſunt rami, ut d

¶Dicis, a ¶ſed.
b ¶i. ſuo uitio, vnde tibi oportunitas ſalutis non propter te.

ego inſerar. Bene propter incredu- e

k litatẽ fracti ſunt: tu autẽ fide † ſtas. f g

a ¶Et ideo ¶Superbire. b ¶Offendere. ¶Caute.
c ¶Time quod oportet, quia.

l m † Noli altũ ſapere, ſed time. Si enim h i

a ¶Prærogatiua patrum, quibus facta eſt promiſſio.

Deus naturalibus ramis nõ peper- k

a Sed uide.
b ¶Alieno. ¶Hoc contingat, quod & ütique contingere poteſt.
c ¶Quia fide ſtas.

cit, ne forte nec tibi parcat. Vide er- l m

a ¶Bonitate ſuadet, ſeueritate terret. ¶Per utranque diſce humiliari. b ¶Id eſt diſtrictam iuſticiam. ¶Quia per incredulitatem fracti.

go bonitatem & ſeueritatem Dei.

In eos quidem qui ceciderunt ſeue-

a ¶Quia tibi beneficium confert.

ritatẽ, In te autem bonitatem Dei,

a ¶Si tamen. b ¶Vt totum Deo tribuas. ¶Ea:
c ¶Niſi permanſeris.

ſi pmãnſeris in bonitate: alioquin

a ¶Sicut illi.
b ¶A ſancta radice.
¶Seueritatem Dei ſentiens.
c ¶Q. Non ſolum tu non excideris, ſi permanſeris in bono.
¶Ideo non deſpiciendi.

& tu excideris: Sed & illi ſi non n

permanſerint in incredulitate, inſe-

a ¶Si non permanſerint in incre. quod vtique poteſt fieri.

rentur. Poteſt enim Deus iterum

a ¶Sibi, quia etiam inde natus eſt. b ¶Potens inſerere, nam inſe. entur, & hoc a minori.
c ¶Quia inde natus.

inſerere illos. Nam ſi tu ex natu-

a ¶Vi Dei. b ¶Ritibus gentium ſterilium.

a rali exciſus es oleaſtro, & contra

a ¶Quia idololatria & huiuſmodi gentibus ex vſu ſunt quaſi naturalia. b ¶Vnitus per fidem patriarchis & apoſtolis qui pinguedinem ſancti ſpiritus habuerunt.

naturam inſertus es in bonam

a ¶Si hoc eſt, quanto magis &c.

b oliuam, quanto magis hi, qui ſe-

a ¶Edocti lege cultum Dei. b ¶Vnientur ſuo populo.

cũdum naturam inſerentur ſuæ

a ¶Inſerentur Iudæi & vere, quia & ſi interim quidam & tandem plenitudo, & hoc volo vos ſcire.

oliuæ? Nolo enim uos ignorare a

a ¶Occultum Dei iudicium. ¶Myſterium dico, ne putetis uos hoc veſtro ingenio poſſe diſcutere.

fratres myſterium hoc, ut non b c d

ſitis † uobiſipſis ſapientes, quia

a ¶Non omnes excæcati. b ¶Non ex natura ſed culpa.

cæcitas ex parte contigit in Iſrael e

a ¶Vt vel quouſque, vt cauſa notetur & terminus.

donec plenitudo gentium in- f

a ¶Poſtquam intrauerit. b ¶Prædicante Elia & Enoch. c ¶Æmulando gentes.

traret, et ſic omnis Iſrael ſaluus g

a ¶Iſrael ſaluus fieret. b ¶In Iſaia.
c ¶Secundum carnem

fieret. Sicut ſcriptum eſt: † Veni- h i

a ¶De Iudæis, b ¶Vt quod eſt interim quando aliquis vix conuertitur. c ¶Voluntarie. ¶In ſi ne quando facile.

et ex Sion qui eripiat & auertat

a ¶Infidelitatem. b ¶Iudæis. ¶Erit. c ¶Quia ego ipſe faciam quod promiſi.

impietatem a Iacob. Et hoc illis ã- k

a ¶Promiſſio complebitur. b ¶Remitero.
¶Tunc conuertentur ſed modo inimi. i.

d me teſtamentum, cum abſtulero l

a ¶Propter. b ¶Quod contra legem eorum, non propter Gentes.

e peccata eorum. Secundum euan- m

a ¶Vt nobis locus intrandi eſſet ad fidem.
¶Ad vtilitatem ueſtram. ¶Ecce quare pars excæcata, & pars illuminata.

f geliũ quidẽ inimici propter uos:

a ¶Q. Quidam ſunt inimici ſecundum euangelium & propter uos, quidam autem chariſſimi vel dilecti ſecundum electionem. b ¶Non propter merita.

Secundum electionem autẽ cha- n

a ¶i. propter promiſſiones patribus factas.

g h riſſimi propter patres. † Sine pœ- o

a ¶Mutatione. b ¶Remiſſio peccatorum in baptiſmo. ¶Promiſſiones.

nitentia enim ſunt dona & uo- p

a ¶Vel electio ab æterno. ¶Interior & gratuita. ¶Quam nullius meritum præuenit. ¶Ad fidem. b ¶Ita opus erat, vt & alii inimici & alii electi. c ¶Longo tempore plus quam iſti.

i catio Dei. Sicut enim aliquando

a ¶Quod ualuit ad hoc, vt modo humiles credatis.
b ¶Probato ꝙ deficit natura. i. quod per liberum arbitrium iuuari non potuiſtis. ¶Nuper.

& uos non credidiſtis Deo, nunc

autẽ miſericordiã conſecuti eſtis

a ¶Quæ eſt aliqua cauſa veſtræ miſericordiæ.

† ꝑpter incredulitatẽ illorũ, ita &

¶Iudæi.
a ¶Ne poſt conuerſi, materiam gloriandi habeant.

iſti nũc nõn crediderũt † in ueſtrã

a ¶venientes. ¶i. non habuerunt fidei gratiam per Dei miſericordiam ſicut uos. ¶Humiliati.
b ¶Fidei gratiam

k miſericordiã, ut & ipſi miſericor-

a ¶Ideo ita de utriſque factum eſt.

l diã cõſequãtur. † Cõcluſit eñ de9

a ¶Iudæos & Gentes.
b ¶Quia aliter ex ſuperbia terrent.

m † omnia in incredulitate, ut oĩm

a ¶Et quare ſic? Ne putes comprehendi poſſe.
b ¶Quia multa ſcit & profunda.

n miſereatur. † O † altitudo diuitia- q

a ¶De rebus ſpiritualibus.
b ¶De mundanis.
¶Sicut ſapientia & ſcientia eius ſunt incomprehenſibiles, ſic & iudicia pro quibus cæpit de ſapientia & ſcientia.

rum ſapientiæ & ſciẽtię Dei: q̃ in- r

a ¶i. diſpoſitiones de omnibus rebus.

cõprehenſibiliã ſunt iudicia eius,



[Glossa ordinaria]

vobis parcet, ſi a fide receſſeritis, uel ſu-

A perbia intumueritis.

*a Contra na.* Dicitur quod eſt contra cõſuetudinem naturæ, ut ſurculus fructũ radicis ferat. Deus tamen nihil contra naturam facit, quia id eſt natura, quod facit. Summa natura, opus Dei, contra quam nihil fit, ſed cõtra cõſuetã nobis.

*b Oli.* Intelligitur hic fides patrum.

*c Impietatem.* Legalis obſeruantiæ cultum. Cultus Iudæorum ab aduentu Chriſti eſt impietas.

*d Abſtule.* Hoc erit in fine, qñ ꝑdicatione Eliæ & Enoch cõuertẽtur Iudei. uñ ꝑ Malachiã, Mittã vobis Eliã Theſbitẽ qui conuertet corda patrũ ad filios, & corda filiorũ ad patrẽ, vt intelligant filii vt patres i. vt prophetæ intellexerũt.

Mal. 4. b

*e Secundum euan. &c.* Auguſtinus. Vel ita Tunc conuertentur, ſed modo inimici quidem ſunt Chriſti. Et quidem noſtri. Iterum ex ſe ex ſuo ſ. vitio. Sed hoc eſt ſecundum euangelium & propter uos. i. ad profectum euangelii & ueſtrum

De præde. ſan. ca. 16. Tom. 7.

†apud voſmetipſos ſuperbi

*f Inimi. pro.* Oſtendit hoc ex Dei diſpoſitione prouenire. Ex ſe enim poſſunt inimicari, quod proficit euangelio, Deo vtente malis ad bonum, ut cum faciant contra uoluntatem Dei, impleatur voluntas Dei ſapienter omnia diſponens

*g Propterea pa.* Electi ſunt dilecti ꝑpter patres, quibus hæc promiſſa ſũt, qa nõ vocati ea vocatione q̃ multi nõ ꝑciti q tñ pereũt. de qua dictũ eſt. Multi ſunt vocati, pau. vero ele. ſed ea qua electi, q̃ ſine mutatione, qa q audit a pr̃e venit ad filiũ, q nõ perdit quicquam de oĩ dato, qſqs vero perit, non inde fuit. uñ, A nobis exierũt, ſed ex nobis nõ fuerunt.

Mat. 20. b

1. Ioan. 2. c

*h Sine pœniten. Secundum ele. & propter pa.* ſunt ſaluandi, quia dona i. promiſſio-

B nes, *& uoca.* i. electio ab æterno ſunt ſine pœnitentia i ſine immutatione conſilii Dei. Vel ideo dico ſecundum electionem, quia quibus Deus fidem inſpirat, ſine præcedenti eorum penitentia inſpirat. Sine peccato. Gratia Dei in baptiſmo non requirit gemitum vel planctum, uel opus aliquod, niſi ſolam fidẽ & omnia gratis condonat. hoc ideo, ne putent illos non poſſe accipere miſericordiam, quia eos dolere non uident.

*i Sicut enim.* i. qua ratione vos olim permiſit Deus nõ credere. ſ. ne cauſam ſuperbiendi haberetis poſtea conuerſi.

*k Vt & ipſi.* Experti, nõ per legem eſſe ſalutem, ſed per gratiã, ut & ſic per humilitatẽ cõſequerẽtur miſericordiam.

*l Con.* i. permiſit cõcludi. Hic videtur aliquo modo myſterium exponere. *Concluſit enim Deus omnia in infideli.* vt de amaritudine infidelitatis ſuæ pænitendo confuſi, ad dulcedinem miſericordiæ Dei credendo conuerſi humiliores permanerent, vt & gratia muneris eſſet gratiſſima & clamarent. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine

†per

*m Omnium.* i. Iudæorum & Gẽtiũ, nõ ꝙ nullũ dãnaturus ſit, quod qdẽ falſo opinati ſunt. Valde. n. paruũ ſenſũ hẽmus ad diſcutiẽdũ iuſtitiã iudiciorũ Dei, ad diſcutiẽdũ gr̃am gratuitã nullis meritis ꝑcedẽtibus redditã. Nec tã mouet nos, ꝙ gratia ꝑſtatur indignis q̃ ꝙ æque indignis aliis denegat̃ Auguſtinus. Scio, ꝙ ſicut impoſſibilitas, ita & iniquitas non eſt apud Deum & ſcio ꝙ ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Illud vero obſcurum eſt, quare quibuſdam indignis dat, quibuſdam negat, aliqđ ergo eſt in abdito & profundo iudiciorũ dei. Nec illud pſpicuũ ẽ, quare hoc mõ ſaluauerit Iudæos & Gentes, ut prius ꝑmitteret eos concludi in infidelitate.

†omnes
Vbi ſupra Iac. 4. d
†Sap. 17. a

*O alti-*

*n O altitudo.* Si quis quęrat, quare ſic ſaluãtur, cum multi alii modi ſaluationũ ſũt: hoc ſe neſcire innuit per admirationem Apl̃us. Nota per hoc, ꝙ creaturas ortas C

## NIC. DE LYRA.

¶ a Nolo enim. *Hic Apoſtolus reprimit Gentiles ab inſultatione Iudæorum ratione ſumpta ex conſideratione diuinorum iudiciorum. Et diuiditur in tres. primo oſtendit Iudæorum præſentem excæcationem & futuram illuminationem. ſecundo, declarat vtriuſque cauſam ibi: Secundum euangelium. tertio, ex dictis cõcludit diuinæ ſapientiæ profunditatem ibi,* O altitudo diui. *Circa primum dicit:* Nolo enim uos ignora. fratres. *i. vos Gentiles conuerſi ad fidẽ Chriſti, & ſic per fidẽ facti fratres mei.*

b Miſterium hoc. *i. ſecretum diuinum.*

c Vt non ſi uobis ſa. *id eſt ſecundum æſtimationem veſtram, & hoc dicit Apoſtolus ad reprimendum eorum præſumptionem: & quid ſit illud ſecretum oſtendit, dicens,*

d Quia cæci. ex per. *& non ex toto.*

e Contigit in Iſ. *quia apoſtoli & credentes primi de Iudæis fuerunt valde illuminati:*

f Donec ple. g. in. *fidem Chriſti recipiendo. Sciendum tamen, quod illud donec, non tenetur hic cauſaliter, ſed tantum conſecutiue & occaſionaliter, quia Iudæis excæcatis apoſtoli tranſierunt ad gentes conuertendas.* Iſai. 59. d

g Et ſic &c. ſal. fa. *in fine mundi detecta falſitate Antichriſti, quia tunc Iudæi conſtanter mortem ſuſcipient pro fide Chriſti.*

h Sicut ſcri. eſt. *Iſaiæ lix.*

i Veniet ex Syon. *Ibi primo fuit fides Chriſti prædicata, & inde ad omnes alios deriuata eſt præterito, & deriuanda in futuro ſicut dixi plenius in Iſaiæ.*

k Et hoc il. a me te ſta. *i. fides catholica in nouo Teſtamento publicata, & in Iudæis pro tunc complenda.* Lyr. in Iſai. c. 59.

l Cum abſtu. pec. eo. *per fidem iuſtificãtem.* D

m Secundum euan. *Hic conſequenter oſtendit vtriuſq; cãm. & primo excæcationis. Cuius ponitur duplex cã. Vna eſt repulſio doctrinæ Chriſti quæ tangitur, cum dicitur,* Secundum euan. quidem ini. *Alia eſt inuidia de gratia Gentibus data, quæ tangitur ibi: Propter vos. cõſequẽter põit cãm illuminationis, cũ dicitur,*

n Secũdum. e. a. ch. pro. pa. *i. propter merita patrum aliqui nunc ſunt ad fidem electi, & plures eligentur in fine mundi. Ad quod inducit rationem di.*

†De conſ. di. 4. c. ſine penitentia Dona quidem & vocatio Dei eiuſmodi ſunt vt eorum illum pœnitere non poſſit. Iacob. 1. c

o Sine pęnitentia autem. *id eſt ſine mutabilitate, quia apud Deum non eſt tranſmutatio.*

p Sunt dona & uocatio Dei. *i. promiſſa facta patribus de donis eorum ſemini fiendis. & ideo implebunt tempore ſuo. Et conſequenter inducit ad hoc congruentiam: quia ſicut Gentiles ante aduentum Chriſti fuerunt ſub peccato idololatriæ, ita & poſt aduentum Iudæi dimiſſi ſunt ſub infidelitatis peccato pro maiori parte: & ſic in iſtis & in illis oſtenditur humana fragilitas in eorũ peccatis. & diuina bonitas in beneficio vocationis. Iudæi enim nunc dimiſſi finaliter vocabuntur, vt dictum eſt. & hoc eſt quod dicitur,* Sicut enim aliquando &c. *& patet ex dictis litera.*

†per veſtri

q O altitudo diuitiarum. *Hic vltimo concluditur ex prædictis profunditas diuinæ ſapientiæ in ſuis iudicijs, & hoc dupliciter. Primo enim concluditur hoc ex Dei eminentia: ſecundo ex humana deficientia ibi: Quis enim Circa primum dicit,* O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. *id eſt profunditas vtriuſque. ſicut dicitur in Iohannem. Puteus altus eſt, id eſt profundus: Et dicit ſapientiæ quantum ad diuina: & ſcientiæ, quantum ad fienda circa homines, quorum rationes non poſſunt a nobis attingi. Ideo ſubditur:*

†De pę. d. 3. c. totam

Ioan. 4. b
†profunditatem

r Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, *Quia ſupra capacitatem naturæ intellectualis ſunt exceſſiua.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ortas eſſe ꝯſpicimus Deũ patrem, a quo oĩa habẽt principiũ minime eſſe dubitamus. Iterũ qa ſi eſſet rõne, quaſi res fatua videret̃. Cũ igitur rõnẽ (quæ procedit ex ſeipſo, non ipſe a rõne) pculdubio dicimus ſiſe. i. filiũ p quẽ cũcta tã rõnabiliter diſpoſita cernimus, & a p̃re pceſſiſſe fideliter credim⁹, & qa Deũ p̃rem, eo q̃ talẽ habeat rõnẽ, & rõnẽ, eo q̃ a tali pceſſit p̃re gaudere cognoſcimus, iõ gaudiũ illud & bonitatẽ eſſe ſpũ ex utroq; pcedẽtẽ, in quo ſpũ oĩa cõſiſtũt minime ambigimus, qđ gaudiũ & benignitatẽ, etiã vſq; ad creaturas puenire nequaq̃ dubitamus. & iõ dr̃ ſpũs pcedere. i. dari nõ q̃tũ ad p̃rem & filiũ, ſed q̃tum ad hoĩes, qa ſi aliquod bonũ in aliquo videmus, per ſpm̃ ei datũ a patre, & filio credimus. Notãdũ, q̃ dicere rõnẽ ex p̃re, bonitatẽ quoq; & gaudiũ ex vtroque procedere, ſicut dicit Augu. nihil aliud eſt q̃ filiũ generare. q̃ aũt dr̃ ſpũs a patre & filio proce. hoc eſt mittitur, datur, & a ſeipſo etiam.

†imperueſtigabiles.

*ſeculorũ.

*a Viæ eius.* i. in impletiones diſpoſitionis, quia nec in exhibitione poteſt cognoſci quid diſpoſuit.

*b Conſiliari.* Eſt vnigenitus filius eius, q & angelus magni cõſilii appellat̃. Sed ex hoĩbus & angelis nullus fuit ei cõſiliari⁹.

Iſai. 9. b ſecundũ lxx. *c Aut quis pri.* Et ſi iudicia non poſſumus ſcire, vel hoc conſtat, quod ex ſola gratia dat.

Loquẽdi modus de trinitate varijs præpoſitionibus diſtinguitur. *d Quo. ex ip. &c.* Ex, p, in, diſtinctionẽ pſonarũ indicant. ipſe idẽ pronomẽ repetitũ, identitatẽ ſubſtantiæ, & quia talis ipſi gloria, nõ iuſtis ipſis. *Ex ip.* nõ de ipſo ſunt oĩa. Ex ipſo n ſunt cælũ & terra, qa fecit ea. nõ aũt de ipſo, qa nõ de ſubſtãtia ſua In ipſo ſunt oĩa q̃ cõdidit, nõ tñ inqnãt eũ q peccãt, de cuius ſapientia dr̃: Attingit oĩa pp ſui mũditiã, & nihil inquinatum in eo icurrit. Aug. Oportet vt creatorem p ea quæ facta ſunt

Sap. 7. d
Lib. de natura boni aduerſus Manichæos c. 6 cap. 27. 28. Trinitatis veſtigia

intellectu cõſpiciẽtes trinitatẽ intelligamus. Cuius trinitatis veſtigiũ i creaturis apparet. in illa. n. trinitate ſumma origo ẽ oĩm rerũ, & pfectiſſima pulchritudo, & beatiſſima dilectio. Itaq; illa tria a ſe inuicem determinari videntur, & in ſe etiã infinita ſunt ita & ſingula ſunt in ſingulis, & oĩa in ſingulis, & ſingula in oĩb. & vnũ oĩa. Nõ igit̃ cõfuſe accipiẽdũ eſt, qđ ait Apoſtolus, Ex ipſo & per ipſum & in ipſo. Ex ipſo, dicens pp p̃rẽ. Per ipſum, pp filiũ. In ipſo, pp ſpiritũſc̃m̃. Neq; patrẽ volens intelligi dixit, ex ipſo, ut ſic intelligas omnia eſſe ex patre, vt neges oĩa eſſe ex filio, vel ex ſpũſancto, cum ex patre & p patrem & in p̃re oĩa eſſe ſane dici poſſit. Similiter & de filio & ſpiritu ſancto dici poteſt. At p hoc dũ dr̃, Ex ipſo & p ipſum, & in ipſo ſunt oĩa, ſine dubio patris & filii & ſpũſc̃ti demonſtrat̃ equalitas. Et qa nõ aũ noĩauerat p̃rem vel filiũ vel ſpũſc̃m̃, ſed Deũ & dñm, qđ & ipſa trinitas dici poteſt, ſingula horum trium referri ad ſingulos uoluit. F

*e Oĩa.* Quæ naturaliter ſunt non peccata, quæ naturam vitiãt q̃ ex uoluntate peccãtiũ naſcũtur. In creaturis veſtigiũ appet trinitatis: in trinitate ſumma origo eſt oĩm rerũ, & pfecta pulchritudo & beatiſſima dilectio. Hinc eſt moralis admonitio post tractatum legis & fidei, naturã Iudaici populi & Gẽtilis G

a ¶Vere alta ſapientia & ſcientia. ¶Hoc Iſaias dicit.

a & † inueſtigabiles uiæ eius. Quis

¶In ſapientia & ſcientia.

enim cognouit ſenſum Domini, aut

a ¶In diſpoſitione & exhibitione rerum, quis fuit cuius conſilio ageret, uel qui eius conſilium ſciret?

b c quis conſiliarius eius fuit? Aut quis b

a ¶Fidem & bona opera. b ¶A Deo. ¶Merces ex hoc quod ſemſam prior dedit. ¶Nullus quia potius.

prior dedit illi, & retribuetur ei?

a ¶Ex patre ex quo filius.
b ¶Filium per quem omnia. c d e

d Quoniam ex ipſo, & per ipſum, &

a ¶Spiritu ſancto, quia ſola dilectione creauit & conſeruat omnia. f

e in ipſo ſunt omnia. Ipſi † gloria in ſecula, * † Amen.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quis enim co. *Hoc idem oſtenditur ex noſtræ cognitionis deficiẽtia, cum dicitur:* Quis enim cog. &c. *q. d. nullus: qa oculus noſter habet ſe ad diuina, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis.*

2. Metaph. tex. com. 4.

b Aut quis pr. de. il. &c. *q. d. nullus, quia hoc eſt impoſſibile, qa oẽm virtutẽ nõ ſolũ operandi ſed etiam cogitandi & eſſendi ab ipſo habemus, quod declarat, dicens:*

† Sap. 9. c
Iſai. 40. c
1. Cor. 2. d

c Quo. ex ip. *quantum ad potentiam productiuam, quæ patri appropriatur.*

d Et per ip. *quantum ad ſapientiam exẽplarem, quæ appropriatur filio.*

e Et in ipſo. *Sicut in fine & conſeruante per bonitatem quę ſpiritui ſancto appropriatur. ideo ſubditur:*

f Ipſi glo. in ſecula, Amen. *Aliqui libri habent interpoſitas duas dictiones. ſ. honor & ſeculorum, ſed non ſunt de textu, nec habentur in libris correctis.* † honor &

In ca. xi. vbi dicitur: in Poſtil. Si autem gratia ſalui facti ſunt dicto modo, iam non ex operibus.

### ADDITIO I.

4. Reg. 19.

Si q̃rat̃, quõ ex autoritate ab Apl̃o allegata de Elia cõcludit̃ q̃ reliquiæ illæ ſaluabãtur ex grã? Ad qđ dicẽdũ, q̃ hoc Apoſtolus oſtẽdit ex hoc, q̃ i rñſo diuino ad Eliã dr̃, Reliq mihi ſeptẽ millia virorũ. Nõ n dixit relicti ſunt aut relinquentur, ſed reliqui mihi, vt manifeſte oſtẽdat q̃ ex ſua mera gratia & liberalitate eos reliquit.

In e. c. vbi dicitur in poſtil. Et dorſũ eorũ. i. voluntas ſic nominata.

### ADDITIO II.

Quod hic dicitur dorſũ, nõ eſt neceſſe q̃ p hoc intelligatur volũtas, prout in Poſtilla, ſed plane p̃t intelligi de dorſo. Incuruat̃. n. dorſũ alicuius p aggrauationẽ põderis. Vñ qa Iudæi i hac captiuitate exiſtẽtes i vindictã mortis Xp̃i cõtinue aggrauãtur per iuga & ſeruitutes dñorũ, idcirco dorſum eorum ſemper uidetur incuruari ex talibus, & quia iſti non credunt eis euenire in vindictã mortis Chriſti, vt dictũ eſt, ſed alijs cauſis friuolis attribuunt, ideo pręmittit. Obſcurentur oculi eorum ne videant. q. d. prophetice non optatiue, tanta eſt miſeria iſtorũ, q̃ oculi eorũ non uidebunt qua ratione dorſum eorum ſemper incuruatur modo prædicto. H

In e. c. vbi dr̃ in Poſtil. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ Dei.

### ADDITIO III.

Ea, quæ pertinent ad ſapiẽtiã & ſciẽtiã diuinã, p̃nt dici alta, eo q̃ ſunt inattingibilia a nobis. Similiter & profunda, eo q̃ ſunt a nobis iſcrutabilia. Vnde non eſt neceſſe, quod altitudo in hoc loco interp̃tetur p profunditatẽ. Itẽ notãdũ, quod hæc verba apoſtoli. ſ. O altitudo di. &c. cõtinuãtur ad p̃cedẽtia ſm̃ Glo. ſic, præmiſerat Apoſtolus ſ. iam miræ pfunditatis. ſ. q̃ Deus cõcluſit oĩa i incredulitate, vt oĩm miſereat̃, cui⁹ pfunditatis ueluti horrore pcuſſ⁹ & uelut abyſſi altitudinẽ expaueſcens, clamat: O altitudo. nõ. n. ſenſus hoĩs attingit ad diſcutiẽdã iuſtitiã iudiciorũ Dei ſeu ad diſcutiẽdã gratiã gratuitã nullis meritis p̃cedẽtib. redditã: & de hoc amplius i gl.

## GLOS. ORDIN. CAP. XII.

O *Bſecro uos f. a.* Hucuſq; ſatis vtrãq; partẽ humiliauit, & gloriam de priori ſtatu annullauit, mõ quaſi finito negocio deinceps ad mortalitatem tẽdit. *Obſe. n.* Hucuſq;, ne alter aduerſus alterũ ſupbiret hic vt alter de alterius vtilitate laboret.

*b Obſecro per m. d.* i. per apoſtolatum miſericorditer a Deo mihi commiſſũ, vl̃ miſericordiã a Deo vobis datã

*g Ho.* Aug. Olim hoſtia occidebatur, ut homi-

## NIC. DE LYRA. CAP. XII.

Diuiſio

O Bſecro. *Poſt q̃ Apoſtolus Romanos ad concordiã reduxit, hic cõſequẽter eos in morib. inſtruit. Et diuiditur in duas: qa primo facit hoc verbo p̃dicationis, ſc̃do facit exẽplo imitationis, rememorãdo q̃ſdã pſonas eis imitabiles, c. 16. Prĩa ĩ duas. prĩo ĩſtruit oẽs cõiter. ſc̃do exiſtẽtes ĩ aliqb ſtatib. prĩcipaliter ſpãliter ca. ſe. Prima adhuc ĩ duas, qa primo ĩſtruit oẽs cõiter in his q̃ ad Deũ, ſc̃do in his quæ ad proximum, ibi: Sicut enim in vno, Prima adhuc in duas. primo ĩſtruit omnes cõmuniter in ordine ad Deũ ex parte corporis. ſc̃do ex parte aĩę, ibi: Et nolite cõformari. Circa primum dicit,* Obſecro uos. *ſecũdũ, q̃ dicit Seneca, Generoſus eſt hoĩs animus, & facilius ducitur quam trahatur, propter quod Apoſtolus magis vtitur obſecrationis verbo q̃ p̃cepti.* Per

†rationalẽ cu eum ob ſeq.

Seneca
Macerationis carnis cõditiones ſeptem.

## CAP. XII.

¶Quia in ipſo omnia.

a O Bſecro itaque uos a

a ¶Quod rogo fraternitas exigit.

frãtres per miſericordiam Dei, † ut b

a ¶Obſecratis. b ¶Non tantum mentes, licet caro repugnet.

c ¶In mortificatione carnalium deſideriorum.

b exhibeatis corpora ueſtra, hoſtiam c d

a ¶Per bona opera. b ¶In bonis firmam. c ¶Vt bona intentione faciatis. e

uiuẽntem ſanctam, Deo placẽntem, g

a ¶Cum diſcretione, Ne quid nimis. b ¶Totum in prædictis. ¶Sit.

† rãtionabile obſequium ueſtrum. h

b Pe. mi. d. *Peccata relaxantem.*

c Vt ex. c. *Hic per ordinem tangit Apoſtolus ſeptẽ conditiones, quæ macerationẽ carnis Deo faciunt acceptã. prima eſt, q̃ ſit voluntaria, quod notatur cum dicitur,* Vt ex. *ſecunda quod ſit in carne propria. ideo dicit,*

d Corpa. u. *nõ aliena. cõtra illos q̃ ſaluari credũt p pñã aliorũ. tertia q̃ ſit cõcupiſcentiæ mortificatiua. iõ dicit.*

e Hoſtiam. *Aliter enim eſſet vana, ſicut medicina quæ non curat morbũ. quarta q̃ ſit bonorum operum productiua. ideo dicit.*

f Viuẽ. *Viuens enim dicitur: quod habet ĩ ſe principiũ ſui motus. qnta, q̃ ſit cõtinua ſicut vitia carnis cõtinue pullulãt. iõ dicit,*

g Sctãm *i. firmã. ſanctũ. n. ĩ vna eius ſignificatione idẽ ẽ quod firmũ. ſexta, q̃ ſit bene ordinata. ſ. ad Dei gloriam & non ad laudẽ propriam. ideo dicit:* Deo pl. *ſeptima, quod ſit rationabilis ſiue diſcreta. ideo dicit:* †Ephe. 5. d

h Rõnabile. ob. *Quod fit quando caro ſic maceratur, q̃ natura ſeruatur. & vitia excludũtur. Sicut. n. ibi p̃t eẽ defect⁹. ſ. quãdo caro laſciuire permittitur: ita & ſuperabũdãtia. ſ. quãdo corpus redditur ĩeptũ ad debita opa & officia exeq̃nda vnde dicit Hiero.: De rapina Holocauſtum offert qui auſteritate nimia corpus ſuum immoderate affligit. Aduertendum tamẽ, q̃ non eadem opera conueniunt omnibus. & ideo aliqua abſtinẽtia laudabilis eſt in vno, quæ tamẽ nõ eſt laudabilis in altero: Sicut ſi cõiugatus tantã faciat abſtinentiã, q̃ nõ poſſit reddere debitũ vxori, t pe cõpetẽti, nõ eſt laudabilis. in religioſo tamẽ* ¶ *qui non*

Cõiugatorũ abſtinentia moderamen hẽre debet, & quare.



A vt homines cã p̃cti ſubiecti morte oſtenderentur. Nunc qa a peccato liberi, viua hoſtia offertur in ſignum vitæ æternæ.

De ciu. Dei. lib. 22. c. 16 tom. 1.

*a Noli. con.* Augu. Hic aĩa Deo fit ſacrificium cũ igne amoris incenſa formã cõcupiſcentiæ ſecularis amittit, & Deo ſe referens illi tanquam incommutabili formæ ſubdita reformatur *Nolite conform.* Generalis prohibitio. Sed *reformamini* regularis iuſſio. Ibi continentia, hic iuſticia. hoc ad non concupiſcere, illud ad diligere. illud ad declinãdum a malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiſcendo enim vetuſtate expoliamur, & diligendo nouitate induimur

†transformemini p renouatione mentis veſtræ

*b Reformamini.* Quia partim amiſſa eſt imago Dei, ut incipiat ab illo reformari, a quo formata eſt, Non. n. reformare ſeipſam poteſt, ſicut potuit deformare.

*c Quæ ſit uo.* Voluntas Dei dr̃ ſiue ipſa, qua vult, quæ in Deo eſt, ſiue illud quod vult. Hic accipitur Dei volũtas qua uult, q̃ ſemp implet, q̃ bñp acitũ Dei ſiue diſpõ interdũ appellat̃. de q̃ Propheta ait, Oĩa q̃cũq; voluit fecit, & Apl̃s, Volũtati eius q̃s reſiſtet? Oĩa ergo bona q̃ fiũt, Deus fieri vult, quorũ ipſe autor eſt. Mala uero nõ uult fieri, nec tñ vult ñ fieri. Si. n. vellet nõ fieri & fierent, uolũtati eius aliqd reſiſteret, ſed tñ ea fieri p̃ſcit Præterea volũtas Dei dr̃ eius opatio vel pmiſſio. vñ Aug. Nõ fit aliqd qđ oĩpotẽs fieri non velit, uel ſinendo ut fiat, uel ipſe faciẽdo. Itẽ voluntas Dei ĩterdũ dr̃ eius conſilium vel approbatio.

Volũtas dei

†De renũ. c 1. lib. 6.
Pſal. 113. b
Supra 9. d

†8, di c. 1.
De ſũ. tri. c. dãnamus

*d Dico enim.* Hoc eſt ſacrificiũ Chriſtianorum, multi vnum corpus ſunt in Chriſto. Hoc enim in ſacramẽto altaris fidelib. voto demonſtratur eccleſiæ, quę in ea re, quam offert, ſignificatur. Sicut enim panis ex multis granis cõficitur, ita ex multis fideliũ mẽbris ſancta cõſtat eccleſia, q creatoris ſui participatione cõgaudẽt, cuius munere ſancti ſunt. qđ & ĩ ſequẽti oſtẽditur, ubi ait, Multi unũ corpus ſumus in Chriſto, qđ nõ p̃t fieri, niſi ſapiant ad ſobrietatẽ, qđ hic p̃cipiũt. B

1. Cor. 10. d

*e Sapere.* Quod iuſtitiæ terminos nõ egrediatur, quod nobis ſolum utile ſit, & nulli obſit

*f Et unicuiq;* Sicut monuit ne de priori ſtatu ſuperbiãt, ita nec de bonis q̃ in fide acceperunt. *Et uni.* Maiori uel minori ea rõne, qua De⁹ diuiſim dedit dona mẽſurata. q̃ fides meret̃, qđ iõ fecit, ut nec eccleſia indigeat & ſit ſubſeruiendi materia, ut ſit mutua dilectio. vnde ſubdit, Sicut enim &c. *Et unicuique.* Si pro uiribus ſuis nutritur, infans creſcit, aliter deficit.

†diligẽtia

*g Menſu. fi.* Et fidẽ menſurate partitur Deus, ſine q̃ nulla bona opera. Chriſto nõ ad menſurã datus eſt ſpiritus, ſed cęteris oĩb vñ Iohãnes de Chriſto ait, Nõ. n ad mẽſurã dat De⁹ ſpiritum. Cæteris diuiditur non ſpiritus quidem, ſed dona eius.

Ioan. 3. d

*b Singuli ſu. mem.* Ad hæc habẽtes bona differentia. Vel ſinguli ſumus membra, igitur in differentibus donis hoc agatur.

*i Siue prophe.* habentes ſimus membra aliorum, ut illis prophetemus. Habentes dico *ſecundum ra. fidei,* quia prout exigit fides eorum, uel auditorum, prophetia datur. *Siue prophetiam.* A prophetia incipit, quia credentes accepto ſpiritu prophetabunt.

Iac. 2. c

*k Qui miſe.* Quotidiana medicina quotidianis vulneribus, & ſi leuioribus, tamen iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui nõ facit miſericordiam. Quiſquis quaſi nimis iuſtus & ſecurus iudicium

a ¶In veſtra enim manu eſt. b ¶Formam ſecularis concupiſcentiæ accipere.

a Et nolite conformari huic ſeculo, ſed a b

a ¶In Adam deformati, vel item itemque quaſi de die in diem. b ¶Ad modum noui hominis. c ¶Cui non dominatur peccatum. ¶Alias mentis noſtræ.

b † reformamini in nouitate ſenſus c

a ¶Experimento quid Deus velit.

c ueſtri, ut probetis † quæ ſit uolun- d e

a ¶Quia quidquid Deus vult, bonum eſt. b ¶Illis qui bene intelligunt & experti ſunt. c ¶Præceptionibus ¶In omni bonitate, ut nihil melius ſit.

tas Dei † bona, & beneplacens, & per- f g

a ¶Illud obſecro, hic autem prohibeo. b ¶Apoſtolatus.

d fecta. Dico enim per gratiam, quæ h

¶Quia non omnes agunt.

data eſt mihi, omnibus, qui ſunt i

a ¶Inueſtigate de myſteriis diuinis.

inter uos, † non plus ſapere quam k

a ¶Sine præſumptione.

e oportet ſapere, ſed ſapere † ad ſobrie-

f tatem, & unicuique ſicut Deus diui- l

a ¶Secundum quantitatem uel qualitatem. b ¶Quia & fidem menſurate partitur Deus unicuique. hæc eſt fides operans per dilectionem. c ¶Ideo menſurate diuiſit quia multi unum corpus, & ideo omnia neceſſaria danda ſunt non in uno.

g ſit menſuram fidei. † Sicut enim in m uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non

a ¶Per diuerſa dona.

eundem actum habent: ita multi

a ¶Inuicem ſubſeruiendo.

h unum corpus ſumus in Chriſto, ſin- n

a ¶Nullus excluditur. ¶Maior uel minor. b ¶Aliis ſeruientes aliis indigentes.

guli autem alter alterius membra,

a ¶Alias igitur.

Habentes autem donationes ſecun-

¶I. ſumus alter alterius membra.

i dum gratiam, quæ data eſt nobis diffe-

a ¶Futurorum vel quorumlibet occultorum.

rentes: ſiue prophetiam † ſecun- o p

a ¶Quam ſupra menſuram. b ¶Habentes eccleſiaſticum. ¶Vt presbyteri.

dum rationem fidei: ſiue miniſte- q

a ¶Sumus membra aliorum. ¶Aſſidue. b ¶Qui docendi gratiam habet.

rium in miniſtrando: ſiue qui do- r

a ¶In exhibitione doctrinæ ſit membrum alterius. b ¶Qui gratiam exhortandi habet.

cet in doctrina: qui exhorta- s

a ¶Sit membrum alterius. b ¶Eleemoſynas.

tur in exhortando: qui † tribu- t u

a ¶Sit membrum alterius, non in duplicitate præſentis & futurę glorię. b ¶Vt princeps.

it in ſimplicitate: qui præeſt in x y z

a ¶Vt ſollicite agat. ¶Sit membrũ al. b ¶Qui habet gratiam ſubueniendi vel compatiendi oppreſſo.

x † ſollicitudine: qui miſeretur in a b

a ¶Lęto animo ſubueniat.
b ¶Hęc eſt qua diuerſa bona vniuntur.
c ¶Et ſic erit alterum alterius.

hilaritate. Dilectio ſine ſimula- c

*in eis viget concupiſcentia carnalis, & poſſet eſſe alicuius boni impeditiua, & de ſimilibus ſimile iudicium habeatur.* C

a Et nolite. *Hic conſequenter inſtruit oẽs communiter quantum ad animam. & primo quantum ad affectum, ſecundo q̃tũ ad intentũ, ibi:* Dico *enim. Et eſt ſciendum, quod amor trãſformat amantem in amatum. vnde dicit Au. Si terram diligis, terra es, ſi aurum diligis, aurũ es, & ſi Deũ diligis, Deus es. ſ. participatiue. ſecundum illud Pſal. b. Ego dixi dij eſtis, & filii excelſi omnes. ideo dicit:* Et nolite confor. huic ſe. *i. delectabilibus huius mundi:* Diuiſio

Pſal. 81. b

b Sed reformamini. *Imago enim Dei, ad quam ſumus conformati, deformatur in nobis per peccatum. ſed per Dei gratiam reformatur.*

† Eph. 5. d
1. Teſ. 4. a

c In nouitate ſenſus ueſtri. *Sicut enim per peccatum cognitio obfuſcatur, ſic per gratiã renouatur, & quia habens affectum bene ordinatũ recte iudicat, ideo ſubditur,* †quod bonũ eſt, accep tumq; & perfectum

d Vt probetis. *i. experiri poſſitis per ſpiritum ſanctum habitantem in uobis.*

e Quæ ſit uoluntas Dei bona. *quantum ad bona naturæ ipſa dando.*

f Et beneplacens. *quantũ ad bona gratię.* † ſentire de ſe

g Et perfecta. *quantum ad bona gloriæ.* † moderatẽ
*Poteſt etiam aliter ſic exponi:* Quæ ſit uoluntas Dei bona. *quantum ad incipientes:* Et beneplacens. *quantum ad proficientes.* Et perfecta. *quantum ad peruenientes:*

h Dico enim. *Hic conſequenter inſtruit omnes communiter quantum ad intellectũ. vt ſcilicet de pertinentibus ad fidem non inquirant curioſe, dicens,* Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi. *i. per officium apoſtolatus mihi iniunctum præcipio.*

i Omnibus quæ ſunt in uos. *cuiuſcunq; conditionis ſeu ſtatus.*

k Non plus ſapere quam oportet. *quia qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria.* Prou. 25. d

l Et unicuiq; ſicut Deus diui. m. fi. *Non enim eſt in hoc eadem omnibus mẽſura, q̃a illi, qui habent fidem prædicare & cõtra infideles defendere, debent circa pertinentia ad fidem profundius inquirere & ſtudere.* D

m Sicut enim in uno corpore. *Hic conſequenter inſtruit omnes in ordine ad proximum, & primo in promotione boni. ſecundo in vitatione mali, ibi, Non alta ſapientes. Prima adhuc in duas, quia primo facit propoſitum in bono ſpeciali. ſecundo in communi, ibi: Dilectio ſine ſimulatione. Circa primum ſciendum, quod aliqua bona Dei dantur aliquibus ſpecialiter. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ &c. Dantur tamen pro communi vtilitate, ſicut in corpore humano oculus videt pro toto corpore, & pes ambulat, & ſic de alijs: & hoc eſt quod dicit:* Sicut enim in uno cor. *& patet ex dictis in litera vſque ibi:*

† iuxta portionem

1. Cor. 12. a

† impertit

n Sin a. al. al. mem. *i. communicantes alijs dona data vobis, ſicut membra corporis adinuicem communicant officia ſua modo dicto. & conſequenter magis applicat in ſpeciali, di.*

o Siue prophetiam. *quantum ad notitiam occultorum pertinentium ad ſalutem. ideo ſubdit:*

p Secun. ra. fi. *quæ dirigit in ſalutem.*

q Siue miniſterium. *in adminiſtratione ſacramentorum, quod pertinet ad ſacerdotes.*

r Siue qui docet. *quod pertinet ad doctores.*

s Qui exhortatur. *quantum ad prædicatores.*

t In exhortando. *ſ. non tantum verbo, ſed etiam facto.*

v Qui tribuit. *habens abundantiam facultatum.*

x In ſimplicitate *i. propter Deum debet tribuere.*

y Qui præeſt. *in ſpiritualibus vel temporalibus quod pertinet ad prælatos & principes.*

z In ſol. *de adimplendo regimine ſibi commiſſo.*

a Qui miſere. *miſeriam alterius releuando, quod pertinet ad potentes.*

b In hilaritate. *ſupple hoc faciat. Contra illos, qui auſteritatem in uultu & verbis oſtendunt miſeris, antequam eos releuent in aliquo.*

c Dilectio ſine ſimulatione. *Hic Apoſtolus inſtruit de communicatione omnium bonorum. Et diuiditur in tres partes: quia* ¶ *primo inſtruit*

## NICOLAVS DE LYRR.

¶ *qui non habet hoc debitum reddere, laudabilis eſſet. Et ſimiliter aliqua abſtinentia laudabilis eſt in iuuenibus, in quibus viget concupiſcentia carnalis, quæ in ſenibus ſic non eſſet laudabilis: quia non ſic in eis*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E iudicium expectat ſine miſericordia, ſibi iram prouocat. Miſericordia hæc multiplex eſt, peccanti ignoſcere, oppreſſo ſubuenire &c. & ideo ſubdit, cum præmiſſum ſit, qui tribuit in ſimplicitate. Simplicitas excludit hypocriſim, hylaritas gaudium oſtendit, fretum ſpe futuri. (Iere. 48.b)

a *Non pigri.* Maledictus qui facit opera Dei negligenter, piger ſine ſpe eſt. Et ideo vt frigus pigritiæ pellatur: Sitis feruen. &c. († Amos 5.)

b *Domi. uel tempori ſeruien.* Quamuis ſeruentes non tamen paſſim & importune verba Dei ingeratis, ſed tempori. i. oportunitati ſeruientes. († 1. Pe. 3. c)

c *Feruentes.* Spiritus ignis eſt, quo feruet charitas. unde dominus ait, Ignem veni mittere in terram & quid uolo niſi vt ardeat? (Luc. 12. f)

d *Spe gaudentes.* Certi de futuris gaudent, & ideo patientes in tribulatione.

e *Conſenti.* Quod non fit ore tantum, quia tunc eſt uera humilitas, ſi non eſt in ſola lingua, ne præſumentes de ſe non condoleant aliis, ſed exprobrent.

f *Date lo.* Ille dat locum iræ, qui permittit aduerſarium facere quod uult. *Date locum iræ.* non præcipit, vt uindicare nolint a Deo, ſcilicet quod clamant ſcti, non quidem propter exaturandũ odiũ ſed lętabitur iuſtus, cũ viderit vindictã. Præcipit ãt, ut non ipſi ſe vindicantes dent locũ iræ Dei, qui dicit, Mihi uindictã & c. r. Si ergo uult bon⁹, ut Deus inimicũ puniat, nonne eſt hoc reddere malũ pro malo? Vel ita non diligit nec bñfacit inimico. Sed bonus magis cupit corrigi inimicum q̃ puniri, ẽt cum Deus punit non delectatur de pœna, quia non odit eum, ſed de Dei iuſtitia, quoniam Deum diligit, quia & Deus (qui me in hoc ſequitur) ſi pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, tñ & in hoc ſeculo aſperos corripit, & pertinaces in fine dãnat. (Pſal. 57. b; † 73. diſtin. nomine; Ezech. 9. a ſecundũ lex.; † eodem animo alij in alios affecti. i. eſtote vnius ai & affectus) F

g *Sed ſi eſurie.* Nota inſolentiam, ſed cõiunctionis. Ita enim proſequendũ eſt, quaſi nõ interpoſita utraq; ſit cõiũctio (*Vince*) († arrogantes; † 23. q. 3. c. i ſex.; Deu. 32. c)

## NIC. DE LYRA.

¶ primo inſtruit de communicatione in affectu. ſecundo in effectu, ibi, Honore. tertio in ſigno, ibi; Benedicite. Circa primum ſciendum, quod amor eſt deſiderium boni alicuius, quod debet eſſe communiter in omnibus: & amor iſte primo debet eſſe uerus, quia ſecundum Philoſophum. Qui falſificant amicitiam, ſunt magis digni morte, quam illi qui falſificant pecuniam. ideo dicit, Dilectio ſine ſimulatione. Secundo debet eſſe diſcretus, ut ſic ametur natura, ut uitium odio habeatur. ideo dicit. (non tantũ coram Deo, ſed ẽt; 8. Ethicorũ; † 11. q. 3. inter verba)

a Odientes malum. *Tertio debet eſſe firmus ita quod amor non ſit puerilis. ideo dicit:*

b Adhærentes bono. *Adhęrentia enim firmitatem importat. Quarto debet eſſe communis abſque acceptione. ideo dicit,* Charitatem fraterni.

c Honore inuicem. *Hic conſequenter inſtruit de communicatione bonorum in effectu. & primo quantum ad bonum reuerentiæ. dicens,* Honore inuicem præuenientes. *Quilibet enim deficit in aliquo bono, quod eſt in altero, & ſic poteſt eum conſiderare, ut meliorem ſe, & ſic bonorando præuenire. ſecundo inſtruit quantum ad bonum obſequij, dicens,* († Deut. 32. Heb. 10. f † vltio † 23. q. 4. c. hæc autẽ vita)

d Sollicitu. non pigri. *præſtando humilitatem proximis in effectu,*

e Spiritu feru. *Vt hoc fiat ex bono affectu.*

f Domino ſeruientes. *Vt hoc fiat principaliter propter Deum, & ſic ei probibetur obſequium. & per conſequens ab eo expectatur præmium. ideo ſubditur,*

g Spe gau. *Et quia ſpes mercedis habendæ facit patienter ſuſtinere, ideo ſubditur,*

In tri-

¶ Vt nec dilectio amici malum amare faciat, nec malum bonum dimittere.

tione. † Odientes malum, adhæ-

¶ i. quam. i fratres habent. inter ſe uel uolentes a fratribus redilig.

rentes bono. † Charitatem frater-

¶ In qualibet reuerentia.

nitatis inuicem diligentes, hono-

¶ Non eſt fraternus amor, niſi mutuis ſe præueniãt obſequiis. ¶ Solliciti corde ſitis.

re inuicem præuenientes. Solli-

¶ Opere. ¶ Et ideo, ¶ Etſi actu non poteſtis implere quod uultis. ¶ Igne charitatis.

citudine nõ pigri, ſpiritu ferueñ-

¶ Vel tempori. ¶ Quod proximo credite uos impendere Domino. ¶ Et in his non niſi æterna ſperetis.

tes Domino ſeruientes. Spe gau-

¶ Etſi in his bonis mala occurrunt.

dentes, in tribulatione patientes,

¶ Vt pati poſſitis. ¶ Quia ad hoc differtur res.

oratione inſtantes. Neceſſitati-

¶ Fratrum, & ſanctis paſſis ueſtra communia facite.

bus ſanctorum communicantes,

¶ Et recipite ſanctos in hoſpicio. ¶ Exemplo Abrahæ & Loth.

† hoſpitalitatem ſectantes. † Be-

¶ i. bona orate. ¶ Remouet a communi conſuetudine.

nedicite perſequentibus uos: bene-

¶ Item itemque ¶ Q. ſiue admiratione amaritudinis.

dicite & nolite maledicere. † Gau-

¶ Et debetis. ¶ Pro defectu. ¶ De re vnde flendum ſit.

dete cum gaudentibus, † flete cum

¶ Cum gaudio vel fletu.

flentibus. † Idipſum inuicem ſen-

¶ Et pro his omnibus. ¶ In corde ſaltem.

tientes. Non alta ſapientes, ſed

¶ Humilium imitatores.

humilibus † conſentientes. No-

¶ i. ne prudentiam veſtram apud uos tantum, ſed magis apud proximos exerceatis, etiam ſi quis eorum vos offendit.

lite eſſe † prudentes apud uoſmet

ipſos. † Nulli malum pro malo

¶ Monet ne licita cum ſcandalo fiant.

reddentes, prouidentes † bona,

¶ In cordis ſecreto.

non tantum coram Deo, ſed eti-

¶ Vt non fiat ſcandalum, ſed boni exemplum, quia illud fieri debet, quod & Deo non diſpliceat, & fratri ſcandalum non ſit.

am coram omnibus hominibus.

¶ Vt aſſentiam, ſi non ſaltem facite quantum in uobis eſt, uel ſi fieri poteſt, quia difficile eſt quod tamen ex uobis. i. ex veſtra poteſtate eſt.

† Si fieri poteſt, quod ex uobis

¶ Vnde: Et cum his qui oderunt pacem eram pacificus.

eſt, cum omnibus hominibus pa-

cem habentes. † Non uoſmet-

¶ Referentes aduerſarios.

ipſos defendentes chariſſimi, ſed

¶ Iudicio Dei eorum. ¶ In prouerbiis.

date locũ iræ. Scriptum eſt enim:

¶ Et ita qui hoc non facit Deum contemnit. ¶ Seruate. ¶ Vindicabo.

† Mihi † uindictam, & ego retri-

¶ Non ſolum non defendatis.

buã, dicit dominus, † Sed etſi eſu-

rierit inimicus tuus, ciba illũ: ſi ſi-

tit, potũ da illi. Hoc enim faciens,

¶ Feruorem charitatis vel ſpiritusſancti, vel pœnitentiæ ardorem. ¶ Mentem.

carbones ignis congeres ſuper ca-

¶ Et ſi non pœnitet, tamen quia ſi repercutis, ſimilis ei nequam fies,

put eius. Noli uinci a malo, ſed

h In tribulatione patien. *Et hæc per orationem impetrantur, & ſeruantur, ideo ſubditur,* Orationi inſtantes. *Tertio inſtruit Apoſtolus de communicatione beneficij. & primo ad ſimul commorantes, dicens,* G

i Neceſſitatibus ſan. communicantes. *Secundo ad peregrinos tranſeuntes, dicens.* Hoſpitalitatem ſectantes.

k Benedicite. *Hic Apoſtolus inſtruit de communicatione bonorum in ſigno. Principale vero ſignum inter homines eſt loquutio, quæ indicat mentis conceptum. & quantum ad hoc dicit.* Benedicite per ſe. uos. *Et multo magis benefacientibus uobis. Signum autem ſecundarium eſt exterior geſtus, & maxime faciei, in qua parte magis relucet diſpoſitio animi. & ſic dicit:* Gaudere cum gauden.

l Idipſum inuicem. *Aliter eſſet mendacium: quod eſt falſa ſignificatio in uoce uel in alio ſigno quod tenet vicem uocis.*

m Non alta ſa. *Poſtquam inſtruxit de communicatione boni, hic conſequenter inſtruit de communicatione mali, Et hoc dupliciter. Primo ut malum alteri noninferatur, ſecundo ut illatum ab altero æquanimiter toleretur, ibi: Non voſmetipſos. Circa primum aduertẽdum, quod primo nocumentum infert proximo noſtra ſuperbia, quæ eſt principium omnis peccati. ideo hoc prohibet, dicens,* Non alta ſapi. *proximum conculcando.*

n Sed hu. conſen. *cum eis humiliter conuerſando. ſecundo nocumentũ infert aſtutia proximũ malũ machinando. qd ꝓhibet, dicens.* († 14. q. 3. certũ eſt. c. cum ſancti)

o Nolite eſſe pru. *Et accipitur hic prudẽtia ſimilitudinarie: quia vera prudẽtia nõ eſt niſi in bonis, ſed aſtutia in malis, quæ prudentia dicitur, eo quod caute ſcit quærere uias nocendi, nam bonum ad mala transferimus, ſicut dicimus prudens uel bonus latro & ſic dicitur in propoſito. Tertio nocent proximo noſtra mala maniſta ipſis ſcandalizando, quod prohibet di.* prouidentes bo. &c. *Quarto nocumentum infert perſequutio aperta. quod prohibet, di.* Quod ex uobis eſt &c. († Gaudete; † flete 5. Metaphi.)

p Non uoſmet. *Hic inſtruit de male illato, vt patienter toleretur, di.* Non uoſmet defend. *Et ad hoc inducit ſcripturam Deutero. xxx.* H

q Mihi uin. & ego retribuam. *vbi tranſlatio noſtra habet, Mea eſt ultio &c. & non ſolum inſtruit, vt malum ab aduerſarijs illatum toleretur, ſed etiam vt bonum eis impendatur, di.* Si eſurierit inimicus tuus &cæt. *& ſubditur ratio,* († accõmodantes † honeſta)

r Hoc enim fa. carbones ignis &c. *id eſt occaſiones accendendi ignem dilectionis in eo erga te. ſi tamen in malicia ſua perſeuerauerit.*

s Noli uin. a malo. *id eſt incidere in odium eius.*

t Sed uin. in bono malum. *ſ. tentationes impellentes te ad odium eius. Sciendum tamen quod illa quæ dicuntur hic: Non uoſmetipſos &c. non ſunt præcepta, ſed conſilia, niſi in caſu. ſ. ſi ex defenſione videretur probabiliter malum magnum inſurgere, quod eſſet contra honorem Dei. Sciendum autem, quod in aliquo caſu non expedit ſic ſuſtinere, ſcilicet quando per hoc malis datur audacia malefaciendi. vnde dicit Grego. in mora. Quidam cum temporalia bona a nobis rapiunt, ſunt tolerandi. quidam vero obſeruata charitate prohibendi, non ſolum ea cura ne noſtra ſubtrahantur, ſed ne rapientes non ſua, ſeipſos perdant.* († 11. q. 3. iter verba; † Pro. 25. c)

In ca. xij. vbi dicitur in Poſtil. Vt exhibeatis corpora noſtra.

### ADDITIO I.

In his uerbis apoſtoli, ſcilicet. Vt exhibeatis corpora veſtra &c. ꝑter illas conditiones quæ a Poſtill. tanguntur, quæ vere ſunt & in propoſito propriæ ſunt tanguntur tñ q̃dam alia quæ hic videtur innuere Apoſtolus. ſ. quod oblata per fideles Chriſti excedere debent ea quæ apud ueteres offerebantur. Olim enim apud ueteres animalia occiſa



A a *Vince in bo.* Bonitate contende contra illum. & eſt ſalubre certamen ne ſint duo mali.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ lia occiſa offerebantur: nunc aũt viuã hoſtiam debent offerre, ideo dicit: Vel exhibeatis corpora veſtra, nõ corpora aĩaliũ. Hoſtiã viuẽtẽ, non occiſã uel mortuã. Sctãm, Deo placẽtẽ. Illa. n. q̃ olim offerebãtur, nõ habebãt ſctitatẽ Deo placẽtẽ in ſeipſis, quia non ex opere operato placabant. vnde Pſal. Nunquid manducabo carnes taurorum. Nunc autem quia per macerationem carnis corporum vitia perimuntur, ideo talia ex ſeipſis Deo placent, qui peccatores ad pœnitentiam vult conuerti. Olim etiam in quolibet ſacrificio ſal offerebatur quod ſignum eſt diſcretionis in quolibet opere bono requiſitæ. nũc ãt illud quod per ſal ſignificatur, quod melius eſt. ſ. diſcretio offertur. unde dicit: Rationabile obſequium veſtrum prout in Poſtilla. (Pſal. 49. c)

¶ Patiendo.

uince in bono malum.

In eo. c. vbi in Poſtil. dicitur: Vt probetis. i. vt experiri poſſitis per ſpiritumſanctum habitantem in uobis.

### ADDITIO II.

Hoc quod dicitur, Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona &c. poteſt taliter exponi. Ad quod ſciendum, quod voluntas Dei, quæ dicitur voluntas ſigni, multipliciter dicitur: Et quantum ad propoſitum ſpectat tripliciter. ſ. prohibitionis, præcepti & conſilii. Voluntas Dei, quæ manifeſtatur in prohibitione, eſt bona. Ille enim, qui ſe abſtinet a prohibitis, per diuinam legem bonus debet dici, ſed ex hoc ſolo non dicitur beneplacens. quia non ſufficit ſolum recedere a malo ad beneplacendum Deo, niſi cum hoc faciat bonũ, & ſic dr̃ beneplacens. Voluntas aũt Dei, quæ ſignificatur in conſiliis diuinis, dr̃ pfecta, quia ea implens dicitur perfectus, iuxta illud Si vis perfectus eſſe &c. (C; Nota.; 1. ſent. d. 45; Matt. 19. c)

In e. c. vbi dr̃ in poſtil. Hoc. n. faciẽs carbones ignis cõgeres &c.

### ADDITIO III.

Hoc, quod dicitur in prouerbiis, Si eſurierit inimicus &c. Carbones ignis congeres ſuper caput eius: exponitur ibi ſic. i. induces ad pœnitentiam de malo, quod tibi fecit, ſeu facere attentauit &c.

## GLOS. ORDIN. CAP. XIII.

O *Mnis anima.* Et ſi ita pfecti in corpore Chriſti tamẽ oĩs aĩa i. oĩs hõ a pte totũ quaſi non ſolum corpore ſed & voluntate ſeruiatis. Videbaẽ n. ꝙ infideles Dñi fidelib. ñ dẽrẽt dñari, etſi fideles dẽrẽt eẽ equales, q̃ ẽt ſupbiã Apſus remouet.

b *Non eſt enim po.* Ptãs ẽ Deo ſed q̃a Deo, ordinata ſũt, ergo ptãs ẽ ordinata. Itaq; q̃ reſiſtit ptãti, Dei ordinationi reſiſtit, de bona ptãte patet ꝙ eã ꝑfecit Deus Rõnabiliter de mala videri ꝑt dũ & boni ꝑ eã purgant, & mali dãnant & ipſa ĩ deterius ꝑcipitat. Et ſcias, ꝙ noĩe ptãtis ĩterdũ accipit ptãs ipſa q̃ dat alicui a Deo, aliqñ ipſe hõ habẽs ptãtẽ, qđ diligẽs lector diſtinguat. Malitia hoĩm cupiditatẽ nocẽdi ꝑ ſe hẽt, ptãtẽ aũt ſi Deus nõ dat, nõ hẽt. iõq; diabolus añq̃ aliqd tolleret Iob, dicebat Dño, Mitte manum tuã. i. da ptãtẽ Qui ẽt nocẽtium ptãs non eſt niſi a Deo, ſicut ſcriptũ eſt loquẽte ſapiẽtia, Per me reges regnãt, & tyrãni ꝑ me tenẽt terrã. Vñ & Iob de Dño ait, Qui facit regnare hyppocritã ꝑp puerſitatẽ ppl̃i. Et đ populo Iſrael dicit Dñs, Dedi eis regẽ in ira mea. Dat ĩq̃ improbis nocẽdi ptãs, ut bonorũ patiẽtia ꝓbet, & malorũ iniq̃tas puniat. Nã ꝑ ptãtẽ diabolo datã & Iob ꝓbatus eſt, vt iuſtus appareret & Petrus tẽtatus eſt, ne de ſe ꝑſumeret, & Paul⁹ colaphizatus, de ſe extolleret, & Iudas dãnat⁹, ut ſe ſuſpẽdeẽt. (Ptãs ẽt mala a Deo.; † Sap. 6. a; 11. q. 1. c. magnũ. 23 q. 5. ꝓdeſt.; † 22. q. 1 c. mouet §. ſicut 23. q. 1. quid culpatur; † 11. q. 3. qui reſiſtit; Iob 1. b; B; Prou. 8. b; Iob 34. d; Oſee 13. c; † accipient; Iob 1. & 2.; Matt. 26. g; 2. Cor. 12. c; Matt. 27. a)

c *Quæ au. ſunt.* i. rationabiliter a Deo diſpoſita, Iob ait, Deus potentes nõ abiicit, cũ & ipſe potẽs ſit. Gregorius. Deũ quippe imitari deſiderat, qui faſtigiũ potentiæ alienis intentus vtilitatib. & non ſuis laudib. adminiſtrat. Qui ꝑlatus cęteris ꝓdeſſe appetit, nõ ꝑeſſe Tumoris nanq; elatio, nõ ordo ptãtis ĩ crimine eſt. Potẽtiã Deus diſtribuit, elationẽ potẽtiæ malicia nr̃ę mẽtis inuenit. Tollamus ergo quod de nr̃o cõtulimus, & bona ſũt q̃ dño largiẽte poſſidemus, q̃a nequaq̃ iuſta potentia, ſed actio praua damnatur. (Iob 36. a; Moral. lib. 26. c. 9. in ꝓlog. 1.; † 21. q. 5. c. nõ ſolum. & q. ſi. c. 1.)

d *Qui autem re.* Aug. Si iubeat quod non licet, hic ſane contemnet ptãtẽ timendo ptãtẽ maiorẽ; ergo ſi aliud imperator, aliud Deus iubeat, contẽpto illo obtemperandum eſt Deo. († oportet eſſe ſubditos; De ver. Dñi ſer. 16. ſ. 6.)

e *Principes.* Dicit qui propter corrigẽdam vitam & prohibenda aduerſa creantur, Dei habentes imaginem, ut ſub vno cæteri

f *Non ſunt ti. bo. &c.* Si bonus eſt princeps, bñ operãtẽ nõ punit, ſed diligit. Si malus, nõ nocet bono, ſed purgat eum, Malus dẽt timere, quia inſtituti ſunt principes, ut mala puniant. († incumbẽtes)

g *Hal.* Si iuſta eſt ipſa laudante. ſi iniqua, ipſa tibi laudis occaſionem præbente.

h *Dei e. mi.* Ideo dati ſunt rectores, ne mala fiant.

i *Vindex in iram.* id eſt propter iram Dei vindicandam, vel uindex in iram Dei oſtendendam, quia hæc punitio indicat perſiſtentes in malo grauius puniendo.

k *Ideo enim.* Subditi eſſe debetis, quia etiam ideo. i. propter oñ dẽdã ſubiectionẽ ꝑſtatis quaſi reddituris, q̃a reddẽdũ pugnãt pro patria, & dum agunt iudicia, uos præſtatis ſeruientes Deo Per hoc. n. qđ illis tributa datis, Deo ſeruitis, q̃a miniſtri

## CAP. XIII.

¶ Secularibus bonis & malis.

O † Mnis anima pote-

¶ In hoc quod ſublimes. i. in mũdanis, vel cauſa notatur. i. quia ſublimiores ſunt.

ſtatibus ſublimio-

ribus ſubdita ſit.

¶ Et ideo debet ſubiici. ¶ Vnde Non haberes in me po. niſi deſuper da. ti. fuiſ.

† Non eſt enim poteſtas, niſi a deo.

¶ Rationabiliter diſpoſita.

Quæ autem ſunt a deo, ordinata

¶ Vi vel dolo. ¶ In his quæ ad poteſtatem pertinent. ¶ a tabulis & huiuſmodi.

ſunt. † Itaque, qui reſiſtit poteſtati,

¶ i. habenti poteſtatem Dei ordinatione. ¶ Quod tam graue eſt.

ordinationi Dei reſiſtit. Qui au-

¶ Et ideo non debet quis reſiſtere, ſed ſubiici.

tem reſiſtũt, ipſi ſibi damnationem

¶ Merito acquirent damnationem. ¶ Boni uel in ali.

† acquirunt. Nam principes non

¶ Ad timorem his qui bene operantur.

ſunt timori boni operis, ſed mali.

¶ Quaſi male operantibus ſunt timori, tu autem &c. ¶ Quæcunque ſit.

Vis autem non timere poteſtatem?

¶ Et non eſt, vnde timeas. ¶ Etiam ſi mala, dum tibi eſt cauſa maioris coronæ.

Bonum fac, & habebis laudem ex

¶ Vere ex illa habebis laudem quia Dei miniſter eſt, tibi faciens bonum, ſiue bonus ſiue malus.

illa. Dei enim miniſter eſt tibi in

¶ Bono non eſt timendum. ¶ Timendum eſt, quia habet gladium iudiciariam poteſtatem, non ſine cauſa, ſed vt malos puniat, & hoc eſt, Dei miniſter, loco Dei uindicat.

bonum. Si autem malum feceris, ti-

me. † Non enim ſine cauſa gladium

portat. Dei enim miniſter eſt, uin-

¶ i. ad damnum eius. ¶ Quia miniſter Dei.

dex in iram ei, qui male agit. Ideo-

¶ Vel neceſſitate neceſſariæ ordinationi. ¶ Quaſi ex neceſſitate.

que † neceſſitate ſubditi eſtote, non

¶ Principis vitandam uel Dei.

ſolum propter iram, ſed etiam pro-

¶ Vt munda ſit mens veſtra diligendo prælatum. ¶ Hæc eſt probatio ſubiectionis.

pter conſcientiam. Ideo enim & tribu-

ta præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt,

¶ Propter hoc ipſum tributum ſeruiunt uobis in defenſione patriæ.

in hoc ipſum † ſeruientes. † Red-

¶ Quia miniſtri Dei. ¶ Vt ſcilicet laudetur diſciplina euangelica. ¶ Debetis.

dite ergo omnibus debita. Cui

## NIC. DE LYRA. CAP. XIII.

O Mnis aĩa. *Poſtquã Apoſtolus de morib. inſtruxit Romanos generaliter, hic cõſequẽter idem facit ſpecialiter. & primo inſtruit minores, ſecũdo maiores c. ſe. Prima diuiditur in tres, q̃a primo oſtendit, ꝙ minores debent ſuperioribus ſubiectionem, ſcđo ſubuentionem ibi, Ioq; neceſſitati. tertio dilectionẽ, ibi, Nemini qcq̃. Primũ probat dupliciter. Primo ex diuina ordinatione, cui bonũ eſt obedire & malũ reſiſtere. Ex ordinatione uero diuina eſt, ꝙ ſupiores regãt inferiores, & ĩferiores eis obediant, ut patet in natura corporali, in elementis quæ reguntur ex influẽtia corporis cœleſtis, vnde dicit Philoſophus ꝙ tota regio elementaris contiguatur lationi aſtrorũ, ut omnis virtus eius gubernetur ĩde. Similiter hoc patet ĩ natura ſpũali, q̃a angeli ĩferiores reguntur & illuminãtur ꝑ ſupiores: & ita dẽt eſſe in hoĩbus. & hoc eſt quod dicit:* (Diuiſio; D; 1. Meteor. ſumma prima, c. 2.; † Pro. 25. c)

a O. a. *i. oĩs hõ totũ a pte digniori denoĩãdo.*

b Ptã. ſub. *prælatis in ſpiritualib. & principib. terrenis in tpalib. & ſubditur ratio.*

c Non eſt e po. ni. a d. *conceſſa & ordinata. Cætera patent ex dictis uſque ibi,*

d Qui au. r. ip. d. *æternam. vnde dicit Saluator: Qui uos ſpernit me ſpernit &c. Aliquãdo etiam temporalem, quia puniũtur in corpore uel in reb. ſcđo ꝓbat ꝓpoſitũ ex officijs ſupiorũ, ꝑ quæ reprimuntur mala inq̃tum ex punitione malorum alij terrentur, & ſic a malis arcent, & hoc eſt qđ dicitur,* (Luc. 10. c)

e Nã prin. nõ ſ. t. b. *i. rõne boni o pis, q̃a ſicut ꝑ eorũ officia reprimũtur mali, ita ꝓmouẽtur boni. Intẽtio eorũ dẽt eẽ, ut ſubiectos faciant bonos. cætera patent uſque ibi:*

f Non e. ſi. *Poteſtas enim ſecularis portat gladiũ Domini materialem, poteſtas eccleſiaſtica ſpiritualem. Et ſubditur cauſa.*

g Dei e. m. eſt, uin. in i. *i. in punitionem ei qui male agit.*

h Iõ. n. *Hic oſtẽdit, ꝙ inferiores debent ſuperiorib ſubuẽtionẽ ad neceſſaria ſcđm ſtatus ſui conditionem, quia nemo militat ſuis ſtipendijs. & hoc eſt quod dicitur,* Ideoque ne. *ſcilicet ſuperiorum procurandæ.*

i Su. e. *ſoluendo ratam veſtram debitam.* († 23. q. ſi. c. ſi in morte)

k Non ſo. p. i. *i. punitionem vitandam.* (Matt. 22. c)

l Sed etiam pro. con. *Quia quilibet tenetur reddere debitum, Et explicat magis in ſpeciali, dicens,* (2. Timo. 2.)

m deo enim & t. p. *ad hoc enim principaliter ſunt inſtituta.*

n Miniſtri enim d. *ſ. quia ſunt executores ſuæ iuſtitiæ.*

o In h. i. ſe. *ſ. Deo & ẽt hoĩb. rẽpublicam conſeruãtes, ideo concludit.*

p Red. e. &c. c. t. *ſ. principib. Eſt n. tributũ qđ redditur pro tota patria.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E quia miniſtri Dei ſunt, Vel præſtatis tributa, quia miniſtri Dei ſunt, ut boni laudentur, mali puniantur Illi dico ſeruientes vobis, propter hoc dum patriam defendunt.

*a Tribu.* Vel tributum, quod domi ſoluitur. Vectigal quod ad domum Domini vehitur.

*b Nemini quic.* Pax ad oẽs, dilectio inter fratres. Aliter enim vere fratres non ſunt.

Charitas quõ reddenda.

*c Diligatis.* Mentio fit hic de charitate, quia valet ad hanc humilitatem. Sola enim charitas eſt, quæ etiam reddita ſemp retinet debitorũ. Redditur enim cum impenditur, debetur autem etiam ſi reddita fuerit, quia nullum eſt tempus, quo impendenda non ſit. Nec cum redditur amittitur, ſed potius reddendo multiplicatur, habendo enim redditur, non carendo, ut pecunia quæ reddi non poteſt, niſi habeatur: nec haberi niſi reddatur. immo cum redditur ab homine, creſcit in homine, & tanto maior acquiritur, quanto pluribus redditur.

*d Diligit proximum.* Cum duo præcepta ſint charitatis, pro vtroque vnum ſæpe ponitur, quia nec Deus ſine proximo, nec ſine Deo proximus diligitur, uel poteſt diligi. Dilectio proximi in factis apparet, dilectio Dei amplius latet. Ideo hanc ſpecialius ponit, de qua Dominus ait, Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem: ubi illud mandatum maius dilectionis Dei uidetur eſſe prætermiſſum. Sed bene intelligentibus utrumque inuenitur in ſingulis, quia qui diligit Deum, nec poteſt ipſum contemnere, quem Deus præcipit diligi. & qui ſancte ac ſpiritualiter diligit proximum, quid in illo diligit niſi Deum?

†Leu. 19.b †Conſummatio Ioan. 13.d

F

*e Proximum, legem.* Omnem hominẽ intelligi oportet, quia nemo eſt, cum quo ſit operandum malum. Qui ergo amat homines aut, quia iuſti ſunt au quia iniuſti ſunt, amare debet Sic enim & ſeipſum amare debet ſcilicet vel quia iuſtus eſt, vel ut iuſtus ſit. Qui enim aliter ſe diligit, iniuſte ſe diligit, quia ad hoc ſe diligit, vt ſit iniuſtus, ad hoc ergo vt ſit malus, ergo iam ſe non diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

†44.d.c.1. Luc. 1.f Pſal. 10.b

*f Et hoc ſcientes* Alia commendatio charitatis. Nam malum non facit, & oportunitatem parat bene operandi. *Et hoc ſcientes.* ſcilicet quia hora eſt. uel ſicut quidam libri habent, hoc tempus, ſcilicet gratiæ, ſcientes. Iam ex quo dilectionem habuimus, eſt hora.i. oportunitas, ſed breuis.

*g Somno ſurgere* Somnus eſt negligentia vel ignorantia.

*h Nunc enim.* Cauſæ interpoſitæ, quare ſurgere debeamus.

*i Propior eſt* Bene operãs vicinus eſt æternæ uitæ. Baptiſmus enim eſt ad veniam, vita bona ad coronam. Vel, propior, quia plus morti proximi ſumus.

*k Nox præceſſit.* Item quare ſurgere debent oſtenditur, quia, *nox*, infidelitatis & ignorantiæ, *Præceſſit*.i. fuit, ſed modo non eſt, cuius memoria monet ut caueatis. *Dies*, ęterna beatitudo. *Appro.* dum peccata remiſſa, dum iuſti per gratiam *Nox*, vetus homo, qui in baptiſmo præteriit. *Dies*: ſol iuſtitiæ, cuius luce ueritatem didicerunt, ut ſciant quid agendum ſit.

*l Opera te.* Opera mala quæ ex tenebris ignorantiæ uenerunt vel tenebras amant, & ad tenebras ducunt.

*m Non in commeſſ* Nota in his Romanos tangi, & ideo non eſt eis ius gloriandi. Horum autem morborum ſuperbia eſt mater, & humanæ laudis auiditas, quæ etiam hypocriſim ſæpe generat, huic non reſiſtit, niſi crebris diuinorum librorum teſtimoniis incutiatur timor & charitas.

¶Quod regiones ſoluunt. ¶Reddite. ¶Debetis. ¶Stipendium quod datur domini, quãdo merces per patriã vehuntur.

tributum tributum, cui uectigal

¶Reddite. ¶Debetis. ¶Vt aſſurgere. ¶Reddite.

uectigal, cui honorem honorem,

¶Vt dominium timeamus, & uereamur perſonas. ¶Cętera ita ſoluite, vt non debeatis aliquid.

cui timorem timorem. Nemini

¶Charitatem ita ſoluite, ut ſemper debeatis.

quidquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis, Qui enim diligit proxi-

¶Et hoc per partes oſtendit.

mum, legem impleuit. †Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt

¶Per Moyſen. ¶Quod Moyſes fecit in Leuitico.

aliud mãdatum, in hoc† uerbo in-

¶Continetur, impletur. ¶In bonc, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

ſtauratur, † Diligẽs proximum tu-

¶Qui diligit, bene facit, quia nulli malũ, & iõ plenitudo legis.

um, ſicut teipſum. Dilectio proxi-

¶Plene legem implet qui diligit.

mi malum non operatur. †Plẽnitu-

¶Scimus quia dilectio malum non operatur.

do ergo legis eſt dilectio. Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos

¶De torpore. ¶Bene operando. ¶Surgere debemus. ¶Magis debita per opera bona.

de ſomnõ ſurgere. Nunc enim pro-

¶Eterna quę nobis promittitur. ¶Tunc.

pior eſt noſtra ſalus, quam † cum

¶Quia credidimus & operati ſumus, turpius eſt niſi ſurgamus. ¶Tantum

credidimus. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus

¶Propter interiectas cauſas. ¶Vt ornamento.

ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſte

¶Virtutes. ¶Quæ lux.i. fides exigit. ¶Actẽ, tis virtutibus, in actu earum exerceamus nos ſicut decet in die fidei.

¶Hęc ſunt opera tenebrarum. ¶Luxurioſis conuiuiis.

ambulemus. † Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubili-

¶Signitiæ dormiendi.

¶Et luxuria quæ de cibo & potu nimio. ¶Vt ſolebãt ſe inuicem præferendo, in quo minor inuidebat maiori.

bus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, ſed induimi-

¶Q. Prędicta ne faciatis.

¶i. Formã Chriſti. ¶Quem induti, no cogemini ſeruire carni

ni dominum Ieſum Chriſtum, † & carnis curã ne feceritis in deſideriis.

¶Illicitis. ¶Non dico in neceſſariis ad ſuſtentationem.

G

tur a ſingulari perſona, quia non omnes talia habent ſoluere, quæ reddenda ſunt pedagiarys, qui communiter hoc accipiunt ad talem finem.

b Cui ti. *ſ. Dominis.*

c Cui hono. *ſ. virtuoſis & in dignitatibus exiſtentibus qui ſunt cuſtodes uirtutis.*

d Nemini quidq. *Hic conſequenter oſtendit, quod inferiores debent ſuperioribus dilectionem & primo oſtendit propoſitum. ſecundo, quod tempore nouæ legis hoc debitũ eſt maxime reddendum, ibi: Et hoc ſcientes Circa primum dicit:* Nemini quidq. *Hoc enim habet ſpeciale hoc debitum, quod q̃tũcũq; reddatur de præterito vel præſenti, adhuc debetur reddendum in futuro.*

e Qui enim dili. proxi. le. imple. *Omnia enim mandata decalogi ordinantur ad actũ diligendi: quia præcepta primæ tabulæ ordinantur ad diligendum Deum. & præcepta ſecundæ tabulæ ad diligendum proximum Per primum enim quod eſt: Honora patrem tuum, &c. præcipitur reddi debitum omni proximo. p alia q̃ ſunt negatiua, præcipitur caueri ab eius documento. ideo ſubditur,*

Decalogi ordinatio ad dilectionem †Exo. 20.b

f Dilectio pro. ma. non ope. *i. cauet inferre malum proximo: & ſic concluditur,*

† ſermone ſũmatim cõprehenditur

g Plenitu. ergo le. *i. plenaria obſeruatio eius.*

h Eſt dile. *Quia diligitur Deus ſuper omnia, & proximus ſicut ipſemet diligens.*

i Et hoc i ſc. tẽ. *Hic conſequenter oſtenditur, quod hoc debitum eſt maxime reddendũ t pe nouæ legis: quæ eſt lex amoris, ſicut lex vetus fuit lex timoris. ideo dicit,* Et h. ſcien. tẽ. *i. conditionem temporis legis nouæ.*

k Quia hor. eſt iam n. de ſo. ſur. *i. de otio ad opera charitatis quia ſicut dicit Greg. Charitas operatur magna ſi eſt, ſi autem renuit operari, amor non eſt.*

Moral. lib. 11.c.4.

l Nunc e. *i. tempore gratiæ.*

m Proprior eſt n. ſa. *Quia per Chriſtum ianua ſalutis eſt aperta quæ tempore legis erat clauſa. ideo ſubditur.*

†tum cum credebamus

H

n Quam cum cre. *ſcilicet plus quam ante Chriſti aduentum: tunc enim ſciebant ſe patres deſcenſuros ad inferni limbum. vnde dicit Iacob patriarcha Deſcendam ad filium meum lugens in infernum: Et ſanctus Iob. In profundiſſimum inferni deſcendent omnia mea.*

Gen. 37. Iob 17.d

o Nox præ. *i. obſcuritas figurarum veteris legis.*

p Dies au. appropin. *id eſt claritas veritatis reuelatæ in noua lege.*

q Abiiciamus ergo opera tene. *id eſt peccata, quæ dicuntur tenebrarum opera, eo, quod in tenebris fiunt. Qui male agit, odit lucem, & quia ob tenebrant animam, ſecundum quod dicit Philoſophus in lib. Ethicorum: Ignorat omnis malus. & quia ducunt ad tenebras exteriores. ſ. gehennæ.*

Peccata quæ opera tenebrarum. Ioan. 3.c

r Et indu. ar. l. *virtutes quæ dicũtur arma lucis, quia contra peccati tenebras muniunt & quia in luce fiunt, Qui facit veritatem, venit ad lucem, Et quia illuminant animam, & finaliter ducunt ad lucem æternam. ideo ſubditur,*

†Gal. 5.d 1. Petr. 2.b De cõſ. di. 5. non mediocriter. Virtus quæ arma lucis. Ioan. 3.c

s Sicut in die. *ſ. iudicii,*

t Honeſte ambulemus. *id eſt ad gloriam.*

u Non in comeſſationibus & ebrietatibus. *uitando peccata gulæ.*

x Non in cubilibus & impudici. *uitando peccata luxuri.*

x Non in contentione & æmu. *quantum ad peccata ſpiritualia, quę ſunt grauioris culpæ.*

z Sed induimini dominum. *imitando ſanctitatem conuerſationis ſuæ.*

a Et carnis curam ne feceritis in deſide. *id eſt ſuperfluis, ita quod per hoc non excluditur neceſſitas, ſed tantum ſuperfluitas.*

In eo. c. ubi dicitur in poſtil Sicut in die ſcilicet iudicii.

## ADDITIO.

Quod hic dr. Sicut in die, no videtur proprie exponendum de die iudicii. Non. n. poſſumus in hac vita q̃ multis incõmodis & neceſſitatibus eſt ſubdita, ſicut in die iudicii ambulare. Sed quia tps grę comparauit diei, di. Dies ãt appropinquauit. Similiter uirtutes coparauit armis lucis, di. Iuduamur arma lucis. iõ ſubdit, Sicut ĩ die honeſte ambulen⁹. i. ĩ actu uirtutũ nos exerceam⁹ honeſte, ſicut illi q ĩ clara die ãbulãt, honeſti⁹ hñt ĩcedere, q̃ q ambulãt de nocte.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Cui ue. *pro vectione rerum, cuiuſmodi ſunt pedagia: & hoc ſoluitur a ſin-*



## GLOS. ORD. CAP. XIIII.

A

*I Nfirmum au.* Perfecte fidei eſt nullũ cibũ diſcernere, vel immundũ putare: qa oĩa mũda mũdis. Sed quidã infirmi cẽſebãt a qbuſdã abſtinendũ & ita inter Romanos cõtẽtio. vñ pcepit tales aſſumere, nõ abiicere: ſed patiẽdo exẽplo & uerbo ad fidẽ erigere. Et ſi incognitũ eſt, quo qs aĩo faciat, nõ inde diſceptare.

Titum 1.d

*b Non in di.* Modo eſt damnandus, cuius cogitatio nõ eſt aperta, vel de quo neſcimus, qualis poſt ſit futurus.

*c Infirmu.* Qui cibos diſcernit, putans alios mundos, alios immundos, eo q̃ Iudæi phibiti ſunt edere. hunc ſuo iudicio relinquendũ dicit, ne cũ ſcrupulo edat. Vel licet perfecta fides, q̃ oĩa; tñ infirmũ, qui timet caſum, q facile impetu libidinis ſterniẽ, edat olus i. tenues & aridos cibos, q nõ ſunt fomentũ uitiorũ, & abſtineat ab illis, qbus libido excitatur. Craſſitudo enim carnium & delicioſæ epulæ prouocant corpus ad libidinem.

Nota cõtra crapuloſos clericos. †ad diiudicationes diſceptationum.

*d Is qui man.* Supra præcepit non diſceptare de cogitationibus aliorum, hic præcipit non ſpernere.

*e Non iu.* De manifeſtis iudicandum, & nõ occultis Manifeſta vero ſunt, q̃ non poſſunt bono aĩo fieri, ut ſunt ſtupra, blaſphemiæ, furta & hmõi, de quibus iudicare nobis permittiẽ. Sed ea, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorẽ partẽ interpretemur, vt de cibis: quia poſſunt bono aĩo & ſimplici corde ſine vitio concupiſcentiæ quicunq; humani cibi indifferenter ſumi.

Manifeſta, quæ ſint.

*f Domino ſuo ſta.* De incognito corde alieni ſerui tu non habes iudicare ſed ſuus dñs: ad cuius honorẽ ſtat qui ſtat, ad quem pertinet & caſus cadentis, q poteſt erigere vel iudicare. Stat, aut cadit, ideo dicit; quia ambiguum eſt. forſan ſtat, qui putatur cadere.

†efficere, vt ſtet.

B

*g Stat aut ca.* Per hoc oſtendit, ſe neſcire quo animo ille ſe agat in dubiis.

†iuxta

*h Stabit au.* Hic innuit, q̃ ambigua debemus in meliorẽ partẽ vertere, & pl⁹ ſalutem q̃ mortẽ reorum optare, et in futuro ſpẽ boni habere, & ſi aliter ſit in præſenti. *Stabit au.* Quia neq; ſi edit reus eſt, neq; ſi non edit, ſi tamen deuotione hoc agit.

†propriæ menti ſatiſfaciat.

*i Nam a.* Supra dixit, q̃ alij omnia mãducant, alii non omnia, de generibus ciborum agens. H. dicit q̃ alij omni tempore, alii aliquo certo tempore abſtinẽt, et utrũq; recte fieri poſſe dicit.

*k In ſuo ſen.* i. in ſuo cõſilio dimittatur ne ſcandalum paſſus a charitate, quæ eſt mater omnium uirtutum, recedat.

*l Qui ſa.* In ſuo ſenſu dico vt abundãs, quia qui ſapit diem, uel omnem, vel diem inter diem domino ſa.

*m Et qui man. do.* i. ad honorẽ domini, cuius oĩa creata credit mũda, & qa ei ſeruiturus illis ſuſtẽtaẽ.

*n Nemo. n. no. ſibi vi.* Qui. n. lege frenatur, non ſibi, ſed Deo, qui legem dedit, viuit. Si lex non eſſet, ſibi quiſq; viueret.

*o Sibi.* Sed dño, quo iudice damnatur vel coronatur. vel, *Sibi.* i. ad laudẽ ſuam ſed Dei. Sicut. n. magnitudinis eius non eſt finis, ſic noſtræ laudis non erit finis. Non. n. cum mortui fuerimus in hac carne, deſinemus laudare Deum. & ſecundũ hoc de fidelibus tantũ agit. Vel *ſibi*. i. a ſe iudicandus, ſed a dño. ſm ☞ hoc de bonis

Pſal. 144.a

## CAP. XIIII.

¶Ita in uobiſipſis honeſti ſitis, ut dictum eſt. ¶Illum, qui nondum perfecte credit, ut credendum eſt.

I Nfirmum autem in

¶Vt Chriſtus ægrotos. ¶Ad ſanandum. ¶Vt de occulto iudicetis reum.

fide aſſumite, non † in diſceptationibus cogitationum.

¶Hic talis poteſt aſſumere alios. ¶Poſſe.

Alius enim credit † manducare ſe

¶Humanis uſibus data. ¶Hic indiget aſſumi, qui permittitur edere olus, in quo nulla quæſtio.

omnia. Qui autem infirmus eſt,

¶Et cum hæc ita ſint. ¶Omnia indifferenter.

olus mãducet. Is qui manducat,

¶Quia uoluntatis eſt edere vel non edere. ¶Abſtinentem.

non manducantem nõn ſpernat.

¶Omnia. ¶Non credat peccare, cum neſciat quo animo. ¶Neuter alterum, vterq; enim ſeruus Dei eſt.

Et qui non mandũcat, manducantem non iudicet. Deus enim illum

¶Manducantem uel non manducantem.

¶Ad fidem. ¶Et cum hoc eſt, ergo. ¶Cuius valentiæ. ¶Damnandum affirmas, quod non debes, cũ ſit alterius ſeruus.

aſſumpſit. † Tu quis es, qui iudicas

¶Qua conſcientia edat uel non edat, Deus iudex eſt, cuius ſeruus eſt.

alienum ſeruum? Dominõ ſuo ſtat

¶Hoc de prædeſtinatis. ¶Stare poterit Domino ſuo. ¶De quo nulli eſt ambiguum.

aut cadit, ſtãbit autem. Potens enim

¶Ne ſtare ſibi arroget ¶Q. ſtabit dico, & poteſt credi ſtaturus eſſe, quia quod agit, ex iudicio agit.

eſt Deus † ſtãtuere illum. Nãm alius

¶Eſſe eligendum in abſtinentia interpoſitum. q. quidam certis diebus, quidam omni die putant abſtinendum.

a ¶i.cum perfecero opus adminiſtrationis.
tem cum conſummauero, & aſſi-
a ¶Sub ſigno cuiuſque eccleſiæ.
gnauero eis fructum hunc, profici- f
a ¶Et ideo interim corrigite vos. b ¶Per vos tranſibo, ſed tamen certus ſum de gratia Dei.
ſcar per vos in Hiſpaniam. Scio aũt g
a ¶Iam diu uoto. b ¶Ita vt vobis multum prodero per benedictionem Chriſti.
quoniam ueniens ad vos, in abun-
a ¶Hæc eſt uirtus ſignorum, qua confirmati ſunt. b ¶Tandem te ipſa.
dantia benedictionis Chriſti veni-
¶Et ideo.
am. Obſecro igitur vos fratres per h
¶Si eum diligitis.
dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ
a ¶Si in uobis eſt charitas, quam ſpiritus facit.
a & per charitatem ſpiritus, vt* adiu-
¶Per.
uetis in orationibus veſtris pro me
¶Habitis. ¶Ne quod defero, auferant.
ad dominum, vt liberer ab infideli-
bus, qui ſunt in Iudæa, & †obſequij i
a ¶Mihi adiuncti. b ¶Quaſi ſufficiens non diminuta.
b mei oblatio accepta fiat in Ieroſoly k
a ¶Orate ita fieri, ut hoc facto. b ¶Hoc dicit, vt oſtendat omnia cum uoluntate ſe agere.
mis ſanctis, ut ueniã ad vos in gau- l m
a ¶Vel ut. ¶Quod erit illis pacatis.
dio per voluntatem Dei, et †refrige n
a ¶Q ventutum me ſpero, ſed ſiue ueniam ſiue non.
c rer vobiſcum. Deus autem pacis ſit o
cum omnibus vobis, amen.

a Et re.vo. *per receptionem ſpiritualium bonorum poſt multas tribulationes illatas mihi.* C
o Deus autem pacis. *Confirmatio eſt prædictorum.*
In c.xv. vbi dicitur in Poſti. Improperia improperã.ti.ce.ſup me.

### ADDITIO I.

Improperia improperantiũ Deo ceciderunt ſuper Chriſtum: quia non recipiẽdo Chriſtum, Deo qui ipſum miſit improperati ſunt, & improperia ceciderunt ſuper Chriſtum, qui quaſi blaſphemus ab eis occiditur, ut in glo.

In eo c. ubi dicitur in Poſtil. Propterea confitebor tibi in Gentibus.

### ADDITIO II.

Hæc autoritas Pſal. Cõfitebor ti. in Gẽtibus &c. non myſtice ſed proprie ad literã intelligitur de Chriſto, q cõfiteri facit credẽtes fideles de Gẽtibus: Vnde ſtatim ſubiũgit in pſal. Faciẽs miam Chriſto ſuo Dauid & ſemini eius uſq; in ſeculũ. Chriſti.n.regnum, qui de ſemine Dauid factus eſt ſecundum carnem, ad Ro j. eſt uſq; in ſeculum: quia regni eius nõ erit finis. &c.

In eo.ca.xv. vbi dicitur in Poſtil. Et iterum dicit Iſa.xxxv. Lætamini Gentes.

### ADDITIO III.

Hæc autoritas, quæ allegatur ab Apoſtolo cũ dicit: Lętamini Gẽtes cum plebe eius: non eſt in Iſaia, ſed potius in Deute.xxxij. vbi dicitur: Laudate Gẽtes cũ plebe eius. Hebraica veritas hẽt: Lætamini Gentes uel exultate Gẽtes cũ plebe eius. Quæ quidem autoritas ad literam intelligitur de vocatione Gentium, prout ibidẽ fuit plene expoſitum in additione ſuper illud verbum: Laudate Gentes. uide ibi.

### REPLICA.

In ca.xv. Bur. culpare Apoſtolũ nõ ueretur quaſi falſam fecerit allegationẽ, dicendo: Et iterũ Iſa. ait Lætamini Gẽtes cũ plebe eius. Dicit n. Bur. q illa allegata autoritas nõ eſt in Iſa. ſed Deu.xxxij. Hic cõtra Bur. pręſumptionẽ dico duo. Primum q Bur. male emẽdat allegatũ Apoſtoli, qa qd allegat Deut. nõ cõſonat intẽtiõi Apoſtoli ſm verba, nec ſm ſenſum. Patet primũ, qa nõ hr ibi: Lætamini Gẽtes: ſed habetur: Laudate gẽtes populum eius. Patet ſm q nõ correſpõdet illa litera intentioni Apoſtoli: quia ibi aſſignatur pro cauſa dicti uindicta cũ ſubditur: Quia ſanguinem ſeruorum ſuorũ ulciſcetur. Hic autẽ cauſa dicti, Apoſtoli non eſt uita, ſed gratia: quia uocatio Iudæorũ & Gentiliũ. Vnde pro cã lætitiæ Gentis cum plebe Apoſtolus antecedenter dixit. Propter ueritatem. ſ.promiſſionum, vocauit Deus Iudæos per plebem ſignificatos. & per miſericordiam uocauit Gentiles per Gentes ſignificatos. Propterea, inquit Apoſtolus: Confitebor tibi in Gentibus, &c. Et iterum: Lætamini Gentes cum plebe. ſ. ratione talis uocationis non uindictæ, quæ deſcribitur Deut.xxxij. Non eſt igitur multum mirandũ, q Bur. Poſtillatorem inuadit, qui Apoſtolo nõ pepercit. Cõtra igitur pſumptionẽ eiuſdẽ Bur. dico ſcdo q Apls recte Iſa. allegat: qa Iſa.xxxv. habetur ſenſus, quẽ hic vult Apoſtolus: quãuis in alijs uerbis. Ait.n.Iſa. de lætitia deſertæ Iudeę & ſolitudinis. i. Gentilitatis, prout exponit hic Poſtil. & Bur. ibi eũ nõ reprehendit. Et cã huius lætitiæ eſt, ut ibi dicitur, congregatio gentis & plebis in unã eccleſiam Chriſti: & ſic illud ca. in ſenſu conſonat hic Apoſtolo.

* laborãtẽ
† miniſterium hoc meum, qd exhibeo,
D
accept um ſit.
†refocil-ler

## GLOS. ORD. CAP. XVI.

Commendo au.u. Amon multos proponit, quibus credere debeant Romani. Q. Ita facite vt dixi. hos autem imitamini.
b *Phœbem ſ.* Phębe ditiſſima & nobiliſſima mulier fuit, quæ eccleſiam in loco Cenchris ſua ſubſtãtia ſuſtentabat. Ea uero tũc tpis pro aliquo negocio Romam profecta eſt, per quam forſan hanc miſit epiſtolam. Vel.
*Suſcipiatis*

## NIC. DE LYRA. CAP. XVI.

Commendo au.vo. *Poſtquã Apoſtolus inſtruxit Romanos in moribus uerbo prædicationis, hic conſequenter idem facit exemplo imitationis, proponens eis quaſdam perſonas imitabiles. Et diuiditur in duas: quia primo proponit exempla ad imitandum. ſecundo, ad perſeuerandum, ibi: Salutat uos. Prima in duas, quia primo proponit imitanda. ſecundo uitanda, ut oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcant. ſecuuda ibi, Rogo autem vos. Prima adhuc in duas, quia primo nominat perſonas ſibi familiares. ſecundo, cõmunes, ibi, Salutate Appellẽ. Prima in tres, quia primo nominat perſonas ſibi familiares ratione beneficij. ſecundo, ratione meriti, ibi, Salutate Ephenetum. tertio, ratione conſortij, ibi, Salutate Ampliatũ. Prima adhuc in duas: quia primo ſalutat perſonas ſibi familiares ratione beneficij ſibi & alijs facti communiter. ſecundo, ſibi ſpecialiter, ibi: Salutate Priſcam. Circa primum dicit:* Commendo. *id eſt commendabilem ſcribo.*
Diuiſio
b Phębem ſoro.noſ. *ſ.religione Chriſtianitatis, non cognatione carnis.*
¶ Quę

## CAP. XVI.

¶Commendabilem oſtendo.
a Ommendo autem
b vobis Phœbem ſo-
¶In fide.
rorem † noſtram,
† meam



a *Suſcipiatis digne ſa.* Vt alii codices ha
A bent i. valde honeſte & honorifice.
b *Aquil.* Vir Priſcillæ: qui coadiutores Pauli, Romam ad confirmationẽ eorum venerant. Sic & omnes alii quos ſalutat.
†Chriſto c *Eccleſiæ Gen.* Quia hi laborãt ad profectum Gentium exhortantes fidem Chriſti, qui etiam pericula p Apoſtolo pati non recuſauerunt. vnde Romani eis obedire debent.
d *Appellẽ.* Per tentationes inuictus eſt fidelis in Chriſto: etſi nõ ſuus amicus, uel particeps operis.
e *Ariſtobo.* Solebat cõgregare fratres in Chriſto, quos ſalutat adeo probans factum illius.
f *Ex Nar.* Narciſſus dicit̃ fuiſſe presbyter, qui peregrinando cõfirmabat ſanctos, qui quia præſens tũc non aderat, ſuos ſalutat: & quia nõ oĩm illorũ merita nouerat, diſcernit, ſubdens: *qui ſunt in do.* id eſt eos, quos dignos uideritis.
†congregationem. g *Laborauit.* Labor hic, de quo crebrius Apoſtolus eſt in exhortatione & in miniſterio ſanctorum, & in preſſura & in egeſtate propter Deum.
h *Et ma.eius & me.* Pro ſanctitate eius uocat ſuam matrem, cuius filium præpoſuit pro eccleſiaſtico officio.
† erga nos i *Et o.* Omnes, quibus ſcribit, & quos nominat, iubet ſe ſalutare inuicem in oſculo ſancto i.in pace Chriſti, ut religioſa ſint oſcula non carnalia.
*Chriſti*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Quæ eſt in miniſte. eccleſiæ. quæ eſt Cen. *eſt.n. Cenchris portus maris prope Corinthum, vbi iſta Phœbe eccleſiam ædificauerat, & ibi Dei miniſtros ſuis ſumptibus ſu-*
B *ſtentabat.*
b Vt eam ſu. *erat.n. profectura ad curiam Cæſaris pro ſuis negocijs, eo q illa prouincia erat ſubiecta Romanis, & per eam ſcripſit epiſtolam hanc Apoſtolus, vt innuit gloſſa: Hier. tamẽ dicit, q Apoſtolus miſit eam per Timothæum, ad quod concordandum poteſt dici, q Timotheus iuit in ſocietate huius dominę & ambo fuerunt in legatione. vel quia Apoſtolus ſcripturam ſuam duplicauit propter pericula maris, & vnam miſit per Phębem, aliam per Timotheum.*
† familiaribus. c Digne ſan. *id eſt vt decet ſanctos.*
d Et aſ.ei. *quia inter conuerſos ad fidem Romæ aliqui erãt de familia Imperatoris. unde Phil.vlt.d. dicitur: Salutant uos, qui ſunt de Cęſaris domo.*
e Etenim ip.aſti. *adiuuando & miniſtrando mihi & alijs beneficia.*
f Salutate Priſ. *hic conſequenter nominat perſonas imitabiles & ſibi familiares ratione beneficij ſui impenſi di.* Salutate Priſcam & Aqui. *erat autem Priſca vxor Aquilæ Iudei, cui præponit eam Apoſtolus. quia prius credidit, & ordo gratiæ præponendus eſt ordini naturæ, uel quia erat magis famoſa.*
g Adiuto. me. *hoc habetur Act.xviij. ubi hæc mulier nominatur Priſcilla ſicut Iohanna & Iohannita dicitur.n. q Paulus manſit*
Act.18.c *cum eis in Corintho cum fuiſſent expulſi de Roma per Claudium Imperatorem & cum eodem Paulo inde receſſerunt mota ſeditio-*
†Mercuriũ *ne contra Paulum a Iudæis.*
h Qui pro anima mea, *id eſt pro uita mea ſeruanda.*
i Suas cer.ſup. *exponendo ſe periculo mortis: Nec hoc fecerunt contra ordinem charitatis: quia ſciebant vitam Pauli magis neceſſariam eccleſiæ propter quod eam ſuæ propriæ vitæ præponebant ex magna charitate.*
k Quibus non ſolum gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ Gentium. *qui fuerunt pro communi utilitate eccleſiæ.*
Et do-

quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ a
¶Pro.
a eſt in Cenchris, vt eam ſuſcipiatis in b
a ¶Vt dignum eſt ſanctos ſuſcipere, vel ſuſcipi. b ¶Vobis. c ¶Auxiliemini.
†domino digne ſanctis: & aſſiſtatis c d
ei quocunque negocio veſtri indi-
guerit. Etenim ipſa quoque aſtitit e
a ¶Quæ & Priſcilla in Actibus apoſtolorum appellatur.
multis & mihiipſi. Salutate Priſcam f
a ¶In prædicatione Chriſti.
b & Aquilã adiutores meos in Chri- g
a ¶i.uita. ¶Liberanda.
ſto Ieſu (qui pro animã mea ſuas h i
a ¶Miniſtrando mihi. b ¶Gladio.
ceruices ſuppoſuerunt: quibus non k
ſolum ego gratias ago, ſed & cun-
a ¶Salutate.
c ctæ eccleſiæ Gentium) et domeſti- l
¶i.familiam.
cam eorum † eccleſiam. Salutate m
a ¶Qui impenſius laborauit ad exhortationem eorum.
Ephenetum dilectum mihi, qui eſt n
a ¶Qui primus regenerauit in Chriſto.
primitiuus eccleſiæ Aſiæ in Chriſto
a ¶Quæ impenſius laborauit ad exhortationem eorum.
Ieſu. Salutate Mariam, quæ multũ o p
a ¶Quia diſcordiam pertulit ad Apoſtolum.
laborauit in † vobis. Salutate An- q
a ¶Quia Iudæi.
dronicum & Iuliam cognatos et cõ-
a ¶Cauſa fidei captiuitatem paſſi. b ¶Augu. quia quandiu ſumus in corpore, peregrinamur a Deo, & per hoc concaptiui.
captiuos meos, qui ſunt †nobiles in r
a ¶Prædicatoribus.
apoſtolis, qui & ante me fuerunt in s
a ¶In fide Chriſti.
b ¶Iſte amicus erat Apoſtolo in domino & non concaptiuus.
Chriſto Ieſu. Salutate Ampliatum t
dilectiſſimũ mihi in domino. Saluta
a ¶In Exhortatione fidei. ¶Operis participem.
b ¶Mihi & alijs.
te Vrbanum adiutorem noſtrum in
a ¶Qui amicus meus proprius, etſi non coadiutor. i. particeps operis.
Chriſto Ieſu, & Stachin dilectum
a ¶i.probatum.
d meum. Salutate Appellẽ †probum u
in Chriſto. Salutate eos, qui ſunt ex x
e Ariſtoboli †domo. Salutate Herodi- y
onem cognatũ meum. Salutate eos z
f qui ſunt ex Narciſſi domo, qui ſunt
in domino. Salutate Triphenam & a
a ¶In miniſterio ſanctorum & anguſtijs.
Triphoſam, quæ laborant in domi-
no. Salutate Perſidem chariſſimam
a ¶Plus prædictis. b ¶In miniſterio ſanctorum vel anguſtiis.
g meam, quæ multum laborauit in b
Domino. Salutate Rufum in Domi c
a ¶Quia promotus ad res domini agendas. ſ. ad ſacerdotium. b ¶Carne.
h no electum, & matrem eius & d e
a ¶Beneficijs. b ¶Simul ſalutat, quos ſciebat iunctos in Chriſtiana amicitia.
meam. Salutate Aſincretum, Phle- f
gontem, Hermam, Patrobam,
† Hermeu & qui cum eis ſunt fra-
a ¶Et hi ſimul unanimes erant.
tres. Salutate Philologum & Iu- g
liam & Nereum, & ſororem eius,
i & Olympiadem, & omnes, qui cũ
¶Omnes.
eis ſunt, ſanctos. Salutate inui- h
¶In pace Chriſti.
cem in oſculo ſancto. Salutant vos i

l Et domeſtic.eo.ec. *i.congregationem eorum fidelium in domo eorum.* C
m Salutate Ephe. *hic conſequenter exprimit perſonas ſibi familiares ratione meriti, & primò ratione fidei qualis fuit Ephenetus, de quo ſubditur:*
n Qui eſt primi. Aſiæ. *i.primo regeneratus in Chriſto: & ſic fuit exemplar aliorum ad credendum: & quia homo literatus erat, Romam iuerat ad alios inſtruendum. ſecundo ratione meriti in operatione, ibi:*
o Salutate Mar. *erat.n.ciuis Romana laborans ad communem pacem conuerſorum ad fidem, ideo ſubditur:*
p Quæ mul.la.in vo. *vnde & ipſa diſſenſionem orientem inter eos, eo q Iudæi præferebãt ſe Gentilibus & ecõuerſo: vt dictum eſt, ſupra denũciauit Apoſtolo tanquam ei qui poſſet prodeſſe & uellet. tertio ratione meriti in prædicatione di.*
q Salutate An. & Iu. *erant n. Iudæi natione, & forte de tribu Apoſtoli: & multas tribulationes ſuſtinuerunt ſicut ipſe p noĩe Xpi.*
r Qui ſunt nob. *erant.n. de lxx. Chriſti diſcipulis ideo ſubditur:*
ſ Qui & an.me fuerunt in Chr. *quia prius uocati ab eo.*
t Salutate Am. *hic conſequenter nominat perſonas ſibi familiares ratione conſortij. & nominat hic tres, ſed non exprimit vbi aſſociauerunt eum. patet litera.*
u Salutate App. *Hic cõſequenter proponit exẽpla perſonarũ minus ſibi ſpecialium. & primo qũtũ ad exẽpla in fide. ſcdo in bona operatione, ibi: Salutate Triphenã. tertiò quãtũ ad exẽpla cõcordiæ, ibi: Salutate Aſincretũ. Circa primum ponit quatuor exempla de fide. primum eſt pro ea viriliter pugnando, cũ dicit,* Salutate Ap.pro.in.Chri. *i.probatum in fide Chriſti per tribulationum tolerãtiam. ſecundum eſt fideles congregando d.*
Diuiſio
†inſignes inter apoſtolos
x Salutate eos, qui ſunt ex Ari. do. *fecerat.n. iſte domum ad fideles pauperes congregandum, & in iſta ſalutatione principaliter intelligitur tanquam principalis in domo. tertium eſt in fide proficiendo dicens.* D
y Salutate He.co.me. *natione et religione. quartũ eſt cõgregatos in fide ſolidãdo dicens,*
z Salutate eos, qui ſunt ex Nar. do. *Iſte Narciſſus fuit quidam presbyter diſcurrẽs per ciuitates & loca confirmando credentes in fide, & fideles pauperes recipiebat hoſpitio, & ſic ſalutat eos cum ipſo, vel ut hic dicit gloſſa, tunc erat abſens pro cõfirmatione fidelium, propter quod Apoſtolus non nominat ipſum, ſed illos de domo ſua.*
†probatũ
a Salutate Tri. *Hic cõſequẽter ponit exẽpla operationis bonæ. & primo, in adminiſtratione bonorũ corporaliũ, et nominat hic tres matronas, quæ talia exercebãt. erat.n.conſuetudo apud matronas deuotas hoc facere, ut patet in Actibus, & in alijs legẽdis pluribus ſanctorũ. verumtamen quia tertia alias duas in hoc opere pcellebat & ideo dicitur de ipſa.*
b Quæ mul.la. in do. *i. amore Domini.*
c Salutate Ru. *hic conſequenter ponit exẽpla bonę operationis. & primo in adminiſtratione bonorũ ſpiritualiũ di.* Salut. Ru. *q erat ſacerdos promptus ad diuina miniſtranda.*
d Et matrem eius. *carnalem.*
e Et meam *ſpiritualem.*
f Salutate Aſi. *hic ponit exemple concordię nominans plures habitantes & concordes charitate ad aliorum imitationem: et eadem ratione ſalutat ſequentes di.*
g Salutate Philo. *hic conſequenter oſtendit qualiter ſe debent habere ad alias fideles perſonas, quas non nominauerat di.*
h Salutate in. *Iſte modus erat recipiendi fideles in primitiua eccleſia in ſignum concordiæ & charitatis. & bene dicit:*
i In oſ ſan. *ad excludẽdũ oſculũ adulatoriũ, quo Abſa. oſculabatur populũ. Et oſculum ſimulatorium, quo Ioab oſculatus fuit Amaſam.*
Oſculũ multiplex
2.Reg.
§ ſan. Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Chriſti.* Quæ in Chriſto confidunt,non in alia re.
E b *Vel ut ob.*pſeudo apoſtolos tangit quos in tota epiſtola cauē dos eſſe monet.
c *Veſtra c.obe.*Ideo moneo uitare,quia veſtra fides & obediētia ubiq; laudatur,quia eſtis in capite mundi, & ſic exēplo veſtro iam poſſent alii corrumpi. Vel rogo uitare, quia leuiter obeditis, quod bonum eſt & inde gaudeo, ſed uolo ut ſitis ſapientes in bono diſcernendo,& ſine aliqua parte mali.
d *Deus au.pa.*Vos ſitis ſapientes, Deus autem *conte. Sa.* i. falſos prædicatores, uel quemlibet uobis aduerſantem hominem vel diabolum.
†contra e *Sub pe* Vt caput.i.primos motus ſuggeſtionum contemnatis, ſicut Euæ in figura eccleſiæ dictum eſt.
f *Gratia.* Gratiam, quam promiſit in
† Phil.1.d aduentu ſuo,iam optat eis.
g *Salutat vos.* Tot & tāti cōgaudēt ueſtro cœpto,& iō pſeuerare uos decet.
h *Et vni.*Et ſupra dixerat omnes eccleſias, ſed hic dicit eccleſiam alterius prouinciæ, vnde Caius erat.
i *Ei au.qui po.*Sic ego moneo.Ei aūt q pōt uos cōfirmare,ſit gloria,a quo ſo-
†ſimpliciū lo oīa.In quo epiſtolę notaī ſumma.
k *Secundum re.my.* Myſterium dicit in-
†omni loco carnationem Chriſti,&c.quæ æternis temporibus erant abſcondita, quia licet ex aliqua parte antiquis patribus fuiſſent cognita, plene tamen a nullo fuerunt ſcita, quouſq; ſuo tempore p
† ſynceros ipſum Chriſtum ſunt reuelata.*Scrip.p.* ab eo reſeratis,teſtimonium dantibus huic prædicationi. *Patefac.* in cunctis Gentibus ad obediendum.i. ut obediant fidei bene operando.*Taciti* alijs, ſed cogniti ſoli Deo, quia etſi ſit modo hominibus reuelatum ,tamen ſoli Deo cognitū eſt,quia ſolus nouit cur
F ita factum eſt. In quo reprimit inquiſitores,q q̄runt, Cur tātū diſtulit Deus? Cur tot Gentes perire permiſit?
l *Aeterni Dei.* Solus Deus proprie eternus dicit.q a ſine initio,& ſine fine:Nō ſic ignis ęternus,q licet ſine fine,initiū
*Aeternitas vera* tū hēt.Illa eſt ergo uera æternitas,quę eſt uera immortalitas, Hęc eſt illa ſūma incōmutabilitas, quā ſolus Deus habet,

a ¶Horum locorum. b ¶Hos ſalutate & imitamini, ſed hos vitate.
a omnes eccleſiæ Chriſti. Rogo au- a
¶Diſcernatis.
b tem uos fratres , vt obſeruetis eos
¶Qui faciumt uos diſſentire & offendere inuicem.
qui diſſenſiones & offendicula, b c
a ¶Euntes. ¶Quia de lege ardebant,& cogebant credentes Iudaizare.
† prætēr doctrinam , quam vos di-
¶A veris.
diciſtis, faciunt, & declinate ab il-
¶Et debetis declinare.
lis. † Huiuſcemodi enim Chriſto
a ¶Noſtro. b ¶Alijs enim adulantur,alijs detrahunt,vt ventrem ſuum implere poſſint.
dōmino non ſeruiunt , ſed ſuo
a ¶Compoſitis enim verbis ſuam traditionem commendabant,quibus ſimplicium corda decipiebant.
ventri , & per † dulces ſermones
& benedictiones ſeducunt corda d
c † innocentium . Veſtra enim obe- e
¶Facultas obedientiæ veſtræ.
dientia in † omnem locum diuul- f
gata eſt. Gaudeo igitur in vobis. g
¶Et ſecure. a ¶i.vt ſitis. ¶Diſcernendo.
Sed volo vos ſapientes eſſe in bo- h
a ¶Sine ipſius aliqua parte.
d no , & † ſimplices in mālo . Deus i k
¶Dator.
autem pacis conterat Sathanam l
a ¶Vt uos lædere non valeat. b ¶i.in aduentu meo.
e ſub pēdibus veſtris † velōciter.
a ¶Quod ut fiat.
f Grātia Domini noſtri Ieſu Chriſti
¶Sit. ¶Sic. ¶Quaſi his eſtis curæ.
g vobiſcum . Salutat vos Timotheus m
¶Quaſi coepiſcopus.
frater , & adiutor meus , & Lu- n o
a ¶Genere vel fide.
cius & Iaſon & Soſipater cōgna- p
a ¶Notarius apoſtoli,cui conceſſit ſub ſuo nomine ſalutare. ¶Nomine,non numero.
ti mei . Saluto vos ego tertiūs , qui q
ſcripſi epiſtolam hanc in Domi-
a ¶Hic eſt, cui ſcripſit Iohannes in epiſtola canonica gaudens,quia fratribus ſumptus miniſtrabat.
no . Salutat vos Cāius hoſpes me- r
h us , & vniuerſa eccleſia in Domi- ſ
a ¶Ab archos:quaſi princeps, vel potius ab arce arcarius, diſpenſator ciuitatis.
no . Salutat vos Eraſtus † arcariūs t
a ¶Athenienſium. b ¶Proprium nomen.
ciuitātis , & Quārtus frater . u x
¶Ita ſalutant iſti uel & ego ipſe, ¶Vel ita hi prædicti ſalutant vos,& ego ipſe ſubſcribo propria manu.
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti
¶Sit. ¶Deo trinitati.
i cum omnibus vobis , amen. Ei au- y
¶In fide perfecta.
tem , qui potens eſt vos confirma-
a ¶A quo non diſcordat prædicatio Chriſti. b ¶Secundū, quod euangelium & prædicatio eſt.
re iuxta euangelium meum , ēt z a
k prædicatīonem Ieſu Chriſti,ſecun- b c
a ¶Id eſt ſecundum id,quod reuelatum eſt mihi de occulto Dei conſilio ab æterno tacito.Vel reuelat ipſum myſterium.
dum reuēlationem myſterrij tēpo- d
¶Per ſpiritumſanctum.
ribus ęternis taciti,quod nunc pate e
¶Reſeratas.
factum eſt per ſcripturas propheta- f
a ¶Qui ab æterno hoc ordinauit.Non eſt fictum.
l rum, ſecundum præceptum ætēr- g

xiiij.b.*Innocens credit omni uerbo.*
e Veſtra.n.*Hic conſequenter hortatur eos ratione ſumpta ex parte ipſorum:quia Romani dominabantur toti mundo.& ideo bona exempla eorum deferebantur ad omnes partes orbis per nuncios de Roma uenietes, propter quod fideles Romæ manentes magis debebant declinare doctrinam & conſortia malorum,ut bonum exemplum darent alijs per mundum.ideo dicit.*Veſtra au.obe.*in fide euangelij.*
f In omnem locum di. eſt.*modo dicto.*
g Gaudeo igitur in vo.*eo quòd bonitas ueſtra redundat in alias partes.*
h Sed uo.uos ſa. eſſe in bo.*ſcilicet cognoſcendo & operando.*
i Et ſi.in ma.*ſ.operādo,nō in cognoſcendo: quia cognitio mali ut euitetur, non ſolum eſt bona, ſed etiam neceſſaria ad ſalutem.*
k Deus au. *Hic cōſequēter adiūgit auxiliū ſuæ orationis:et primo in euitandis malis di.* Deus au.pa,*ſcilicet autor & conſeruator.*
l Conterat Sa.*i.aduerſarium noſtrę ſalutis, & ſecundo in bonis conſequendis. ideo ſubditur:Gratia Domini,&c.*
m Saluta.*Supra poſuit Apoſtolus exempla ad imitādum in bono, hic ponit conſequēter exēpla ad perſeuerādū in bono eorū incepto: oſtēdēs, q multi ualētes de eorū bono gaudebant:p p quod magis perſeuerare debebant. Dicit igitur:*Sa.uos Ti.*Epheſiorū epiſcopus.* †blandiloquentiā,& aſſentationem
n Adiutor meus. *in p̄dicatione euangelij.*
o Et Lu. *q fuit comes Apoſtoli indiuidu⁹:ut dicit Hier.Et patet ex Actibus apoſtolorū.*
p Et Ia.& Soſipa ce.*i.natione Iudæi:de quibus habetur in Actibus.*
q Saluto uos ego ter.*Non eſt hic Tertius nomen numerale,ſed nomen perſonale notarij Pauli,de cuius licentia iſte poſuit nomen ſuum in ſalutatione.*
r Salutat vos Caius.*Corinthiorum epiſcopus,cui Iohannes ſcripſit epiſtolam: qui prædicatores euangelij recipiebat. & ideo Paulus quando ibat illuc,ad ipſum declinabat.* † breui.
ſ Et uniuerſa ec.*regimini Caij ſubiecta.*
t Salutat uos Era.ar.ci.*i.princeps eius: Et ſic dictus ab archos,quod eſt princeps.Vel aliter & forte melius arcarius dicitur, quia cuſtos erat publicæ arcæ,ubi ſcripta & acta ciuitatis reponebantur uel vectigalia.* H
u Et Quar.fr. *Non ſanguine ſed fidei religione, & eſt hic Quartus nomen perſonale.*
x Gratia d.*hoc dicitur ad cōfirmādū p̄dicta.*
y Ei au. *Hæc eſt vltima pars epiſtolæ.ſ.eius cōcluſio,q̄ diuiſa fuit cōtra proœmiū et narrationē a principio,in qua concludit Apoſtolus epiſtolā ſuā & diuinarū gratiarum actionē.& hoc cōcludit ex duobus.ſ.quia vocatio ad fidē eſt p ipſum & eius cōfirmatio, & ex hoc,q myſteriū Xpi noſtris t pibus reuelauit, qd ab antiquis t pibus fuit deſideratū,& ante t pa ſoli Deo cognitū.Dicit igitur.* Ei āt q po.eſt uos cō. *ſ. Deo vni & trino,ſit ſupple honor & gloria. Qd hic accipitur ex fine huius partis iterū cōſtruatur cū ſequētibus alijs.* *Diuiſio* †quæſtor ærarius
z Iuxta eu.meū.*i.per prædicationem: quod tamen eſt Chriſti, vt actoris: ideo ſubditur:*
a Et.*pro id eſt.*
b Prædicationem Ieſu Chriſti.*quem prædico autorem euangelij.*
c Secundum reue.myſt.*i.ſacri ſecreti redemptionis noſtræ, quod eſt in euangelio reſeratum. ppter quod Septuaginta interpretes, ubi Iſa.ix.d,habet noſtra tranſlatio:Et uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi princeps pacis: ſic tranſtulerunt: Et uocabitur nomen eius magni conſilij angelus.*
d Temporibus æter.*m hominibus,Deo tamen cogniti. Dicitur autem æternis temporibus,quia æternitas, qua menſuratur cognitio diuina,nō apprehenditur a nobis, niſi per comparationem ad tempus infinitum.*
e Quod nūc pat.eſt.*ſ. tempore nouæ legis.*
f Per ſcri.pro. *Apoſtolis reſeratas,Luc.vl.*

NIC. DE LYRA.

¶ *ſam.Et oſculum proditorium,quo Iudas oſculatus fuit dominum.Et oſculum impudicū de muliere adultera:Apprehēſumq; deoſculabatur iuuenem,&c.* †totius eccleſiæ 2.Reg.20.e Matt.26.g Prou.7.b
a Rogo autem.u.*Poſtquam Apoſtolus propoſuit imitanda, hic conſequenter proponit euitanda.Et diuiditur in duas,quia primo ponit ſuam exhortationem.ſecundo, ſubiungit ſuam orationem ibi:Deus autem pacis.Prima adhuc in duas, quia primo ponit exhortationem ratione ſumpta ex parte euitationis.ſecundo ex parte deuitantium.ibi:Veſtra aūt obediētia.Circa primū dicit:*Ro.au.u.f. ut ob.e.*diligenter conſiderando & euitādo.* *Diuiſio*
b Qui d.*i.declinationes a rectitudine fidei.*
c Et of.præ.do. *præbēdo alijs occaſionē ruinæ. Hoc aūt faciebant pſeudo apoſtoli, quos Apoſtolus monet euitare . Et conſequenter oſtenditur qualiter poſſint cognoſci, quia malū nō euitatur niſi cognitum. & hoc oſtendit ex tribus.ſ ex fine,quia prædicant & docent propter bonum utile & delectabile . ideo dicit:Huiuſcemodi.n.Chriſto domino noſtro nō ſeruiunt,ſed ſuo uentri. Secundo ex modo loquendi, quia uitia maiorum palpant & eis adulantur.ideo dicit:Et per dulces ſermones & benedictiones , &c. Tertio ex eis,quibus loquuntur.ideo dicitur:*
d Seducunt cor.*id eſt quia ſimplices primo decipiuntur, qui talibus facilius acquieſcunt . Et dicuntur hic innocentes,non a puritate conſcientiæ, ſed a defectu induſtriæ, ſicut Prouerb.* xiiij.b.*Inno-*

g.*Aperuit illis ſenſum,ut intelligerent ſcripturas.*
g Secundum præceptum æterni Dei. *id eſt ſecundum ordinem eius,* ¶ *quia*



habet,quod immutari oīno nō pōt. Aliud eſt.n.aliqd nō mu
A tari,cū poſſit mutari,aliud āt nō poſſe,prius mutari. Sic ergo hō dr̄ bonus,nō tū ſicut Deus,de quo dcm̄ eſt:Nemo bonus
Luc.18.d niſi ſolus Deus.Sic hō dr̄ immortalis aīa, non tū ſicut Deus
1.Tim.6.c de quo dictū eſt.Solus hēt immortalitatē.Sic & homo dicit ſapiēs , non tū ſicut Deus,de quo dcm̄ eſt : Soli Deo ſapiēti:Sic dr̄ ignis æternus, nō tū ſicut Deus:cuius ſolius imor
†Patefacti talitas ipſa eſt vera æternitas.
a *Soli ſa.Deo.* Hic error qbuſ-
†ſup.11.d dā ſurrepit arbitrātibus ſolū patrē hic ſignificari & ipſum ſolū uere ſapientē eē,cū tū nō ſit dictū,Soli ſapiēti pr̄i,ſed, ſoli ſapiēti Deo:& Deus vnus ipſa trinitas:vt ſic ītelligam⁹ ſolū Deū ſapiētē,ſicut ītelligimus ſolū Deū potētē,i.pr̄em & filiū & ſpm̄ſctm̄:q eſt vnus & ſolus Deus,cui ſoli ſeruire iubemur. Si tū dixiſſet Apoſtolus: Soli ſapiēti pr̄i.Non tamen ſic
Cap.2.e ſepararet filiū uel ſpiritūſanctum.Sicut in Apoca. de filio legitur , qui habet nomen ſcriptum , quod nemo ſcit niſi ipſe. Nec ideo tamen dicitur pater neſcire hoc nomen, a quo & filius inſeparabilis. Sicut ergo ſcit pater, quod nemo ſcire dictus eſt,niſi filius,quia inſeparabiles ſunt pater & filius, ſic ēt ſi dictum eſſet,ſoli ſapienti patri, ſimul intelligi deberet & filius & ſpiritusſanctus,quia inſeparabiles ſunt.
b *Cui ho.*Si auferas, cui, abſoluta eſt lectio . Beatus Auguſtinus dicit apponi,& tractat quomodo debeat accipi Au. Qđ additur:Cui gloria,cum ſufficeret ei gloria , inuſitata noſtræ linguę locutio eſt,non ſenſus ambiguus.Idem eſt dicere inuſitato ordine verborum,ei gloria p Ieſum Chriſtum, cui gloria.Quod eſt vſitato ordine , ei gloria , cui per Ieſum Chriſtum gloria . Per Chriſtum eſt gloria patri i. clara cum laude noticia , quia per eum innotuit hominibus Deus trinitas , quod eſt myſterium. C

a ¶Vt obediant. b ¶Bene operando.
ni Dei, & † obediēntiam fidēi, in cunctis Gentibus a
a ¶Myſterii dico. b ¶Patefactum.
a † cōgniti ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum, b c d
a ¶Deo ſoli vel Chriſto. b ¶A nobis. ¶In ſe.
b † Cui honōr & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. e f g

NIC. DE LYRA.

¶ *quia æternaliter d.ſpoſuit fienda in tempore.* †obeditionem
a Et ob.f.in cum.Gen.*i.vt cunctæ Gentes obediant fidei.*
b Co.ſo.ſa.Deo *Hoc refertur ad illud quod prædicitur temporibus æternis tacitum .* †honor &
c Per Ie.Chriſtum.*qui eſt mediator noſter ad reducendum nos in Deū*
d Cui.*ſ.Chriſto.*
e Honor.*qui eſt reuerentia in teſtimonium virtutis exhibita . In Chriſto enim homine ſunt omnes virtutes & chariſmata.*
f Et gloria.*quæ eſt honor exhibitus alicui coram multis.Honor autem exhibetur Chriſto homini coram ſanctis & angelis.*
g In ſecula ſeculorum,amen. *id eſt æternaliter, cuius æternę gloriæ nos participes faciat,qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum,Amen.*

In ca.xvj.vbi dicitur in Poſtilla,Temporibus æternis tacitum.

ADDITIO.

Dicitur autem myſterium Chriſti temporibus ęternis tacitum. Nam licet ex aliqua parte antiquis patribus fuit cognitum, tamen plene a nullo erat præſcitum , quouſque ſuo tempore per ipſum Chriſtum fuit reuelatum,& per ſcripturas prophetarum ab eo reſeratas teſtificatum,vt in glo.

## *Prologus in epiſtolam primam ad Corinthios incipit.*

EPiſtola prima ad Corinthios multas cauſas diuerſasque complectitur. Quarum partem relatione fratrum cognouit Apoſtolus.Partim ipſorum Corinthiorum ſunt literis indicatæ.Nonnullas uero pro officij ſui cura , aut ordinat, aut emendat, & uarijs curationibus medetur,diuerſa infirmitate languentibus. Nam apud eos primum curatur diſſenſionis uitium,quod multi pſeudo apoſtolorum intulerunt unitatem ſcindentes eccleſiæ,ut pro
†Infr.1.c prii nominis facerent ſectatores:quod his exprobrat uerbis Apoſtolus: †Hoc autem dico,quod unuſquiſque ueſtrum dicit:Ego quidem ſum Pauli,ego autem Apollo, ego uero Cephæ,ego autem Chriſti . Et ob
B hoc quidem horum ſe dicit facere nominum mentionem, ut multo magis erubeſcant id ſe facere ſub falſorum apoſtolorum nominibus: quod etiam ſi ſub Pauli & Petri fieret nomine, diſpliceret.Secnnda cauſa eius inducitur, qui paternæ oblitus reuerentiæ uxorem ſibi non erubuit facere de nouerca. Quod facinus licet fornicationem appellauerit Apoſtolus,tamen ita condemnauit, ut in ultionem facti autorem talis operis diabolo iudicauerit deputandum,impoſita iudiciorum & litium tertia quęſtione. Quarto loco matrimoniorum iura tractantur his. Quinto loco uirginitatis conſilium uelut è uicino coniungitur. Sexto loco de eſcarum licentia diſputatur. Septimo atque octauo loco de attondendo uiris,& mulieribus uelando capite,ac ſacramentorum communione præcipitur.Nono loco æmulatio,quæ diuerſitate donorum ſpiritualium naſcebatur,ſub exemplo membrorum & corporis caſtigatur. Decimo reſurrectionis ſpes multis & argumentis & rationibus approbatur. Vltimo de colligendis ad neceſſitatem ſanctorum nomine charitatis cura,uel ædificatio cultui imponitur.Interſeruntur his pauca,quæ aut,ut quibuſdam uidetur , pendent ex ſuperioribus,aut habent,licet proprias tamen,paruulas actiones. D

### *Incipit expoſitio argumenti epiſtolæ primæ ad Corint.*

COrin.ſ.*Ach.*hi ab ipſo Apl̄o Paulo ɔuerſi ſunt: q p̄cepto dn̄i admonitus reſedit apud Corinthios p annū vnū & mēſes ſex,docēs iter eos verbū dei:ſđ poſt p pſeudo m̄ltifarie ſubuerſi , vt de baptiſtis ſe iactarēt, vnitatem tatē eccl̄ię ſcidētes,& ſacr̄orū virtutē & vſū ex miſtrorū meritis iudicarent, vel contēpto Apl̄o de ſapiētib.ſecti. Sūt & al̄a capl̄a ī ſuis locis notāda . De hmōi ſcribit eis apl̄s a ſchiſmatib.illos reuocās ad vnitatē Huic epl̄ę ſicut & aliis ſalutatiōē p̄ſcribit , & nomē ſuū qđ celebre erat oīb.gētib. p̄pōit, vt magr̄i nr̄e audito acqeſcāt correctiōī.Et qa eis uiluerat,appōit dignitatis nōē, vt ē Apl̄s,& ſ̄hūilitatis,ut ſe.

### *Incipit argumentum.*

COrinthij ſunt Achaici , & hi ſimiliter ab Apoſtolo audierūt uerbum ueritatis, & ſubuerſi ſunt multifarie a falſis apoſtolis . Quidam a philoſophiæ uerboſa eloquentia, alii ſecta legis Iudaicæ inducti ſunt. Hos reuocat Apoſtolus ad ueram fidem & euangelicam ſapientiam , ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum diſcipulum ſuum.

### *Incipit epiſtola Pauli prima ad Corinthios.*

CAPVT I.

a ¶A deo vel hominibus. ¶Electus.
b ¶Dei voluntate miſſus ad prædicandum Gentibus ad Chriſtum.
PAulus uocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti

CAP. I.

PAulo. Id eſt ab oībus priuilegio nominis dictus, *Apo. Ieſu Chri.* Hic non ſeruum ſe nominat, quia potius erat opus autoritate & cōmēdatione cōtra ſuperbiā Corinthiorū,apud quos uiluerat.

*Et Soſthenes*

Poſtilla Nicolai de Ly. ſuper epiſto. Pauli ad Corinthios.

CAP. I.

PAulus uo. Apoſtolus. *Hic incipit ſecunda pars epiſtolarum Pauli apoſtoli,in qua incipit ſcribere Græce , In præcedenti enim epiſtola præſcripſerat Romanis Latine. Et diuiditur in* ¶ *duas par-*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et ſ.* Ecce p cũ q ĩter eos verſabaĩ, culpas eorũ reſciſſe inuit
b *Fra.* Per hoc remouet, quod non malo animo ei notificauerit, ſed ex charitate & deſiderio correctionis.
c *Cu ō.* & omnib. ſcribit ſuffraganeis Corinthi, qui eiſdem vicijs laborabant.
d *Gratia.* Primum proponit de bonis, vt his alij conformentur.
e *Et do. Ieſu Chriſto.* Quia a pr̃e perſona li quidẽ proprietate diſtinctus eſt, ſed vnus cũ ipſo vnitate ſubſtantiæ Deus
f *Deo m.* Oĩm qdẽ Deus eſt poteſtate qua creat. Sed eorũ propric Deus dr̃, qui eum diligunt, tenẽt, poſſidẽt, qui illum colunt, quibus ſubuenit. *Deus meus quare*
g *In om.* Supponit partes aliquas in oĩ verbo. i. in oĩ genere linguarũ, vel in omni modo prædicandi. i minoribus mediocribus, & perfectis.
h *Sicut te.* i. ita verbũ & ſciam teneatis ſicut ego p̃dicaui & teſtimonio ꝓphetarũ cõfirmaui. Vel qa firmiter fidẽ q̃ p̃dicaui tenetis, oĩb. donis repleti eſtis
i *Obſecro.* His laudatis inuitat alios ad horum ſimilitudinem.

*Cloes.*

a ¶Quod non illi, veſtri pſeudo. ¶Non per iram. b ¶Hic dicitur Apoſtolo de eis nunciaſſe.

a per uoluntatem Dei, & Soſthenes a b

a Non hominum vt uos facitis. ¶Determinat cui ſcribat.

b frater eccleſiæ Dei, quæ eſt Corin- c d

a ¶In baptiſmo per Chriſtum, non homines.

thi, ſanctificatis † in Chriſto Ieſu

a ¶Qui vocati per prædicationem, deinde ſancti facti ſint, vel præelectis a Deo, vt ſancti ſint, ita vt nihil ab homine.

c uocatis ſanctis, cum omnibus, qui e f

a ¶Quod vere dum ſerui. vnde, Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum in ve. b ¶Non aliud ab eo. c ¶Quod uere inuocat, dum ab eo credunt regi & ſaluari.

inuocant nomen domini noſtri

a ¶Mihi primitus commiſſo. b ¶Corinthiorum.

Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum g

a ¶Stantibus vt maneat, lapſis ut redeant. b ¶Mentis tranquillitas.

d & noſtro. Gratia uobis & pax a Deo h i k l m

a ¶Ne vnio putetur perſonæ.

e patre noſtro & domino Ieſu Chri-

a ¶Corde, lingua, opere. b ¶A quo omnia credo eſſe, non ab hominibus.

f ſto. † Gratias ago Deo meo ſemper n o

a ¶Dum conſidero gratiam. i. dona Chriſti. ¶Non aliunde,

pro uobis † in gratia Dei, quę data eſt p q

¶Donis.

g uobis in Chriſto Ieſu, quia in omni- r s t u x

¶In Chriſto, non in homine.

bus diuites facti eſtis in illo in omni

a ¶Intellectu ſcripturarum. b ¶I. quæ de eiuſdem teſtimonio prophetarum prædicaui.

h uerbo & in omni ſcientia, † ſicut te- y z

ſtimonium Chriſti cõfirmatum eſt a

a ¶Diuites. b ¶Quod neceſſe ſit, & ſi non omnia habent quæ apoſtoli.

in uobis, ita ut † nihil uobis deſit in b

a ¶Spirituſſancti. b ¶Cum deſiderio, quia certi inde & parati. c ¶Viſionem, quæ poſt mortem uel in die iudicii, quam impii timent.

ulla gratia expectantibus reuelatio c

a ¶In qua expectatione non deficiatis, ipſe eſt enim.

nem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui d

¶Cuiuſque.

& cõfirmabit uos uſque in finem † ſi

a ¶Et ſi non ſine peccato. b ¶Cum cuique poſt mortem manifeſtatur, uel confirmabit uos ſemper meante euntes in illum diem.

ne crimine, in die aduentus dñi no- e

a ¶Confirmabit quia. ¶I. uerus in promiſſis.

ſtri Ieſu Chriſti. † Fidelis Deus, p quẽ f

a ¶Qui aduerſos uocauit, iam facilius conuerſos confirmabit. ¶Non modo apoſtolorum uel angelorum, ſed

uocati eſtis in ſocietatẽ filii eius do-

i mini noſtri Ieſu Chriſti. Obſecro aũt g

p Pro uobis. *ſicut pro filiis chariſſimis.*
q In gratia. Dei, quæ data eſt uobis. *id eſt propter gratiam vobis datam.*
r In Chriſto Ieſu. *i. a plenitudine gratiæ eius ſecundum quod dicitur Iohannis primo b. De plenitudine eius omnes accepimus.*
s Quia in omnibus. *ſcilicet pertinentibus ad ſalutem.* † per Chriſtũ Ieſum
t Diuites facti e. *i. abundantes.*
o In illo. *i. per illum.*
x In omni uerbo. *Quia linguis omnibus loquebantur, tunc enim baptizatis per impoſitionem manuum apoſtolorum dabatur donum linguarum, ut patet in Actibus in pluribus locis. Vel, dicit, In omni uerbo, quia abundabant verbis doctrinæ, ſed quia uerbum non profertur nec ordinatur niſi procedat ex habitu ſcientiæ, ideo ſubditur,*
y In omni ſcientia. *id eſt intelligentia ſcripturarum ad ſalutem pertinentium. Hoc tamen intelligendum eſt de maioribus illius eccleſiæ, ad quos ſpectabat docere.*
z Sicut teſtimonium Chriſti. *i. ſecundum concordiam ad eius euangelium, quod ſupple.*
a Confirmatum eſt in uobis. *Id eſt firmiter radicatum, aliter non eſſet recta ſcientia, ſi a Chriſti teſtimonio diſcordaret.*
b Ita ut nihil uobis deſit in ulla gratia. *Et in hoc oſtendit gratiæ perfectionem.* † quibus in bus, vel, quemadmodum.
c Expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti. *In die iudicii, quæ reuelatio bonos faciet beatos in re, ſed expectatio huius reuelationis facit eos beatos in ſpe Iſa. xxx. d. Beati omnes qui expectant eum. Et ideo de tali expectatione Corinthiorum Apoſtolus gratias agit Deo, & quod hæc expectatio non ſit vana. ſed eſt auxilio Dei firma. Ideo ſubdit:* H
d Qui & confirmabit uos uſque in finem ſine crimine. *i. ſine peccato mortali, quia peccatum veniale non poteſt etiam a perfectis omnino uitari.* † inculpatos
e In die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. *Hoc dicit, quia qui ſine crimine in die mortis inuenitur, in die iudicii ſine crimine præſentabitur, & prædicta confirmat per fidelitatem Dei dicens,* † aduentus
f Fidelis Deus per quem uocati eſtis. *ſcilicet ad fidem. Et ſic non deficiet nobis auxiliando, ut perueniatis ad gloriam. Sed poteſt hic quæri, quomodo Apoſtolus de Corinthus tanta dicat præmia, cum ſtatim poſtea ſubdat, quod inter eos erant ſchiſmata. Ad quod dicendum, quod illa ſchiſmata non erant communia. ſed erant ibi multi boni & literati ac charitate cõiuncti, in quibus uerificabatur uerbum Apoſtoli. vnde dicitur, quod infra aliqui Corinthiorum dicebant, Ego autem ſum Chriſti. Et iſti non faciebant contentionem propter baptiſtas, quia totam efficaciam baptiſmi Chriſto attribuebant.*
g Obſecro autem. *Hic conſequenter Apoſtolus incipit eos inſtruere. Et diuiditur in duas partes, quia primo inſtruit eos de ſacramentis. Secundo de quibuſdam aliis decimoſexto capitu. Circa primum ſciendum quod in ſacramentis tria ſunt, ſcilicet ipſum ſacramentum, & res ſignata & contenta quæ eſt gratia & res ſignata & non contenta, quæ eſt reſurrectionis gloria. Et ideo primo agit de ſacramentis. Secundo de gratiis duodecimo capi. Tertio de gloria reſurrectionis, decimoquinto capi. Prima adhuc in tres, quia primo agit de pertinentibus ad ſacramentum baptiſmi, & cum hoc de modo docendi, eo quod ſcribitur Marci ultimo d. Docete omnes Gentes, baptizantes eos, &c. Secundo agit de ſacramento matrimonii quinto capi. Tertio de ſacramento euchariſtiæ, octauo cap. Circa primum ſciendum, quod inter Corinthios erat diſſenſio propter Baptiſtas & doctores: quia baptizati ab uno apoſtolo præferebant ſe baptizatis ab alio, quaſi baptiſmus haberet efficaciam a miniſtro. Aliqui etiam doctrinam philoſophorum uerbis ornatam reputabant magis efficacem doctrina apoſtolorum talibus carente.* Diuiſio. In ſacramentis tria ſunt

## NIC. DE LYRA.

† Infr. 14. d ¶ *duas par. qa primo deſcribit aliqb. eccleſiis. Scdo ſpalib. pſonis. Scda pars ĩcipit ĩ prima epiſtola ad Timotheũ. Prima diuiditur ĩ ſex partes ſcdm numerũ eccleſiarũ: q̃ patebunt proſequẽdo dño cocedẽte. Circa primũ conſiderandũ, q. Apoſtolus in epiſtola p̃cedẽti cõmendauerat gratiã Dei, per quam Iudæi & Gentiles in vna ſunt eccleſia cõiuncti, & p quã dẽnt charitatiue adinuicẽ colligari. Gratia confertur in eccleſiæ ſacramẽtis, & ideo poſt epiſtolam ad Romanos, in qua ſit ſermo de Chriſti gratia, conuenienter ponuntur epiſtolæ ad Corinthios, in quib. epiſtolis eos inſtruit de ipſis ſacramentis. Et diuiditur in duas partes ſecundum duas epiſtolas. In prima Apoſtolus inſtruit Corinthios de eccleſiæ ſacramentis. In ſecunda, de ſacramentorum miniſtris. In hac autem epiſtola primo præmittit Apoſtolus ſalutationem. Secundo, proſequitur ſuam intentionem, ibi, Gratias ago. In ſalutatione vero tria ponit. Primum eſt perſona ſalutantis, dicens,* Paulus uocatus apoſtolus. *Ratio vero huius nominis Pauli & modus ſuæ vocationis ad apoſtolatum ponuntur ſupra.* † De gratia Diuiſio. † non deſtituamini in vllo dono. F. Roma 1.

a Per uoluntatem Dei. *Scilicet per voluntatẽ beneplaciti. mali vero prælati ſunt p eius voluntatẽ digni. quæ dicitur permiſſio inquantum a Deo permittuntur in tali officio.* † Infr. 10. c 1. Teſſ. 5. d
b Et Soſthenes fra. *Hunc autẽ Apoſtolus ſecũ ponit in ſalutatione, quia detulerat ad eum defectus Corinthiorũ, tanquam ad eum qui prodeſſe poterat & uolebat, & ne Corinthii crederent ipſum Soſthenem hoc feciſſe non ex charitate, ſed alia cauſa, ideo Apoſtolus poſuit ipſum in ſalutatione Corinthiorum, tanquam optãtẽ ſalutẽ eorũ ut per hoc oſtenderet quod Soſthenes charitate fraterna motus detulerat ad ipſum defectus Chorinthiorũ. Secũdo ponit perſonas ſalutatas, dicẽs:*
c Eccleſiæ Dei. *i. congregationi fidelium.*
d Quæ eſt Corinthi. *quantum ad fideles in ciuitate habitantes.*
e Voca. ſan. *qa per gratiã diuinæ vocationis uenerãt ad ſanctitatem.*
f Cum omnibus qui inuocant nomen domini no. Ieſu Chriſti. *quantum ad fideles habitantes non ſolum in ciuitate, ſed etiam in tota diœceſi. Ideo ſubditur:*
g In omni loco ipſorum. *ſubiecto iuriſdictioni epiſcopi, & aliorum illius eccleſiæ miniſtrorum.*
h Et noſtro, *Per hoc. n. q. ſubiiciebãtur epiſcopo ciuitatis, nõ erant exẽpti a ptãte Apoſtoli. Tertio ponit bona ſalutaria & optata, dicens.*
i Gratia uo. *In præſenti.*
k Et p. *i. gloria in futuro, in qua pax perficitur, quia appetitus ibi terminatur ſiue quietatur, veruntamen quia hæc bona ſunt a Deo ſolo ſicut ab actore. Ideo ſubditur.*
l A Deo patre noſtro. *Quia eſt pater omnium per creationem, ſed fidelium tantum per gratiæ adoptionem.*
m Et domino Ieſu Chriſto. *Qui eſt mediator noſtræ ſalutis.*
n Gratias ago. *Hic conſequenter proſequitur Apoſtolus ſuam intentionem ſeu tractatum epiſtolarem, in qua Apoſtolus primo gratias agit de bonis Corinthiorum, ut libentius accipiant eius correctionem. Secundo procedit ad eorum inſtructionem, ibi: Obſecro autem uos. Circa primum dicit,* Gratias ago Deo meo. *Licet enim ſit Deus omnium, tamen dicitur ſpecialiter Deus bonorum per fidem & deuotionem.* G
o Semper. *id eſt in omnibus horis mihi ad orandum congruis & deputatis.*

¶ *Et ideo*



a *Cloes.* Nomen loci vel perſonæ. Aliquibus enim videtur locus eſſe, ac ſi diceretur: ab his qui ſunt Antiochiæ. Aliquibus autem fœmina fuiſſe videtur Deo deuota cum qua multi eſſent colentes Deum. A
b *Hoc au. di.* Hic contra baptiſtas agere incipit, de quibus illi gloriabantur.
c *Ego qui.* Sub ſuo nomine & apoſtolorum notat pſeudo, ne ſi diceret in nomine ipſius vel illius, videretur eis inuidere, & ſibi velle attribuere. Vel ſi non in nomine maiorum nec minorum.
Mat. 16. c d *Ego uero Ceph. c.* Petrus dicitur in figura Chriſtiani populi à petra Chriſto: Tu es Petrus, a petra, quam confeſſus es: & ſuper hanc petram. i. ſuper me, non ſuper te. Non. n. dicuntur Petri, ſed Chriſti, ne eſſet ſpes in homine, & ne eſſent tot baptiſmi quot ſerui. Miniſterium baptizandi dedit ſuis ſeruis Chriſtus, poteſtatem autem retinuit ſibi: quam ſi vellet poterat ſeruis ſuis dare, vt tanta vis eſſet in baptiſmo ſerui, quantam vim habet baptiſmus à domino datus: & ideo non differt, ſiue bonus ſiue malus, cui contingit miniſterium baptizandi, baptizet. Inde ẽt nemo dicit, baptiſmus meus, cum dicat: euangelium meum, prudẽtia mea, gloria mea: licet hæc ſint à Deo, in quibus differentia eſt. In his enim alius alio doctior, & alius alio melius operatur. In baptiſmate autẽ alius alio magis minuſvè baptizatus, ſiue ab inferiore, ſiue à maiore baptizetur, dici non poteſt. † integrum corpus, eadem mẽte. † a familia. ib. Cloes.
e *Diui. eſt.* ſecundũ vos *Chri.* quaſi multos facitis Chriſtos. i. datores gratiarum. Vel qui operatur idem in omnibus, diuiſus eſt, dum creditur in iſto plus operari: in illo minus. Vel quia hoc dicitis: modo à vobis diuiſus eſt Chriſtus. i. ſeparatus. B
f *Num. P. c. eſt.* Per hoc verum quod tenebant, facit erubeſcere de falſis: ſicut per Chriſti reſurrectionem, quam credebant, probat reſurrectionem mortuorum, quam negabant.

*Sed*

a ¶Alios.

uos fratres per nomen domini no- a b

a ¶Si multis eſſe eius, a quo nominamini Chriſti. b ¶Quod prædicti dicunt. c ¶Oris confeſſione, & interius habeatis in corde.

ſtri Ieſu Chriſti, ut † idipſum dicatis c

a ¶Diuiſiones.

omnes, & nõ ſint in uobis † ſchiſmata

a ¶Sed. b ¶In eadem uoluntate, qua prædicti.

ta. Sitis autem † perfecti in eodẽ ſen- d

a ¶Et in eadem intelligentia, ita & perfecti ſitis. b ¶Hoc ideo dico, quia.

ſu, & in eadẽ ſcientia. Significatum e f

¶Literis. a ¶Tamen.

eſt enim mihi de uobis fratres mei

a ¶Locus eſt, uel qui ſunt illius matronæ. b ¶Hoc ſ. c ¶De diſciplina dominica.

a † ab his, qui ſunt Cloes, quia conten- g

b tiones ſunt inter uos. Hoc autem h

a ¶Non ſolum contentiones, ſed & uerba, quæ dicitis.

dico, quod unuſquiſque ueſtrum di- i

a ¶Q. Alius hoc dicit, alius illud. b ¶I. a Paulo baptizatus.

c cit: Ego quidem ſum Pauli, ego au-

a ¶Hoc eſt quaſi idololatra. b ¶Hoc bene illi, quales ſupra laudauit, qui oſtium habent fidei.

d tem Apollo, ego uero Cephæ, ego

e autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus. k

a ¶Sed. b ¶Vt ſit uobis autor ſalutis.

f Nunquid Paulus crucifixus eſt pro l

a ¶I. q. peccata dimittere. b ¶In inuocatione nominis Pauli.

uobis, aut in nomine Pauli baptiza- m

¶Quis de baptiſtis gloriamini. ¶De hoc.

ti eſtis? Gratias ago Deo meo, quod n

¶Contendentium.

neminem ueſtrum baptizaui, niſi

a ¶Qui non ſunt de contentione veſtra. b ¶Non ideo hoc dico, quin bonum ſit baptizare, ſed ne quis.

Criſpum & Caium: ne quis dicat,

a ¶De quo magis gloriaremini.

quod in nomine meo † baptizati ſitis.

a ¶Non ſolum illos. b ¶Matronæ. c ¶Familiam, quæ non eſt de contentione.

Baptizaui aũt & Stephanæ domum. o

¶Qui ſit de contentioſis.

Cęterũ neſcio, ſi quem aliũ ueſtrum p

*ctũ in Grecia. cuius quędam pars eſt Achaia, in qua eſt Corinthus, vt baptizaretur in hac forma, ſ. baptizatur ſeruus Ieſu Chriſti &c. Sed ceſſãte errore eccleſia cõiter baptizauit ſub hac forma: Ego baptizo te ĩ nomine patris & c. ĩ qua mulius exprimitur forma baptiſmi a Chriſto tradita, Matthæi vltimo. d. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & c. quia in forma eccleſiæ exprimitur perſona baptizantis miniſterialiter cum dicitur: Ego te baptizo, ut uidentur uerba Chriſti ſonare.* C
k Diuiſus eſt Chriſtus. *Hic conſequenter Apoſtolus ponit rationem ſuæ monitionis. ſ. quod diſſenſiones non debent eſſe inter eos. Et primo oſtẽdit hoc in baptiſmo. Secũdo, in doctrinę verbo, ibi: Nõ in ſapiẽtia verbi. Prima adhuc in duas, quia primo ponit ſuæ monitionis rationẽ. Scđo excludit a ſe ſuſpicionẽ, ibi, Gratias ago Deo meo. Circa primũ dicit:* Diuiſus eſt Chriſtus. *q. d. videtur ſequi ex verbis veſtris, qui maiorem efficaciam vnius baptiſmo, quam baptiſmo alterius attribuitis, quia ſolus Chriſtus baptizat interius, ut dictũ eſt, & iõ ſi baptiſmatib. plurium varias uirtutes attribuitis, ſequitur, quod Chriſtus ſit diuiſus, aliter operando in baptiſmatibus a diuerſis miniſtris. Et ad maiorẽ intelligentiam ſciẽdũ, q. Chriſtus in baptiſmo duplicẽ habet virtutẽ ꝓpriã. Vna ẽ diuina, qua cum patre & ſpũſctõ mũdat interius a pctõ Et hæc poteſtas nulli creaturæ cõicari potuit, ſicut nec deitas. Alia cõpetit ei ſcđm naturã humanam quæ dicitur ptãs excellentiæ in ſacramentis. Et conſiſtit in quatuor. Primum eſt, q. ſolus Chriſtus inſtituit ſacramẽta. Secundũ, q. effectũ ſacramenti, qui eſt character, potuit conferre ſine ſacramẽto. Si ãt de gratia, quæ eſt effectus ſacramẽti, loquimur, datur a ſolo Deo principaliter, a Chriſto uero homine miniſterialiter tantum, tamen principalius cæteris miniſtris, quia eſt inſtrumẽtũ deitati cõiũctũ. Tertiũ ẽ, q. uirtus paſſionis eius operatur in baptiſmo & in aliis ſacramẽtis. Quartũ, q. ad eius inuocationẽ ſacramẽta cõferuntur. Hãc autem ptãtẽ excellentiæ maxime q̃tũ ad hoc vltimũ potuit miniſtris cõferre. ſ. q. in eorũ nominibus conferretur baptiſmus, ſed tamẽ cõicare noluit, ne ſchiſma fieret ĩ eccleſia. ſ. q. tot baptiſmata crederẽtur quot miniſtri. Propterqđ ſubditur* † idem Diuiſio † diſſidia Poteſtas excellentiæ ſacramentorũ in quatuor D † baptizauerim
l Nunquid Paulus cruci. eſt pro uo. *q. d. nõ, quia baptiſmus nõ hẽt efficaciã a paſſiõe alicuius ſancti, niſi ſolius Chriſti, pp quod eius efficacia non debet alteri attribui.*
m Aut in nomine Pauli baptizati eſtis? *q. d. non, ſed tantum in nomine Chriſti, quia de Chriſto dicitur, Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Sed contra hoc videtur eſſe illud, quod dicitur Matth. vltimo. d. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpirituſſancti, & ſic non erant homines baptizandi, in nomine ſolius Chriſti ſed in nomine totius trinitatis. Ad quod dicendum, quod in primitiua eccleſia nomen Chriſti erat odioſum multis, procurantibus hoc Iudæis in ſua malicia obſtinatis. propter quod, vt nomen Chriſti amabile & uenerabile redderetur, Apoſtoli baptizabant in nomine Chriſti, ut habetur Act. octauo. Et hoc fecerunt ſpeciali ordinatione ſpirituſſancti: Veruntamen in nomine Chriſti tota trinitas intelligitur: quia Chriſtus idem eſt quod vnctus. & ſic intelligitur pater vngens, & ſpirituſſanctus, qui eſt ipſa vnctio. Poſtquam autem nomen Chriſti factum eſt magnum & celebre in Gentibus, eccleſia utitur forma a Chriſto inſtituta, baptizando in nomine patris & filii & ſpirituſſancti. Tamen illi, qui ſic etiam baptizantur, in nomine Chriſti baptizantur, quod nomen in nomine filii intelligitur. Igitur quia Chriſti nomen & eius paſſio & non alterius conferunt efficaciam baptiſmo, ideo qui hanc efficaciam aliis tribuunt, Chriſtum diuidunt.* Act. 4. b
n Gratias ago. *Hic conſequenter Apoſtolus excludit a ſe ſuſpicionem, ne forte crederent aliqui hanc diuiſionem ex ipſo habuiſſe occaſionem, dicens,* Gratias ago Deo meo, quod neminem ueſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Caium, ne quis dicat, *Paucos enim baptizauerat, & illos ſignanter nominat, quia de illis non erant, qui illam diuiſionem faciebant.*
o Baptizaui autem & Stephanæ domum. *i. eius familiam.*
Maledicimur, & benedicimus, per- v
a ¶Tormenta. b ¶Patienter.

ſequutionem patimur, & ſuſtine-
a ¶Q. magi, malefici. b ¶Deum pro illis vel eos ne blaſphement nos.

mus. Blaſphemamur, & obſecra- x
a ¶De quibus mundus inquinetur & abiectus purgetur.

m mus. Tanquam purgamenta huius y
a ¶Reputati. b ¶Purgamentum ferri uel pomi: & quidquid de quolibet materia vt purgatio reddatur, abijcitur.

mundi facti ſumus omnium † peri z
a ¶Continue, vſq; ad hoc tempus. b ¶Et ſi dixero uos inſia. &c. Non. c ¶I. erubeſcentiam faciam vobis.

n pſema uſq; adhuc. † Non vt confun a
a ¶Pro quibus tot paſſus ſum.

dā vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos b
a ¶Filij, Nam ego pater.

chariſſimos moneo. Nam ſi † decē
¶Finitum pro infinito poſuit. a ¶Eruditorum, qui non genuerunt.

o millia pædagogorum habeatis in
¶Tantum. a ¶Qui genuiſſent.

Chriſto, ſed non multos patres.
a ¶In fide Chriſti, non in me.

p Nam in Chriſto Ieſu per euange-
a ¶Tantum. b ¶Quia genui, ergo ex debito Ro.

lium ego vos genui. † Rogo ergo c
a ¶Non pſeudo.

vos fratres, imitatores mei eſtote,
a ¶Vt imitemini me.

ſicut & ego Chriſti. Ideo miſi ad d e
a ¶Per hunc creditur miſſa epiſtola. ¶In fide.

vos Timotheum, qui eſt filius meus

*vel alterum contemnendo.*

C d Quis. n. te. di. *i. facit te eleuari ſup alios per ſuperbiā. Etſi dicatur hoc eſt p p aliquā gratiā ſpecialē ſciæ vel facūdię: hoc excludit.*

e Quid autem ha. quod non ac. *q.d. nihil. quia totum eſt à Deo. ideo concludit:*

f Quid gl. quaſi non ac. *q.d. Non eſt occaſio ſuperbiendi, ſed magis humiliandi. vnde dicit Greg. Tantò eſſe humilior & ad ſeruiendum Deo promptior quiſq; debet ex munere, quanto obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddenda ratione. ideo ſubditur:*

Hom. 31. in euang. to. 2. · † diiudicat · † De pę. d. 2. Apoſtol.

g Iā ſa. e. *i. repleti doctrina fidei. Ironice loquitur, vt oſtēdat p̄ſumptionē eorū deriſibilē.*

h Iā di. fa. e. *in chariſmatibus ſpiritualibus.*

i Sine no. re. *i. in ſtatu perfectionis eſtis ſecundum æſtimationem veſtram.*

k Et vri. re. *ſecundum veritatem. hoc autem dicit, ut oſtendat ſe charitatiue eos arguere.*

l Puto e. *Hic aſſignat cauſam quare contemnebantur apoſtoli veri. ſ. pter miſerias quas ſuſtinebant in præſenti de bonis tēporalibus non curantes. ideo dicit:* Puto.n. *i. putare me cogitis, hanc eſſe veſtram æſtimationem.*

†regnū adepti eſtis.

m Quod Deus nos apo. no. *abiectos.*

n Oſtendit tan. mor. de. *i. morte dignos ſecundum hominum iudicium. ideo ſubditur:*

o Quia ſp. fa. ſu. mū. *Ad videndū.n. occiſionem & perſequutionem fidelium in primitiua eccleſia cōueniebāt multi, diuerſimode tamen moti. quia mundani hoīes veniebant ad contēnendū eos & perſequendū. io dicit.* Mū do. *Angeli etiā aliquādo apparebant ad eos conſolandū & roborandū. ideo dicit:* Et ang. *& aliquæ perſonæ deuotæ conueniebant ad compatiendū, & exemplū patientiæ accipiēdum de quibus ſubditur* Et homini. *Et quia pro talibus apoſtoli veri contemnebantur, vt dictum eſt, ideo ſubdit Apoſtolus.*

†per Chriſtum · *contēpti.

p Nos ſtulti pro. Chr. *ſecundum reputationem veſtram & infidelium.*

q Vſq; in hanc ho. *i. continue a tempore receptionis fidei catholicæ vſq; ad præſens.*

D r Eſurimus, & ſi. *veritatē.n. p̄dicātes & vitia arguētes incurrebāt odiū humanū & ſic patiebantur multiplicē defectū & ēt inſulta.*

ſ Et inſt. *i. non habentes domicilium ſtabile.*

t Et la. ope. ma. no. *ſicut dicitur de Paulo. Aliquādo.n. hoc faciebāt, quia non inueniebant, qui darent eis neceſſaria uitæ: Et aliquando ne grauarent fideles, et aliquando ad dandum fidelibus exemplum vitandi ocium, vt habetur ij. Theſſalo. iij.*

Act. 18.

u Maledicimur & be. *ſcđm doctrinā Xp̄i.*

x Blaſphemamur & ob. *orando pro blaſphemantibus nos, ſecundū dictum Saluatoris Orate pro pſequentibus & calūniātibus uos.*

y Tanquam pur. huius mun. *id eſt immūdiciæ inficientes mundum, quæ ſunt amouendæ. Iudæi enim & Gentiles dicebant mundū infici per vitam & doctrinam apoſtolorum. & per conſequens ipſum debere purgari per mortem eorum.*

Matt. 5. g · † reiectamentum · † 18. q. 1. c. ſic. n. vltra medium. · † innumeros pędagogos

z Omnium peripſema. περίψημα, *id eſt opertura pomi, à peri, quod eſt circum, & pſema, quod eſt figura. Reputabantur.n. apoſtoli remouendi ab hominibus, ſicut opertura a fructu.*

a Non ut confundam. *Hic conſequenter inſiſtit Corinthiorum correctioni. Et primo ſimplici uerbo dicens:* Non ut confundam uos hæc ſcribo. *id eſt non quæro confuſionem veſtram: ſed emendationem ueſtram: quia reputo nos.*

b Filios meos chariſſimos. *quia fundamentum fidei eis annunciauit. Alij vero inſtruxerant eos de quibuſdam minoribus. propter q̄ vocat eos pædagogos, ſe autem patrem eorum. ideo ſubdit:*

† Adhortor · † Ephe. 5. a · Phil. 3. d · Inf. 11. a

c Rogo ergo uos fratres, imitatores mei eſtote, *ſicut boni filij.*

d Sicut & ego Chriſti. *cui obtempero. ſicut e o patri. Secundo corrigit eos nuncio ad hoc idoneo d.*

e Ideo miſi ad vos Ti. *& patet litera. Tertio flagello cōminationis di.*

¶ Tanquam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Si do.vo.* Ideo dicit, vt oſtenderet, q ſi non iret, Deum noluiſſe, cauſa, utiq; indignitatis illorum.

Com.epiſtol. Parme. lib. 3.c.1. poſt prin.to.7. b *In v.r.* Aug. Terroris verba infert, vt inflati humiliarētur, & ſe ppararēt ad recipiendū eū. Abſit aūt vt pij filij dicerēt, Si in virga vēturus es, noli venire. Melius.n.eſt erudiri in virga patris, q perire in blandimento prædonis.

NIC DE LYRA.

a Tanquam non &c. ſic infl. ſ. qui. *contendentes adinuicem, vt ſupra declaratū eſt.*

b Si Dominus voluerit. *hoc addit, quia voluntas diuina eſt in omnibus præſupponenda.*

c Et co.non ſer.eo.qui.in. *i. ſermonem rhetoricum, de quo gloriantur.*

d Sed vir. *in operibus uirtuoſis & miraculoſis. Q. in his quidem ſint impotentes, cum tamen prædicatio euangelij per talia deberet confirmari, vt habetur Mar. vl. d. Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. ideo ſubditur:* Non e. in ſer.

†17. diſt.c. oēm uim.

e Quid vultis? in vir. *i. ad vos corrigendos cum flagello ſi inuenero vos rebelles. Habebat.n. Apoſtolus poteſtatem tradendi tales Sathanæ cruciandos corporaliter ad eorum correctionem, vt habetur infra cap. ſequen.*

f An in cha. & ſpiritu man. *ſi inuenero vos humiles & emendatos ſaltem in parte. per hoc autem, quod dicitur hic:* An in char. *non excluditur charitas a correctione Apoſtoli fienda cum flagello, quia ſi flagellaret, charitatiuè faceret: ſed dicitur ad deſignandum, q correptus acta per flagellum, non ita ſentit dulcedinem charitatis illius, qui corrigit, ſicut ſentiret ſi per uerba conſolatoria hoc faceret. tamen tranſeunte flagello, bene poſtea cognoſcitur charitas flagellantis.*

In ca. iiij. vbi dicitur in Poſtil. Hoc autem fratres transfiguraui in me.

ADDITIO.

Quod dicitur hic: Hoc aūt fratres trāſfigu. &c. ſic videtur exponendum conformiter ad glo. Dixerat.n. Apoſtolus non eſſe gloriandum in miniſtris, a quibus fuerunt edocti. Sed transfigurauit. i. ppoſuit figuram in ſe & Apollo: alios non nominādo ſingulatim, ne maior naſceretur materia diſcordiæ. Nemo.n. audiens nomen ſuum in rixa contentus eſt tacere, ſed tacito nomine audiens de ſe aliquod dictū, quandoq; diſſimulat, & hoc Apoſtolus fecit ad inſtructionem Corinthiorū. ideo dicit: Propter vos, vt in vobis diſcatis non gloriari. Supra quam ſcriptum eſt. ſ. Hier. ix. vbi habetur: q nullus glorietur in ſapiētia ſua, nec fortitudine &c. ſed in dño &c.

¶Bene agendo. ¶In prædicatione.
charißimus & fidelis in dño, q † uos
a ¶Inſtitutiones meas. b ¶Et ideo tenendæ.
cōmonefaciat uias, meas quæ ſunt
a ¶Ego. b ¶Terrarum. c ¶Et ideo autenticæ.
in Chriſto Ieſu, ſicut ubiq; in omni
¶Opus erat mitti, quia.
eccleſia doceo. Tanquam non ventu a
a ¶De philoſophis, quorum terrena gloriantur ſapientia.
rus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidā.
a ¶Poſt commonitionem promittit ſe ire ad illos. b ¶Niſi culpa ueſtra impediemt.
a Veniam autem cito ad uos, ſi dñs uo b
¶Probabo. ¶Humanæ ſapientiæ.
luerit: & cognoſcam non ſermonem c
a ¶Superbia alta ſapiendi & cæteros iudicandi. b ¶In fide & bona operatione.
eorum, qui inflati ſunt, ſed virtutem d
a ¶Q. Ideo non quæram ſermonem, quia. b ¶Cauſa regni Dei.
† Non enim in ſermone eſt regnum
a ¶Q. Non ſermo humanæ ſapientiæ, ſed uirtus eſt cauſa regni Dei. b ¶Vere ueniam, ſed. Quid horum.
b Dei, ſed in uirtute. Quid vultis? in e
a ¶Correctionis, ubi & ſi ſit, non tamen uidetur eſſe charitas. b ¶In manifeſta dilectione, ut bona ſuppleam.
virgā veniam ad vos, an in charitate f
¶Vt parcam peccatis.
& ſpiritu manſuetudinis?

G † vobis in memoriā reducet

GLOS. ORD. CAP. V.

Omnino au. Incipit de fornicatione, et redarguit illū fornicatorē, q uxorē patris tenebat, & eos q eum tolerabāt. Erāt.n. & ipſi cōparticipes dū paterentūrē tā ingētis peccati ſecū icorreptū cōuenire. Nū ſolum ergo illum reum mortis, ſed ēt adhærentes illi non immunes a crimine demonſtrauit.

In epiſt. ad Cor. 1. ca. 5. par. 1. to. 5. b *Vt vx. pa.* Amb. Publice nouercā ſuā loco uxoris habebat nec aliqua tergiuerſatione poterat tegi crimē. Et huius F cā de fornicatione incipit, poſtea mouebit de oī carnali, videlicet & ſpūali.

c *Inflati eſtis.* vento ſuperbiæ, quę pellit miſericordiam, qua ſi unum membrorum patitur, compatiuntur & cætera.

d *In no. do.* Hoc mō iudicaui, vt vos cōgregati in vnū ſine aliqua diſſenſione, qbus mea autoritas & virtus Chriſti cooperabitur, tradatis hmōi Sathanę.

Supra 2. d Pauli magna poteſtas e *Trade. hu. ſa.* Hāc poteſtatē dr habuiſſe, vt dum aliquē a ſtulticia non poſſet amouere, diabolo eū vexādum traderet, quouſq; pniam profitēs a malo deſiſteret. Vel, tradere Sathanæ, eſt ab eccleſia expellere, admonitionē ab illo †24.q.1.c. audiuimus §. in quib. Col. 2. a ſuſpēdere, liberū illi facere ire in interitū carnis. i. facere ſm hoc, qđ expetit caro eius in interitū illū ducēs, Nō āt hoc amaritudine odij, ſed ea intentione, vt repulſio hæc ad reuocandū illū †vt valeat in die dñi. i. ſi qn illius cor uiſitet dñs, ſi qn illi dñs luceat in corde.

Cō. in epiſt. Parm. lib. 3. c. 2. 10. 7. cā. lite. Paul. li. 2. c. 10. 2. ca. Eccl. 31 f 4. Reg. 1. b f *Vt ſpi ſal.* Aug. Sic Apoſtolus nō crudeliter, ſed amabiliter Sathanæ tradit. Sic Moyſes in cultores idolorum paucos quidem iudicauit in præſens terrens, in poſterū diſciplinam ſanciens. Sic & Elias & alij boni, quia ſic & metus aliis incutitur, & ipſis peccatum minuitur. vnde hoc exemplum Elię non reprehēdit Xps ī diſcipulis ſuis: ſed qa odio & nō amore correctionis deſide-

Act. 5. a rabāt vindictā ignis ī eos, q ſibi hoſpitiū nō pbuerūt. ſic & Petrus ī Anania et uxore eius vindicaſſe legit. vel tradit, vt ſpūſſctūs quo conta-

CAP. V.

a ¶Opus eſt uirga, niſi vos corrigatis. ¶i. ab omnibus.
a Omnino auditur in- a
a ¶Qui inflati nec corrigitis. b ¶Res infamis.
ter vos fornicatio, b
¶Eſt illa. ¶Vt graue iſtud oſtenderet peccatum, nec ab his etiā dicit admitti, qui Deum neſciūt.
& talis fornicatio, qualis nec inter
a ¶Hoc publice, ubi teſtibus opus non eſt.
b gentes, ita vt uxorē patris ſui aliquis b c
a ¶Cum tamen ſcelus ſit inter uos, tamen. b ¶Quod magis faciendum eſſet.
c habeat. Et vos inflati eſtis, & non d
a ¶Dolorem pro peccato illius. b ¶Ita.
magis luctum habuiſtis, ut tolla- e
a ¶Quia omnes eſtis participes. b ¶Quod nullo modo tegi poterat.
tur de medio ueſtrum, qui hoc opus
a ¶Vos non tuliſtis, qui præſentes.
fecit. † Ego quidem abſens corpore f g
a ¶Sollicitudine mentis, & prouidens uobis.
præſens autem ſpiritu, iam iudicaui h
a ¶Acſi præſens eſſem.
† tanquā præſens eū, q ſic opatus eſt, i
a ¶Iudicaui inquam. ¶Id eſt uice eius. Vel uos congregati tradatis in nomine Domini: cuius gloria eſt in huiuſmodi iudicio, non pro odio ueſtro.
d in noīe Dñi noſtri Ieſu Chriſti, con- k
gregatis vobis & meo ſpū, cum uir- l
e tute Dñi noſtri Ieſu Chriſti tradere m
a ¶Reum. b ¶Vt corporaliter vexet eum diabolus & ſic ille reſipiſcat.
huiuſmodi ſathanæ in interitum car n
a ¶Communis eccleſiæ. b ¶Iudicij.
f nis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini o p

*primo facit propoſitū. ſecūdo, remouet dubiū, ibi: Scripſi vobis. Prima adhuc in tres, quia primo arguit culpam, ſecundo prædicit pœnam, ibi: Ego quidem: tertio reprehendit culpæ radicem: ibi: Nō eſt bona gloriatio. Circa primū ſciendum, q in propoſito duplex erat culpa. Vna particularis cuiuſdam fornicatoris ignominioſi. & hoc eſt, quod dicitur:* Omnino audi. &c. *Et dicit omnino, quia hoc erat publicū. et talis fornicatio erat tam horrenda, quæ nec inter gentes reputata fuit licita, licet fornicationem ſimplicem licitam reputarent: & quę ſit illa, ſubditur:*

b Ita vt ux. &c. *quod a principio mundi fuit excluſum, tanquam illicitū. p p.n. reuerētiam naturalem quæ debet haberi ad patrē & matrē, iſtæ duæ perſonæ a matrimonio ſēper fuerunt excluſæ, tanquā de dictamine iuris naturalis. Vnde quędā aīalia talē cōcubitū abhorrēt. Sicut dicitur de quodā elephante, q adductus ad matrē, vt per coitū eius cū ea haberētur fœtus: talē coitū omnino renuit. poſtea uero reductus ad matrē opertā pallio in parte anteriori, coiuit cū ea: quā poſtea diſcoopertā cognoſcēs interfecit ductorem ſuū. Eſt aūt elephas inter alia animalia multum diſciplinabile, vt dicit Philoſophus. Erat autem circa hoc alia culpa communis. ſ. illorum, qui debebant hoc corrigere & negligebant. & quantum ad hoc ſubditur:*

H

9. de hiſto. anim. c. 16.

c Et vos in. &c. *ex cōtētionibus.n. quas habebāt inter ſe, hanc correctionē ſicut & alia charitatis opa facere negligebāt. iō ſubditur:*

d Et nō m. lu. h. *de pctō fratris tollēdo, et ad eius correctionem procedendo. ideo ſubditur:*

e Vt to. &c. *per excommunicationem eius, q hoc opus fecit, ne participes ipſius culpę ſitis*

f Ego qui. *Hic cōſequēter determinat dicti fornicatoris punitionem, di.* Ego qui. *habens autoritatem à domino ſuper vos.*

g Abſens cor. præ. au. ſpi. *i. charitatis affectu. Vel quia ſpiritu ſciebat, quæ agebātur inter Corinthios, ac ſi pſens eſſet. Sicut Eliſęus uidit Giezi accipientem munera à Naamā.*

4. Reg. 5.

h Iam iu. vt præ. *modo dicto.*

i Eum qui ſic operat. *accipiendo uxorem patris ſui.*

k In no. do. *Tum quia omnis congregatio fideliū eſt fiēda in noīe Chriſti. Tū, quia crimina publica, quale iſtud erat, debent in publico puniri.*

l Et meo ſpiritu. *quia notum erat modo prædicto.*

m Tradere. *Sicut.n. Apoſtoli a domino habebant poteſtatem eijciendi dæmones de corporibus obſeſſis, ita habebant poteſtatem tradendi eos dęmonibus affligendos pro enormibus peccatis: ſic et in primitiua eccleſia affligebantur excommunicati. ideo ſubditur:*

n In int. car. *i. eius afflictionem, vt ſic pęniteat pœna docente culpam.*

o Vt ſpiritus ſaluus ſit. *id eſt anima ſaluetur.*

p In die Domini. *id eſt in die mortis uel iudicij extremi. pro eodem. n. die ac*

NIC. DE LYRA. CAP. V.

Diuiſio

Omnino au. *Poſtq̄ Apoſtolus inſtruxit Corinthios de baptiſmo, per quem fit regeneratio ſpūalis: hic conſequenter inſtruit eos de matrimonio, per quod fit debite generatio carnalis. Et diuiditur in duas, quia primo uitium contrarium arguit. ſecundo, de matrimonio inſtruit. c. vij. Prima in duas. Primo arguit vitium fornicationis. ſecūdo, quædam alia uitia, quæ erant in eis ca. ſe. Prima adhuc in duas; quia primo*



quo cōtaminati nudanī, ſaluus ſit eis nō amiſſus ī die iudicii.

A a *Totam maſ.* Participes erant, dum paterentur reum. Sed ſi qs poteſtatem non habet, quem ſcit reum abiicere vel probare non valet, immunis eſt. Et iudicis non eſt ſine accuſatore dānare, ut nec Chriſtus Iudam abiecit.

b *Conſp.* eſt farina per aquā cōglutinata ſine fermēto. i. azyma. vult ergo ut iſti ſint unū qd per dilectionē. puri a corruptione peccati, nouum hoiem induti, ſicut in baptiſmo ſūt ſacti azymi. Zyma Græce, fermentum Latine.

Paſcha c *Paſcha.* Non ſicut quidam æſtimāt Græcū nomē eſt, ſed Hebræū. Opor- †cōſperſio nō fermentat? *itaque tuniſſime tn̄ occurrit in hoc nomine qdam vtrarunq; linguarū congruentia. Quia.n. pati Græce paſchin dicit: ideo Paſcha paſſio putat eſſe. In Hebræa uero lingua Paſcha tranſitus dicitur, quia tunc primū Paſcha celebra Exod. 12. g uit populus Dei, quando ex Aegypto †in fermētati †feſtum celebremus fugientes mare rubrum tranſierunt. Nūc uero figura illa pphetica cōpleta eſt, cū ſicut ouis ad immolandū ductus eſt Chriſtus, cuius ſanguine illinitis poſtibus noſtris. i. frontibus crucis ſigno ſignatis, a pditione huius ſeculi Iſa. 53. c tāquā a captiuitate Aegyptiaca liberamur & ſaluberrimū tranſitū agimus, cum a diabolo tranſimus ad Chriſtū. In epiſt. ad Cor. 1. c. 5. par. 1. to. 5. Ambr. Paſcha immolatio eſt, nō trāſitus, ſicut quibuſdā videtur. prius. n. Paſcha & ſic tranſitus, quia ante exemplum eſt Saluatoris, & ſic ſalus. †panib. fermento carentib. hoc eſt, ſynceritate & veritate.

d *Synceritatis.* Nouæ uitæ, & ueritatis, ſine omni fraude, ut ſynceritas mundam uitam faciat, & ueritas omnem fraudem excludat.

e *Alioquin.* Non poſſent tales Chriſto lucrari, ſi colloquium eorum uitarent & conuiuium, vnde & dominus cum Publicanis, & peccatoribus co- B medebat. Vel alioquin. i. ſi commiſceamini, melius eſſet vobis mori.

f *Nunc autem.* Tunc ſcripſi vobis, & non bene accepiſtis; nunc autem determinate ſcribo.

g *Nominatur.* Aug. Eam nominationē Con. epiſto Parm. li. 3. c. 2. quaſi p tu. om. 7. voluit intelligi Apoſtolus, quæ fit in quēquā cū ſnīa, & ordine iudiciario, atq; integritate profertur. Nā ſi quælibet nominatio ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes, quia ſæpe falſo in quoquam crimina nominantur. Quibus verbis, oſtendit ſatis non temere, †1. q. 1. c. ſi quis inquit in princi. †Dediuor. c. gaudem* & quolibet modo: ſed per iudiciū auferendos eſſe malos ab eccleſiæ coniūctione, aut ſi per iudiciū auferri nō poſſunt, tollerentur potius, ne peruerſe malos euitando quiſq; ab eccleſia diſcedens, eos, quos fugere uidetur, mittat ad gehennam. Vel, *uiſr. n. in.* i. publicatur fornicator &c.

h *Nec ei. ſu.* Vt erubeſcens corrigatur.

i *Ma.* i. fornicatorē illum, quod ſic in- †45. diſ. c. ſed illud †Etiam auferre iſtum qui malus eſt. telligi Greca dictio cogit vel ɔſensū.

a ¶Q. talis forni. inter uos. ¶Quia inter uos eſt talis. ¶Et ſi in aliis boni: Non. b ¶Quia hæc omnia bona præpedit.
noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona a
a ¶Conſenſus huius peccati, uel iſte vnus for. alios exemplo.
gloriatio veſtra. Neſcitis quia modi b
a ¶Omnes contaminat, qui cum poſſint arguere, diſſimulant.
a cum fermētū totam † maſſam cor-
a ¶Quia corrumpit, ergo. ¶Eijciendo illum, qui corrumpit, qui eſt membrum ueteris hominis, & acidus.
rumpit? Expurgate * vetus fermen- c
a ¶i. perſeuerens. b ¶Innouati uirtutibus ſine corruptione peccati.
b tū, ut ſitis noua cōſperſio, ſicut eſtis d
a ¶Facti in baptiſmo. b ¶Ideo puri. c ¶Per quem tranſire habemus de hoc mundo ad promiſſam patriam.
c † azymi. Etenim paſcha noſtrū * im e f
a ¶Quem edere debemus. b ¶Quia aliter non tranſiremus.
molatus eſt Chriſtus. † Itaq; † epule- g
a ¶Corruptione veteri. b ¶Per p..tes.
mur non in fermento veteri, neque h i
a ¶In alium. b ¶In ſe.
in fermento malitię & nequicię, ſed k
a ¶In ſynceritate a uitiis, & in ueritate bonorū operum, quæ per azymos ſignantur. b ¶A uitiis. c ¶Bonorū operum.
d in † azymis ſynceritatis & veritatis. l
a ¶Modo moneo uos ab hoc purgare, ſed & ſine hac admonitione debueratis, quia iam in alia epiſtola ſcripſi.
Scripſi vobis in epiſtola, ne commi m n
a ¶Sic prius iſti intellexerant. b ¶Id eſt Gentibus.
ſceamini fornicarijs. † Non utiq; for o
¶Hæc etiam in illa epiſtola prohibuerat, quæ & modo debent obſeruare. a ¶Sed non Gentilibus.
nicarijs huius mūdi, aut auaris, aut p q
rapacibus, aut idolis ſeruientibus.
a ¶Si præcepiſſem Gentilibus non commiſceri, neceſſe eſſet de mundana conuerſatione uos exire, cum ubiq; tales.
e Alioquin debueratis iam de hoc r
¶Quia non de illis, ergo. Nunc i. in hoc præſenti apparet q.
f mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi ſ
a ¶Fornicarijs,
vobis, nō commiſceri. Si is, qui fra t
a ¶Hoc modo. b ¶Et ſi non ſit. c ¶In his omnibus notat eos.
g ter nominatur inter vos, eſt fornica u
a ¶Nominabilis.
tor, aut auarus, aut idolis ſeruiens,
¶i. detractor. ¶Viu.
aut maledicus, aut ebrioſus, aut ra- x y
a ¶Et alijs ſimilibus. b Nedum orare.
h pax, † cum huiuſmodi nec cibum z
¶De his dico.
ſumere. † Quid enim † mihi de his a
a ¶Extra eccleſiam. b ¶His blandiendum: ſed. ¶In his putredo reſecanda.
qui foris ſunt iudicare? Nonne de b c
a ¶Nomine & profeſſione.
his, qui intus ſunt, uos iudicatis? Nā d e
a ¶Non nobis commiſit.
eos qui foris ſunt, Deus iudicabit.
a ¶Et quia iubeo non comiſceri talibus ideo. b ¶Hominē. c ¶Qui inde inquinamini. d ¶Iidem facti.
i † Auferte malum ex vobis ipſis. f

*filii Iſrael per ſanguinem agni paſchalis ab angelo deuaſtante. Carnes autem illius agni cum azymis panibus comedebantur, quibus ſeptem diebus filij Iſrael utebantur. Et per hoc ſignificabatur, quòd uita populi Chriſtiani debet eſſe ſine fermento mortalis peccati: ideò ſubditur:* C

g Itaq; epule. *Id eſt uitam præſentem tranſeamus.*

h Non in fermento ueteri &c. *id eſt in peccato, quod animam inueteraſcere facit ſpiritualiter.*

i Neq; in fer. ma. & nequi. *per hoc intelligitur peccatum excerpta malicia, & a propoſito factum. Quod contingit dupliciter. Vno modo ex habitu acquiſito ex actibus malis, quod intelligitur per fermentum malitiæ. unde dicitur Pouer. ij. c. Qui lætantur cum maleſe. & exultant in re. peſſimis. Signum enim habitus generati eſt delectatio in opere. ij. Ethicorum. Alio modo ex corruptione naturæ, ſicut aliqui ex malitia complexionis inclinantur ad aliqua, quæ ſecundum ſe ſunt horrenda, ut effuſio ſanguinis humani, uitium contra naturam, maxime cum beſtijs: & hoc uocatur hic fermentum nequitiæ.*

Peccatū ex malitia contingit dupliciter.

Cap. 1.

*pro nobis

k Sed in azymis. *quantum ad puritatem affectus.*

† De cele. miſſ. c. ſi.

l Et veritatis. *quantum ad puritatem intellectus.*

m Scripſi vo. *Hic conſequenter Apoſtolus remouet quod iam dubium: Scripſerat enim Corinthijs in quadam epiſtola, quæ in Canone non habetur, quòd non commiſcerentur fornicarijs: circa quod plures dubitabant credentes, q intelligeret tantum de fornicatione ſpirituali quæ eſt idololatria. ideo Apoſtolus hoc remouet oſtendens, quòd intellexit de omnibus criminoſis generaliter ne inficerentur ex eorum ſocietate. & hoc eſt quod dicit:* Scripſi vo. in e. *alia ab iſta.*

† Ac non omnino

n Ne commiſcemini for. *id eſt cum criminoſis generaliter, qui fornicantur à Deo, propter quod ſubditur:*

o Non utiq; forni. hu. mundi. *qui communiter nominantur ribaldi.*

D

p Aut ra. *qui per uſuram & alias malitias exquiſitas ſubtrahunt bona aliorum. unde dicitur auarus quaſi auidus æris.*

q Aut ra. *qui bona aliorum accipiūt per violentiam. Et per iſta intelliguntur alia crimina, quæ non ſunt hic expreſſa.*

r Alioquin debuer. *q. d. melius eſſet uobis mori, quàm communicare talium operibus malignis.*

ſ Nunc autem ſcri. &c. *q. d. ſic intelligendū eſt dictum meum generaliter. Et applicat magis in ſpecie de ſeparatione a talibus criminoſis dicens:*

t Si is qui fra. n. *i. Chriſtianus: ita q hic accipitur fraternitas religionis. Aliqui libri habent: Supernominatur. i. ſuper nomen perſonæ habet nomen religionis Chriſtianæ: & ſic eſt eadem ſententia.*

†ad me attinet

u Et fornica. *manifeſtus.*

x Aut male. *id eſt blaſphemus.*

y Aut eb. *i. ebrietate aſſuetus: oſus. n. importat plenitudinem. unde uerſus: Oſus plena notat, bundus ſimilat, bilis aptat.*

z Cum huiuſmodi &c. *& ſic uere confundantur, & emendentur.*

NIC. DE LYRA.

¶ *die accipiuntur, quia qualis, quis inuenitur in morte, talis in iudicio præſentabitur.*

a Non eſt b. *hic conſequenter arguit culpæ radicem ſ. contentionē, quā habebant adinuicē: per quā correctionē negligebant: & ſic nō ſolū peccāti, ſed etiā alijs imminebat periculū infectionis: ideo dicit:* Non eſt b. *Ex hoc. n. q nimis gloriabantur de aliquibus miniſtris alios contemnendo, procedebat inter eos contentio, & correctionis omiſſio, et per conſequens periculum infectionis in alijs. ideo ſubditur:*

Fermēti vis duplex. Matt. 13. c

b Quia mo. &c. *Circa quod ſciendū, q in fermento duo ſunt. ſ. ſapor virtualiter inquātū reddit panē ſapidū, & ſic doctrina euāgelica cōparatur fermēto. Aliud eſt corruptio, & ſic comparatur peccato. et hoc modo accipitur hic: quia ex uno peccatore alij inficiuntur. ideo ſubditur:*

c Expurgate uetus &c. *per aſperſionem aquæ baptiſmalis.*

d Sicut eſtis. *id eſt eſſe debetis.*

e Azymi. *i. ſine fermento peccati. Quod declarat per figuram ve. Te. di.*

f Etenim p. &c. *Agnus. n. paſchalis, de quo dicitur Exo. xij. a. figura fuit immolationis Chriſti, per quem liberati ſumus a dæmonis poteſtate ſicut filij*

a Quid enim mihi de his. *id eſt de infidelibus, qui ſunt extra eccleſiā numero & merito.*

b Iudica. *q. d. ad me non pertinet, quia ſunt extra forum eccleſiæ.*

c Nonne de his qui in. *id eſt intra eccleſiam.*

d Vos iu. *id eſt iudicare debetis eorum uitia puniendo.*

e Nam eos, qui fo. ſunt, *Hoc Addit Apoſtolus ne ex hoc, quòd infideles dicuntur hic exempti a iuditio eccleſiæ, crederentur eſſe melioris conditionis. quod falſum eſt: quia per hoc non effugiunt Dei iudicium, quod eſt grauius. ideo concludit ulterius:*

f Auferte malum ex uo. *i. ſeparate malos Chriſtianos per communicationem, ut ſic corrigantur pœna docente culpam.*

In ca. v. vbi dicitur in Poſtil. Quod declarat per figuram ueteris Teſt. dicens. Etenim Paſcha noſtrum.

ADDITIO.

Per hanc figurā agni paſchalis quam allegat Apoſtolus, ſatis oſtēditur, q legalia quæ a pſeudo apoſtolis præcipiebātur obſeruari, imperfecta erant, & nullius ualoris reſpectu rei figuratæ per ea, ſicut expurgare

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E expurgare vetus fermentum ad literam intellectum, & epulari in azymis nullius comparationis eſt in ratione uirtutis reſpectu purgationis a peccato mortali, & tranſeundi vitam præſentem in azymis puritatis & ueritatis: & ſic de aliis contentis in hac figura in qua omnia contenta ſolum literaliter intellecta modicæ ſpiritualitatis & uirtutis ſunt reſpectu rerum figuratarum: & ſic patet quòd adueniente perfectione rei figuratæ euacuari debet figura, quam pſeudo apoſtoli perſuadebant obſeruari. G

## GLOS. ORDIN. CAP. VI.

a Audet ali. Occaſione huiuſmodi iudicii incipit agere de iudiciis, in quibus multis modis peccabãt, quod contẽptis fidelibus infideles iudices adibant, vel ſtultos iudices conſtituebant, & litigabant, & fraudabant, & alia huiuſmodi.

b *Iniquos.* Infideles, iniqui ſunt fidelibus quocunq; modo poſſunt, & leges diuinas aut omnino ſpernunt, aut propter opprimendos bonos falſa expoſitione interpretantur.

c *Quoniam ſancti.* Quia exemplo fidei illorum perfidia huiuſmodi damnabitur.

d *Secularia igi. iu.* Quia dixerat Apoſtolus eos poſſe de his minimis iudicare, determinat, q ad hmõi negocia diſfiniẽda ſint cunſtituẽdi. ſ. cõtẽptibiles, q ſunt in eccleſia. Maiores n ſpũalibus intẽdere dẽnt. Q. Et qa iudicare debetis. *Igitur: Si ſecul. ha. iu. conſt. ad iu. qui ſunt con.* i. aliquos ſapiẽtes, q tñ ſunt minoris meriti. Apoſtoli n p̃dicãdo circũeũtes talibus nõ uacabãt. Augu. ſapiẽtes igitur q in locis cõſiſtebant fideles & ſancti, nõ q hac atq; illac pp euãgeliũ diſcurrebãt, taliũ negociorũ examinatores eſſe voluit. A qbus excuſare nos nõ poſſumus, & ſi velimus. Chriſtũ. n. teſtẽ inuoco, qm̃ mallẽ p ſingulos dies certis horis aliqd manibus operari, & cęteras horas habere liberas ad legendũ & orandũ, vel ad agendũ aliqd de diuinis literis: q̃ tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum pati de negociis ſecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcidendis.

F e *Ad ve.* Terrenas cauſas examinẽt, q exteriorũ rerũ ſapiẽtiã pceperũt. Qui aũt ſpũalibus donis dotati ſunt, terrenis non dẽnt negociis implicari: vt dũ nõ cogũtur inferiora bona diſponere, valeant bonis ſuperioribus deſeruire. Cauendũ eſt tamẽ, vt hi, qui donis ſpiritualibus emicant, nequaquam proximorum infirmãtiũ negocia funditus deſerãt: ſed vel hæc aliis quibus dignũ eſt tractãda committãt, vel p ſe gerant.

f *Iam qui.* Delictũ eſt iudicium habere cõtra alterum: Sed ne excuſes, quod iuſte hoc agas, qa iniuriam pateris, quã iudicii ſnia a te vis remoueri, occurrit: quare nõ magis iniuriã accipitis? Vñ dñs: Qui abſtulerit tua, noli repetere. Et iterũ: Si quis voluerit tunicã tuã tollere, & in iudicio tecũ cõtẽdere, dimitte ei & palliũ. Sed tñ hoc ſm veniam infirmis cõcedit Apoſtolus. Aug. Perfectis igitur licet ſua repetere ſimpliciter. i. ſine cauſa, ſine lite, ſine iudicio: ſed non cõuenit eis inde mouere cãm añ iudicẽ: infirmis vero licet repetere ſua mouẽdo cãm ante iudicẽ, & iudiciũ habẽdo cõtra fratrẽ, ſed nõ cõtentioſe, vel fraudulẽter, nec apud ĩfideles iudices

Lucæ 6. Matt. 5. f — †lites — Quibus licet ſua repetere — †damno afficitis

g *Fratr.* quos iuuare deberetis, & ſic regnum perditis, & peius, quia ſcientes.

h *An ne.* Nota quòd toties repetit: Neſcitis. q. me ſequendo hoc ſcire deberetis, ſed ſequentes pſeudo, ſtulti facti eſtis.

Sed ſancti

## CAP. VI.

a ¶Et cum debetis iudicare de his, qui intus ſunt.

a Audet aliquis veſtrum habens negocium aduerſus

¶Fidelem.

alterũ iudicari apud

¶Infideles. ¶Potius. a ¶Qui Deum timentes iuſtitiam ſeruarent, & legum veritat[em] ſalua charitate, & charitati ſalua ueritate iudicanda deſtruerent.

b iniquos, & non apud ſanctos? An b c

a ¶Debent ne ſancti de huiuſmodi iudicare?

c neſcitis quoniam ſancti de hoc mũ d e

a ¶Qui in errore eſt, quia eſt & alius ſuperior. b ¶Autoritate & poteſtate. c ¶Id eſt per vos.

dõ iudicabũ? Et ſi † in uobis iudica- f g

¶Quia aliquos ſanctos habetis, qui iudicabunt.

bitur mundus, indigni eſtis, qui iudi

¶Iſtis. ¶Q. Non. a ¶Vere de his poteſtis.

cetis de minimis? † Neſcitis quia h

a ¶Apoſtatas, qui digni creati ipſi ſunt, cum iſti fragiles ſtent, & quia impugnantes uicti ſunt. b ¶Damnabiles oſtendemus. c ¶Poterimus iudicare.

angelos iudicabimus, † quanto ma-

a ¶De rebus ſecularibus. b ¶Et cum debetis iudicare.

d gis ſecularia? Secularia igitur iudi- i

a ¶Quia nec habenda, ſed potius contemnenda. b ¶Q. hoc eſt, quod feciſtis uos, unde coacti fratres recurrunt ad illos infideles. ¶Ironia. ¶Ind[i]scretos fideles.

cia ſi habueritis, contemptibiles

qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite k

a ¶Q. non impero, ſed memorat ut uerecundem ui.

e ad iudicandum. Ad verecundiam l

a ¶Vt ita neceſſe ſit ut ſtultos ſtatuatis, & ut potius ſtatuendi, quam ad infideles iudices eatis, ſi deſint ſapientes. ¶Quis adeo.

ueſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem * ſuum. Sed frater

¶Quod malum. ¶Quod peius.

cum fratre iudicio contendit, &

a ¶i. ex hoc ſolo, quod iudicia habetis.

f hoc apud infideles. Iam quidem m

a ¶Peccatum eſt litigare, cum pax debeat eſſe:

omnino delictum eſt in vobis, quòd

a ¶De huiuſmodi. b ¶Quod non decet. ¶Mirum eſt, quod non poteſtis hoc.

† iudicia habetis inter vos. † Quare

¶Apertam uiolentiam.

non magis iniuriam † accipitis?

¶Occultam.

Quare non magis fraudem pati-

¶Dum contenditis.

mini Sed vos magis iniuriam fa-

a ¶Dum iudices corrumpitis donis.

g citis, & † fraudatis, & hoc fratribus.

¶Quilibet. a ¶Ergo nec ſalutẽ, quia nõ eſt ſalus preter regnũ.

h An neſcitis, quia iniqui regnum n o p

a Audet aliquis. *q.d. Male facit, quicunq; veſtrum hoc attentat.*

b Et non ap. ſan. *i. Chriſtianos. Apud eos. n. debet quæri tale iudicium. per hoc. n. quod aliqui recurrebant ad iudices infideles, dabant eis occaſionẽ deprimendi pauperes fideles. per talẽ etiã recurſum videbatur, quòd inter Chriſtianos non eſſet aliquis ſufficiens ad talia iudicandum: quod erat turpe & ignominioſum.*

c An neſci. *q.d. Scire debetis.*

d Quoniam ſancti. *i. fideles perfecti.*

e De hoc mun. iu. *erũt. n. aſſeſſores iudicis. Mat. xix. d. Sedebitis ſuper ſedes iudicãtes &c.*

f Et ſi in vos. *id eſt per uos.*

g Iudicabitur mun. *per conſequens multo magis digni eſtis iudicare huiuſmodi temporalia negocia q̃ ſunt q̃dã minima reſpectiue.*

h Neſcitis quia an. iu. *approbando ſententiam iudicis de punitione malorũ angelorũ, et præmiatione bonorũ quantũ ad præmiũ accidentale. Licet. n. angeli mali & boni habuerint ſuũ principale iudiciũ a principio mundi, tamen de hoĩbus quos ad malũ incitauerũt mali, & ad bonũ ſancti, recipiẽt pęnã & præmiũ: & ſcdm hoc dicuntur etiã iudicandi a ſanctis viris per approbationẽ ſententiæ iudicis, & multo magis digni ſunt homines iudicare. propter quod concludit.*

†per uos

i Singularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in ec. *id eſt minoris reputationis & valoris.*

† Qui ſi ſunt logi c. per venerabilem § ſa tionibus. † non tantum, q ad vitæ viuẽ pertinent.

k Illos con. ad iu. *Frequenter. n. contingit, quod illi, qui parũ ſciunt de ſpiritualibus clarius uidẽt in temporalibus. pp quod talibus ſunt occupandi, vt ſapientes in ſpiritualibus doctrinæ vacent & contemplationi. Sic. n. fecerunt apoſtoli, conſtituentes diaconos circa temporalia, vt presbyteri liberius vacarent ſpiritualibus.*

Act. 6.

l Ad verecundiam ueſtram dico. *q. d. ex facto ueſtro uidetur, quod non ſit inter vos aliquis fidelis ſufficiens ad iudicandum, quod deberet eſſe uobis uerecundum. Sed iſtud Apoſtoli dictum uidetur eſſe contra illud quod dicitur. 1. Petri. ij. c. Subiecti eſtote oĩ creaturæ humanę propter Deum, ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis. &c. Ad quod dicendum, quod Apoſtolus nõ prohibet hic fideles ſub principibus infidelibus conſtitutos comparere coram eis, quando vocantur, hoc enim eſſet contra ſubiectionem quæ principibus debetur: ſed prohibet ne voluntarie recurrant ad iudices infideles in illis negocijs, quæ determinari poſſunt per fideles.* H

* & fratrẽ

m Iam quid. *Hic conſequenter arguit Corinthios de cauſis, quas inter ſe habebant. Et diuiditur in duas partes: quia primo eos arguit. ſecundo circa propoſitum errores elicit, ibi: Nolite errare: Circa primum dicit:* Iam quidem, &c. iu. ha. inter uos. *i. litigia per iudices determinanda: licet. n. cuilibet licitum ſit rem ſuam in iudicio repetere, etiam religioſis, ita tamen, quòd non repetatur ut propria, eo quòd non liceat eis habere propria: tamen repetere rem ſuam in iudicio peccatum eſt in aliquo caſu, vt pote quando de tali repetitione ſurget ſcandalum vel aliud malum magnum. propter cuius uitationem deberet exponere rem ſuam, & multo magis non petere ab alio iam poſſeſſam ſaltem quouſq; oſtendat talem repetitionem ſibi licere: & ſic ſi poſt talem oſtenſionem adhuc remaneret ſcandalum, vel aliud malum magnum, iam uideretur ex malicia procedere, quod eſſet contemnendum. Litigare autem ex malicia & fraude ſemper eſt peccatum. Corinthij autem vtrinq; faciebant. ſ. repetendo res ſuas modo indebito, & cum ſcandalo actiuo, & etiam aliqua per fraudem & iniuſticiam: cum tamen deberent magis iniuriam & fraudem pati, quàm iſta facere. ideo ſubdit:* Quare non magis fraudem patimini? *& patet litera uſque ibi:*

† 23. q. 3. 1. — Diuiſio

n An neſcitis. *q.d. per effectum uidetur quòd neſciatis.*

o Quia iniqui. *qui faciunt inæqualitatem iuſtitiæ proximis.*

p Regnum Dei non poſſidebunt? *quia ab eo excludentur.*

## NIC. DE LYRA. CAP. VI.

A Vdet ali. ve. *Poſtquam Apoſtulus redarguit Corinthios de fornicatione, & negligentia correctionis: hic conſequenter eos arguit de quibuſdam aliis vitijs. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit propoſitum. ſecundo reuertitur ad increpandum fornicationis vitium, ibi: Corpus autem. Prima adhuc in duas: quia primo arguit eos de iudicibus, coram quibus litigabant. ſecundo de cauſis quas habebant, ibi: Iam quidem. Circa primum dicit.*

Diuiſio

Audet — ¶ Nolite



a *Sed ſancti. ſed iu.* Augu. Nota: ſed repetitam coniunctionem non paruum pondus dare ſententiæ. A

b *Omnia mi. lic.* Quia dixit potius ferendum eſſe, quam cãs male agere, ne quis putet ſua nullo modo eſſe repetenda, ſupponit: Tñ oĩa mea mihi licet repetere ſed tñ nõ repetã, qa non omnia expediunt ad curſum meum, ſed impediunt. Item propter aliã cãm. Licita ſunt, ſed nõ repetam, quia cum ſim liber, nolo redigi ſub poteſtate iudicis, vel nolo eſſe ſub dñio alicuius rei, ut cauſa eius fratrem offendã. Omnia mihi li. Ponat aliquis licere, nõ qa illi liceant, ſed quia iam non impendent tormẽta legalia. Nota quod aliquid poteſt licere, & non expedire. Expedire autem quod non licet, non poteſt. Ac per hoc non omnia, quę licita ſunt. i. quæ nullo præcepto domini prohibentur, expediunt. Omnia vero illicita non expediũt. Vt igitur inter id quod licet & id, quod non licet atque ideo non expediat, aliquo certo fine nitamur diſtinguere: Fateor, quod ea uidẽtur mihi licere, & non expedire, quæ per iuſticiam, quæ coram Deo eſt, permittũtur, ſed propter offenſionem hominum, ne ob hoc impediantur ad ſalutem, uitanda ſunt. Ea uere non licere: & ideo non expedire quæ ſic ipſa iuſticia vetantur, ut facienda non ſint, etiã ſi ab eis laudentur, quibus in noticiam fuerint perlata. Quod ſi ita eſt, non niſi illicita prohibentur a domino, ut ea q̃ licita ſunt & non expediunt, non legis uinculo, ſed libera dilectionis beneficientia conſilio charitatis caueantur. Hæc autem ſunt, quæ amplius irrogãtur ſaucio, qui curandus ad ſtabulum Samaritani illius miſeratione perductus eſt. Hæc non præcipiuntur a dño, quamuis a dño moneanť offerri. Nunquam dr̃ licere qđ prohibetur, ut probat Amb. unde dicitur: Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui. Et dominus. Non licet panem filiorum mittere canibus. Et iõ, oĩa mihi licent, nunquam dicitur de malis. Omnia mihi licent. Quæ & coapoſtolis, quæ lex naturalis hẽt, non Moyſi, qui multa pro duritia populi prohibuit. Hæc dicit, quia licebat ei ſumptus accipere, ut & poſt acturus, ſed noluit, quia non poteſt inſtanter argui a quo accipitur, unde dicit. Sed ego ſub nullius redigar poteſtate. Pſeudo autem qui cauſa quæſtus prædicant, nolunt eſſe amari peccantibus. Omnia mihi licẽt. De his dicit quæ ad eſcam pertinent. Omnia licita ſunt, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate, quod facerem, ſi cum offendiculo manducarem. Ita enim amore eſcæ fratrem offenderem, quia eſca uentri. Vnde poſt, Omne quod in macello uenit, manducate. Sed non cum ſcandalo, quia tunc non expedit. Et alibi. Non manducabo carnem in æternum, ne fratrẽ meum ſcandalizem. Item alibi. Omnia quidem munda ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculũ manducat. Hæc tanto ſunt gratiora, quanto indebita. Illicita prohibentur, licita, quæ non expediunt, libere caueantur.

Ex. in Pſ. 94. poſt pri. tom. 8. — Nota — †Omnia mihi poteſtas eſt, — Luc. 10. f — In epiſt. ad Cor. c. p. 4 tom. 5. — B — Mar. 6. c — Matt. 15. c — Infr. 10. f — Infr. 8. d — Rom. 14. d

d *Eſca uen.* Propter hęc non ſunt repetenda, tamen eſca debetur uentri Per hæc nota neceſſaria naturæ. & ideo licet repeti. Sed non multum pro his laborandum, quia deſtruentur. & ideo licet de his fieri iudicium uel prætermitti.

e *Sub nullius red.* Quia cum mens cõcepta deſideria ſequitur, ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.

e *Corpora.* Non poteſt non eſſe ſanctum corpus, quo ſanctificatus utitur ſpiritus.

f *Membra ſunt.* Augu. Sicut membra omnia quę vna eademque anima reguntur, unum corpus ſunt, ita omnes qui eodem ſpirituſancto uiuificantur, unum in Chriſto corpus efficiuntur.

De uer. apo. ſer. 18. t. 10

g *Chriſti.* Quia corpus accepit, & corporum caput eſt.

h *Tollens.* Itane uiluit dignitas iſta, quæ tam benignæ præſtita eſt? Auguſtinus, Non ſunt membra Chriſti, qui non manent in Chriſto, nec tales dicendi ſunt manducare corpus Chriſti.

Ibidem

Vnum

a ¶Quaſi de miſericordia confiſi: quia.

Dei nõ poſſidebunt. † Nolite errare: a

¶Sing[ul]a ſufficiunt ad regnum Dei tollendum.

neque fornicarii, neque idolis ſerui

¶Publici.

entes, neque adulteri, neq; molles, b

neq; maſculorũ concubitores: neq;

¶In his omnibus nota illos argui.

fures, neq; auari, neque ebrioſi, neque maledici, neq; rapaces regnum

¶Tales.

Dei poſſidebũt. Et hæc aliqñ qdem

a ¶In baptiſ[mo] & ideo turpius ſi reditis. b ¶Spiritu ſancto tibi dato, confirmati ad bene operandum.

a fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſancti b fi-

a ¶Bene operando.

cati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in

a ¶Operatione ſpiritusſancti. b ¶Me. ¶Non lega[li] doctrina, ſed libera poteſtate.

b ſpiritu Dei noſtri. † Omnia mihi li- c

a ¶Licita ſunt iure ¶Iure naturæ.

cent, ſed non omnia expediunt. d

¶Quod ſibi dicit licere, innuit ſe aliis.

c Omnia mihi licent, ſed ego ſub e

a ¶Tantum. b ¶Debetur. ¶Pro quo creata.

d nullius redigar poteſtate. Eſca ven- f

¶Quia aliter non poſſit ſuſtentari.

tri, & uenter eſcis. Deus autem & g h

¶Secundum hunc ſtatum. ¶Cum corruptibile hoc induerit incorruptionem.

hunc & hanc deſtruet. Corpus autẽ i

a ¶Debetur, & ideo de hoc iudicium non poteſt prętermitti, ut uos ſoletis. a ¶Seruitio domini.

nõn fornicationi, ſed domino, & k l

a ¶Debetur, ut glorificet & ſuſcitet ut Chriſtum. ¶Si.

dominus corpori. Deus uero & m

¶Chriſtum.

Dominũ ſuſcitauit, et nos ſuſcitabit n o

a ¶Cui nihil impoſſibile. b ¶Non fornicationi debetur corpus ſed domino.

per uirtutẽm ſuam. † Neſcitis quo- p

¶Non ſolum animæ.

e f niam corpora veſtra membra ſunt

a ¶Vt eum imitentur. b ¶Et cum membra Chriſti. ¶A ſeruitio Chriſti. c ¶Cui iure parcendum eſt.

g h Chriſti? Tollẽs ergo membra Chri- q

a ¶Vt eius ſeculam uoluntati

ſti, faciã membra meretricis? Abſit. r ſ

a Nolite er. *Hic remouet duos errores circa prædicta ſecundum ibi: Omnia mihi licent: Primus error eſt, quòd credebant aliqui fidem & baptiſmum ſufficere ad ſalutem ſine operibus bonis etiam cum operibus malis: quod falſum eſt: quia fides ſine operibus mortua eſt: Illi etiam qui ſunt baptizati ſi reuertantur ad priſtina vitia grauius peccãt quam ante: quia uidentur contemnere gratiam baptiſmalem. ideo dicit.* Nolite errare &c. *& patet litera ex dictis: hoc excepto.* C

Iacob. 2. d

b Neque molles. *Eſt autem mollicies quędam ſpecies peccati contra naturam qua aliquis ſeipſum polluit per emiſſionem ſeminis in ſeipſo procurando.*

Ephes. 5. a

c Omnia mi. *Hic remouet ſecundum errorem. ex hoc enim quod dixerat res non eſſe repetendas in iudicio, poſſet aliquis credere, quòd hoc eſſet illicitum per omnem modũ. ideo hoc excludit. Et ſecundo cauſam reddit dicti, ibi: Eſca uentri. Circa primum dicit:* Omnia mi. li. *i. licitum eſt omnia mihi repetere in iudicio: cum non ſit prohibitum diuina lege niſi in caſu, ut prædictum eſt. Vel illud dictum Apoſtoli potoſt referri ad poteſtatem accipiẽdi ſumptus ab illis quibus prædicabat, uel etiam ad poteſtatem vtendi cibis indifferenter. q.d. Apoſtolus: Licet omnia iſta ſint mihi licita abſolute loquendo: tamen in caſu ſunt dimittenda. ideo ſubdit:*

d Sed non omnia exp. *Dicitur autem expediens, quod ſine impedimento poteſt fieri: Et non expediens, quod præſtat impedimentum ad conſequutionem finis intenti. Prædicta verò ſunt huiuſmodi in caſu: vt quando per hoc perturbatur pax ad proximum: vel quando datur occaſio ſcandali infirmis, vel malefaciendi. aliquando etiam per hoc redigitur homo ſub alterius poteſtate: vt quando repetit res in iudicio ſubmittit ſe iudici: & ſecundum hoc ſubdit:*

† 11. q. 1. c. aliud. De pę. diſ. 1. c. aliud — Eccl. 3. 7. d

e Sed eg. ſub nul. *Magis enim volebat ſibi debitum dimittere.*

f Eſca uent. *Hic reddit cauſam quare prædicta quamuis ſint licita non expediunt, per ſimile de ventre: qui eſt locus eſcarum in quo decoquitur alimentum: ut inde ad membra cætera deferatur: & ſic patet quòd eſca debetur ventri: & tamen aliquando non expedit. ſ. quando eſt nocumentum ſanitatis. & ſimile eſt de prædictis, ut dictum eſt: quia pro re corruptibili non eſt ſuſtinendum detrimentum in re incorruptibili. Dicit igitur.* Eſca u. *debetur modo dicto:* D

† 12. q. 4. c. in eo.

g Et uen. eſcis. *vt eas decoquat modo dicto.*

h Deus autem hunc & has de. *quia licet poſt reſurrectionem remaneat uenter hominis quantum ad ſubſtantiam: non tamen quantũ ad officium decoquendi eſcam.*

i Corpus autem. *Hic reuertitur ad increpandum fornicationis uitium. de quo ſupra fecerat mentionẽ. Et ad hoc inducit quatuor rationes. Prima ſumitur ex ordinatione diuina. Aliqui enim de hoc vitio ſe excuſant dicentes: quòd utuntur corpore ſuo ad actum inſtitutum a natura. Quod excludit Apoſtolus di.* Corpus autem non forni. *i. non eſt ordinatum ad actum fornicandi ſicut nec uenter ad utendum cibis indebito modo ut ad crapulam: nec corpus laxari debet ad fornicationem, quę eſt actus inordinatus.*

Contra fornicationẽ rões quatuor.

k Sed domino. *Id eſt finaliter ordinatur ad ſeruiendum Deo: quia corpus eſt propter aĩam: ut habetur ij. de anima. Anima uero immediate ordinatur ad Deum: & ſic Deus eſt finis corporis: & ideo ſubditur:*

l Et dominus cor. *inquantum ipſum reſuſcitabit glorioſum. Quod declarat per reſurrectionem Chriſti quæ iam præceſſit dicens:*

Tex. cõ. 36.

m Deus ue. & d. *ſcilicet Ieſum Chriſtum.*

n Suſci. *in corpore glorioſo.*

o Et nos ſuſci. *ut conformemur corpori claritatis ipſius ſicut membra capiti. Fornicatio uero ſtatum huius incorruptionis impedit. Gal. vlt. b. Qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: ppter quod fornicatio eſt uitanda.*

Secunda rõ

p Neſcitis. *Hic ponitur ſecunda ratio quæ accipitur ex aſſinitate corporis humani ad corpus Chriſti: cuius fidelis efficitur per baptiſmum membrum: & ideo horrendum eſt, quod fiat membrum meretricis per fornicationem: quæ idem eſt actus ſpecie ſecundum naturam cum actu matrimoniali, per quem uir & mulier efficiuntur una caro: & hoc eſt quod dicit:* Neſcitis quo. cor. ueſtra mem. *per baptiſ. q.d. ſcire debetis.*

Gen. 2. c

q Tollens er. men. Chri. *ſubtrahens me ab ipſo.*

r Faciam me. me. *per concubitum carnalem.*

ſ Abſit. *q.d. hoc eſt horrendum*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Vnum cor.* Tradunt phyſici, ꝙ adeo uniuntur, ꝙ ſi ſanguis E eorum commiſceretur, omnino coniungeretur.

b *Qui au. ad. de. u. ſpi.* Nõ ſubſtãtiæ identitate, ſed ꝑticipatione: cũ ei ſic adhæret hic ꝑ fidẽ accedẽs, vt ſit particeps btitudinis eius, qđ tunc plene erit, cũ ſatiabit deſideriũ eius in bonis immutabilib. ſ. in ipſa trinitate dño ſuo cuius eſt imago. Nõ ergo ſpũs hoĩs ita eſt unũ uel unus cũ ſpũ Dei, ſicut filius cũ prẽ unus eſt & unꝰ Deus. Sic.n. dicimꝰ de prẽ & filio, unũ sũt, qa unius ſubſtãtiæ duo ſunt. Et dicimus unus eſt, ſed addimus q unus. ſ. Deus unus. Diligenter attẽde, ꝙ cũ de reb. duab. uel plurib. dr̃. unus eſt uel una eſt: et de his q̃ diuerſę, & de his quę ſunt vnius ſubſtãtię dici põt. Diuerſę.n. ſubſtãtię ſunt ſpũs hominis, & ſpũs Dei. & tñ dr̃: Qui adhæ. dño unus ſpũs &c. Vbi aũt dr̃ de duob. aut plurib. unũ ſunt, nec addit qđ unũ: non diuerſe intelligunt̃, ſed unius eſſe ſubſtantiæ, ſicut dictũ eſt Qui plantat, & q rigat, unum ſunt. Itẽ: Ego & pr̃ unũ ſumus. Si ergo de his q diuerſæ ſubſtantiæ ſunt, recte dr̃, ꝙ ſint unus ſpũs, quanto magis qui unius ſubſtãtię ſunt, recte dicuntur unus Deus eſſe.

† Gen. 2.d · Eph. 5.g · Matt. 19.a · Mar. 10.a · †De biga. c. debitum · Sup. 3.b · Ioan. 10.f

c *Fugite forn.* Cũ aliis uitiis põt expectari conflictus, ſed hãc fugite, ne approximetis, qa nõ aliter poteſt mel[i]us uinci. (†Sup. 5.c)

d *Omne e. pec.* Nullum pctm̃ intm̃ dehoneſtat & coinqnat corpus, ut illud. Vel aliter. *Oẽ pec. ex. cor.* i. extra uxorem, quæ unum corpus cum uiro dr̃, ꝑter iſtud. Nã pro nullo alio debent ſeparari, niſi pro iſto. Iõ aũt ſeparant̃, qa et cõtra corporis unitatem, & contra thori fidem, & contra ſobolis intentionem peccãt. Aliter: Qui criminaliter peccat, fera dr̃, nõ homo, & cõtra corpus ſuũ peccat. i. extra eccl'iam. qa pro uenialib. ab eccleſia non ſeparatur. Sed qui forni. extra cor. ſu. pec. i. extra eccleſiã, ut ab ea eiiciatur. Hier. In coniugio poſitus quæcunque fecerit peccata non infuſcat uxorem propriam. ſi autem fornicatus fuerit cũ aliis, maculat eam: ut non ſit licita, ſed quaſi adultera, ut uir pœnitentiam accipere debet ſi patit̃ uirũ in adulterio manere. Inde hẽmus, ꝙ niſi reſipuerit uir, dẽt eum dimittere uxor. *Omne e. pec.* Quia cætera pctã, etſi ꝑ corpus gerãt̃, nõ tñ aĩã ita carnali cõcupiſcẽtiæ faciũt obſtrictã & obnoxiã, quẽadmodũ in ſolo opere fornicationis corporalis fit. Cõmiſceri.n. facit aĩam cũ ipſo corpore libidinis uis agens in corpore carnalis fornicationis, quia intm̃ agglutinat aĩam corpori, ut in ipſo momento nihil aliud cogitare homini liceat aut intendere: quia ipſam mentem captiuam ſubdit ipſa ſubmerſio & abſorptio libidinis, & concupiſcentiæ carnalis. unde dr̃: Qui forni. in corpus ſu. pec. Aug. In aliis licet aĩo aliud oꝑari, & al[i]o intendere, ſed non in fornicatione, ubi totus homo caro. Generalis aũt fornicatio eſt, cum aliquis nõ adhærẽs Deo adhæret mũdo. unde dicit: Amicus mũdi inimicus Dei eſt. Qui ergo hærens mũdo longe eſt a Deo, in corpus peccat, qa corporali cõcupiſcẽtia in quæque tꝑalia animus diſtrahitur, ſeruiẽs creaturæ potius quam creatori. Sed qui hęret Deo non mundo, ſi peccat fragilitate humana, ignorando uel negligendo, extra corpus eſt, quia non corporali vel tempora[l]i cõcupiſcẽtia peccat, ſed humana tentatione, quæ facile ignoſcitur.

†Inf. 7.d · magno · 1. Pet. 1.d · F · Cõ. in prin. ad Cor. c. 6. to. 9. · De continẽ. c. 4. to. 4. · Iaco. 4.b · Infra 10.e

e *Qui au. for.* Non dr̃ ꝑꝑ quantitatem fornicationis, ꝙ ipſa ſola ſit in corpore, & alia extra corpus. Plura.n. adeo magna, ut fornicatio: uel maiora. Sed propter qualitatem, quia turpius coninquinant corpus quam alia peccata.

f *Tem. ſunt ſpi.* Et hoc patet, ꝙ ſpũſſanctus Deus eſt. Si.n. non eſſet Deus, tẽplũ vtiq; noſipſos non haberet. Non ſolum aũt ſpirituſſanctus, ſed etiam pr̃ & filius templũ nos habet. Templum ergo Dei, hoc eſt, totius trinitatis ſancta eccleſia eſt.

g *Et portate Deum.* Portare Deum eſt imaginem Dei in rebus bene geſtis oſtendere.

Mat. 20. b — *d Brauium.* eſt præmium curſus.

† quõ ſiat — *e Omnis e. qui in ago.* De rebus nõ laudandis trahuntur multæ ſimilitudines ut in euangelio de iniquo Iudice, qui uiduam nolebat audire, & pigro, qui tædio panes commodat. ita hic nõ commendantur agoniſtica & ludicra. (Luc. 18. a — Ibid. 11. a)

*f Non q. in.* In incertum currit qui talia facit, ut ex quibuſdã ſperare, ex aliis deſperare poſſit.

*g Ne forte.* Quod cito contingere poſſet, tunc aliis magis cauendum, ne offendendo ſint reprobi.

a ¶Samaritanis. a ¶Dum non negat legem a Deo eſſe datam, ſed ex ea docet Chriſtum.

a His qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub

a ¶Seruiliter. ¶Similiter.

lege, ut eos qui ſub lege erant, lucri-

a ¶Gentilibus.

facerem. His qui ſine lege erant, tan-

a ¶Dum eis aſſenſi ſecundum phiſicas rationes mundum eſſe factum a Deo & huiuſmodi.

quam ſine lege eſſem: cum ſine lege Dei non eſſem*: ſed † in lege eſſem

¶Non Iudaica.

Chriſti, ut lucrifacerem eos, qui ſi-

¶Id eſt Gentiles. ¶In fide.

ne lege erant. Factus ſum infirmis

a ¶Abſtinendo a licitis.

infirmus: vt lucrifacerem infirmos.

a ¶Quod quia. ¶Ecce. ¶Quid per ſingula. ¶Quaſi omnium ſectarum eſſem.

b Omnibus omnia factus ſum, vt † omnes facerem ſaluos. Omnia au-

a ¶Ecce quare omnibus ſe contemperet.

¶ ut curat ſine impedimento.

tem facio propter euangelium, ut

a ¶Promiſſionis eius .i. iuſticiæ & beatitudinis æternæ.

c particeps eius efficiar. Neſcitis quod hi, qui in ſtadio currunt, omnes qui-

a ¶Hic omnes in labore pares. b ¶Quratus non omnis. ¶Ibi unus hic omnes qui perſeuerantercur unt, accipiunt.

d dem currunt, ſed unus accipit † brauium? Sic currite ut comprehen-

a ¶Vos autem. ¶Bene operando. ¶Quia non omnis currens accipit, ideo ſic tam perfecte cur. ut comprehen.

a ¶Et uere ſic, eſt nitendum: quia etiam in minori ubi unus accipit.

e datis. Omnis enim, qui † in agone

¶Ita uos ab offendiculis.

contendit, ab omnibus ſe abſtinet.

¶Q. Et uere nos debemus abſtinere, quia res maior eſt hic. ¶Abſtinent.

Et illi quidem, vt corruptibilem co-

a ¶Et ideo abſtinere debemus ab omnibus.

ronam accipiant: Nos autem incor-

a ¶Proponit ſe exemplum. ¶Et quia talis.
b ¶Operando tam legitime.

f ruptam. Ego igitur ſic curro, non

¶Vt ſim incertus de præmio. a ¶contra hoſtes.

quaſi in incertum: Sic pugno, non

¶Non uerbis, ſed rebus contendo, uel non inaniter, ut qui pro hoſte fecit aerem.
a ¶Reprimo illicitos motus corporis.

quaſi aerem uerberans. † Sed † caſti-

a ¶Rationis.

go corpus meum, & in ſeruitutem

¶Cum alio tenderet ſuo tremore aries terret agnos.

g redigo: ne † forte cum aliis prędicauerim, ipſe reprobus efficiar.

a ¶V Deo reprobatus.

G rent ibi fidem, credendo q ſine obſeruatione fides Chriſti non ſufficeret ad ſalutem. & hoc modo Paulus, qui de Iudaiſmo erat conuerſus, illo tempore legalia legitur obſeruaſſe.

a His qui ſub le. ſunt .i. *Samaritanis & Saduceis, qui quinque libros Moyſi tantum recipiebant, qui proprie dicuntur lex apud Hebræos.*

b Quaſi ſub le. e. *condeſcendendo eis q̃tum poteram tantum in licitis.*

c His qui ſine le. e. *i. Gẽtilibus qui legem ſcriptam non habebant.*

d Tan. ſi. le. eſ. *cõdeſcẽdendo eis: qđ tamẽ abominabile videbať Iudæis legẽ tenẽtib.*

e Cum ſi le. *Tenebat.n. legem Moyſi quã tum ad moralia, quæ manent in lege noua, in qua erat Paulus. ideo ſubditur:* Sed in lege eſ. Chri. *Sequitur:*

f Factus ſum infir. infir. *abſtinendo a cibis licitis, ad uitandum ſcandalum infirmorum, vt patet ex ſupradictis. Et ut omnes ſtatus includat, ſubdit.*

† eſſem obnoxi⁹ legi

g Omnib. o. fa. ſum. *omnibus quantum licite poſſum condeſcendendo. & cauſam ad hoc motiuam oſtendit, di.*

h Omnia au. fa. pro. e. *ut currat ſine impedimento.*

i Vt par. e. ef. *i. promiſſionum eius. ſ. gratiæ in ꝑſenti & gloriæ in futuro q̃ ꝓmittũtur ĩ euangelio. Itẽ particeps eius .i. meritorũ recipiẽtiũ euãgeliũ per meã prædicationem.*

† omnino aliquos

k Neſcitis. *Poſtq̃ Apoſtolus inſtruxit Corinthios ad perfectionẽ ſuæ ſpũs exemplo, hic conſequẽter idẽ facit exemplo currẽtiũ in ſtadio & agonizãtiũ exercitio: q oĩa ſui curſus & agonis impeditiua ſollicite deuitant, & oĩa promotiua diligenter procurant. Vita uero præſens, eſt quædam agonizatio contra inſultus tentationum, & qui dã curſus ad beatitudinis brauiũ. dicit igitur:* Neſcitis. *q.d. imo: quia hoc eſt notoriũ.*

† premium

l Sed unus acc. bra. *q.d. ita & pauci de multis accipiũt brauiũ æternę felicitatis, q fideliter & perſeueranter currunt per opera charitas. Multi ſunt uocati, pauci uero electi. propter quod concludit.*

† certat

H

m Sic currite. *fideliter & perſeueranter.*

n Vt com. *brauiũ æternę uitæ. Cõſequẽter ponit exemplũ de agonizantibus, dicens:*

o Omnis e. qui in ago. con. *ut habeat uictoriam.*

p Ab o. ſe ab. *quæ impediunt ipſam.*

q Illi qui. ut c. q. di *ſi faciunt hoc propter temporale præmium, multo magis debemus hoc facere propter æternum, abſtinendo ab omnibus impedimentis noſtræ ſalutis, & exercendo nos in omnibus promotiuis. ideo concludit de ſeipſo:*

r Ego igitur ſic cur. *per uiam charitatis.*

ſ Non quaſi in inc. *quia certus erat de ſua beatitudine futura per diuinam reuelationem. ij. ad Timoth. iiij. b. Repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, &c.*

† 11. q. 3. c. ſi Paulus † ſubijcio

t Sic pu. *contra tentationes.*

u Non quaſi aerem uer. *non inaniter ſicut ille qui aerem percutit.*

x Sed c. cor m. *reprimẽdo carnis ſtimulũ.*

y Et in ſer. redi. *ſ. rationis rectæ, cui uires ſenſitiuæ debent obedire.*

z e for. cum a. præ. *eos inducendo ad opera perfectionis.*

a Ipſe re. ef. *per incautelam meam contra tentationem: Licet .n. ſciret ſe de numero electorum eſſe ut prædictum eſt, tamen non debebat omittere aliquid de contingentibus ad ſalutem conſequendam: quia ſicut ſub Dei prædeſtinatione cadit talem eſſe ſaluandum, ita etiam cadunt media per quæ conſecuturus eſt ſalutem, ut quod fit per opera talium uirtutum & huiuſmodi? Propter quod dicitur. Satagite, ut per bona opera certam uocationem ueſtram, & electionem faciats.* (2. Pet. 1. b)

## NICOLAVS DE LYRR.

¶ *remonia ia obſeruari a conuerſis de Iudaiſmo: ita tamen q nõ ponerent ibi*

## GLOS. ORD. CAP. X.

Nolo e. Volenti cõprehendere ſic eſt angendum: nõ .n. baptiſma & ſacra ſufficiũt, ut qdã putãt, ſicut nec Iudęis bñficia dei ualuerũt, cũ poſt peccarẽt. ☞ *Quoniam*

## NIC. DE LYRA CAP. X.

Nolo e. uos igno. fra. *Poſtquam Apoſtolus reprehendit Corinthios circa participationem menſæ idolorum datam ab aliquibus ad occaſionem: Hic conſequenter excludit ipſam participationem. Et diuiditur in duas partes: quia primo declarat punitionem participantium. ſecundo ex hoc concludit propoſitum, ibi: Propter quod, Circa primum ſciendum, q in exitu de Aegypto Deus multa bona contulit populo Iſrael, ut patet in Exo. & lib. Numeri. & tamen multi tot beneficiorũ ingrati declinauerunt a participatione mẽſæ idolorũ, ut patet. Sedit populus manducare & bi. ſ. de ſacrificatis uitulo conflati-* ¶ *li, &*

Diuiſio — † De conſ. diſtin. 5. c. nec quoq̃ in fi.

## CAP. X.

¶Ita legendum eſt.

† Nolo enim vos ignora-



A *a Quoniam pa.* exemplo Iudęorum, qui negligentia ſua offenderunt, ſollicitos facit.

*b Sub nu.* Aug. quia omnia in figura noſtri.

*c In Moy. ba.* In ducatu Moyſi purgati per uiſa ſigna illa. Vel, ſignum baptiſmi acceperunt, qđ credentibus idem ualuit. *Bap. ſunt in.* quia a morte liberati & ꝑ eã mũdati ab ignorantia Dei, quæ ꝑmebat oẽs Gentes, & ꝑparati ad accipiendam legem. Vel baptizati dicuntur, quia gerebant formam noſtri ſacramẽti. Moyſes Chriſtum, nubes ſpiritumſanctum, mare baptiſmum ſignificat.

Expo. in Pſ. 77. cir. prin cip. to. 8. Idẽ in euang. Io. tract. 11. c. 3. a. 9.

*d Eandem, & eun.* i. fide: diuerſa in tpe, diuerſa in ſpecie. *Eſca.* Chriſtus panis eſt q de cæ. deſcen. ſi quis ex hoc manducat, non morietur. Sed qđ pertinet ad uirtutem ſacri, non ad uiſibile ſacrm̃, q manducat intus non foris, corde, non q premit dente *Eandem eſ.* Idẽ in myniſterio cibus, & potus illorum, qui noſter, ſcilicet ſignificatione idẽ, non ſpecie: quia idem Chriſtus illis in petra figuratus, nobis in carne manifeſtatus. *Eſcam &.* Manna & aquam dicit ſpiritalia, quia non natura, ſed Dei uirtute parata, habentia futuri myniſterii figuram.

Ioan. 6. d — † Exo. 17. b

*e Spiritalem.* i. ſpũale aliqd ſignãtẽ. Cũ dicit ſpũalẽ, oñdit ſpũaliter intelligi in Chriſto. & hoc de oĩb. innuit, cũ unum exponit: Petra erat Chriſtus. *Spiri. ean.* Nam corporalem alteram illi manna, nos aliud. Pr̃es, nr̃i non illorum. Spiritalem: Quam nos, aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie uiſibili aliud, quod tamẽ hoc idẽ ſignificaret uirtute ſpirituali.

*f Conſequente eos.* i. ſatisfaciente uoluntati eorũ, qa quoquo irent, aquæ innundantes ſecutæ ſunt, ſic Xp̃s in deſerto huius mundi ſuos comitatur. Vel, *conſe.* .i. ſecuturam veritatem ſignificante. Petra autem. Solet res, quæ ſignificat, nomine rei, quam ſignificat, nominari.

B

*g Petra.* i. Xp̃s ſequebať, quia ubi humanum deficiebat ſuffragium, aderat.

*h Erat Chri.* non ꝑ ſubſtantiam, ſed per ſignificationem. *Petra Chri.* Augu. In ſignis diuerſis eadem fides, ſed illi uentura, nos ueniſſe credimus, ibi petra Chriſtus, nobis, qđ in altari ponitur, eſt Xp̃s. Si ſpẽm uiſibilem attendas, aliud eſt, ſi intelligibilem ſignationem, eundẽ potum ſpiritalem biberunt. Aug. In ſigno percuſſa eſt petra de uirga bis. Gemina ꝑcuſſio duo ligna crucis ſignificat. De petra educta eſt aqua accedente uirga: quia ligno accedente ad petram Chriſtum, gratia ſpiritualis manauit.

In euan. Io. t. 6. trac. 26 poſt med. 1. 9 — Ibidem — Exod. 17. b

*k Neq; ido. eſſi. ſicut qui. ex ip.* Illos tangit, qui in idolio epulabantur, putantes ſe immunes a crimine.

*l Sedit po. man.* Per cõmemorationem illorũ notat ea, q̃ in Corinthiis ſunt, oñdens q̃ grauiter punita ſint in Iudæis.

*m Lude.* i adorare, quod ludo puerorum ſimile. Facilis nãque ad luſum eſt pueri cia. Quid autem luſui puerili tam ſimile eſt quam idola adorare?

*n Neq; tent. Chriſtum ſi.* Nota Chriſtum Deum, quem tẽtauerunt Iudæi. & ideo a ſerpentibus perierunt, donec ſerpens æneus erectus eſt, quem qui intuebantur, a morſibus ſanabantur.

Nume. 21. c

*o In figura.* Ecce oſtendit cur ſigna illa iam non obſeruantur, cum res manifeſta ſit ad correctionem noſtram.

*p Scripta ſunt au. ad cor.* non propter nos tantum. Per hæc enim exempla ad correctiorem uitam prouocamur, ut aut ꝑmium ſi obedientes fuerimus, aut propenſiorem pœnam inobedientes mereamur. *Scripta ſunt au.* Ecce hic aperuit, cur illæ literę ueteris Teſtamenti accipiuntur a nobis

† termini ætatum

*q Fines ſecu.* Quia in ultima ętate ſumus, & tot exemplis priorum magis corrigi debemus. Vel fines ſeculi deuenerunt in nos, ſecularitas in nobis finitur, & ideo turpius ſi peccamus. ☞ *Vi. ne*

C

a ¶Inſtitutores noſtræ fidei.

a re fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt,

a ¶Tam boni quam mali. b ¶Protegente ab æſtu & contra Ægyptios, ne uiderentur ab eis.

a ¶Aug. exponit maris rubri tranſitum. Si figura maris, tantum ualuit, ut perduceret populum ad manna, quantum baptiſmus Chriſti. ¶Menſis hoſtibus.

c & omnes mare tranſierunt, &

¶In ducatu Moyſi.

d omnes in Moyſe baptizati ſunt

¶Spiritu. ¶Aqua.

in nube & in mari. † Et omnes

a ¶Manna quod ſignificabat Chriſtum. & idem credentibus efficit. alii manducauerunt & mortui ſũt, quod non Moyſes & alii boni.

e eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & † omnes eundem

¶Aquam de petra. ¶Signum ſanguinis Chriſti, & idem credentibus effecit.

f potum ſpiritalem biberunt. † Bi-

g bebãt autem de ſpiritali † conſequente eos petra: petra autem

¶Quæ Chriſtum ſignificat. & fidei idem fuit. ¶Quæ?

¶In ſigno. a ¶His omnibus beneficiis ad literam uſi ſunt Iudei.

h erat Chriſtus: Sed non in pluribus eorum beneplacitũ eſt Deo.

a ¶Qui offenderant dominum. ¶Iudęorum.

¶Inde apparet.

Nam proſtrati ſunt in Deſerto.

a ¶Ne putetis iata homines finaſſe. hæc dicit.
¶Non propter ipſos tantum hæc facta ſunt.

Hæc autem in figura facta ſunt

a ¶Ita. Conſiderantes eorum ſupplicia. ¶Ne ita peccemus, ne ſimiliter pereamus.

noſtri, ut non ſimus concupiſcẽtes malorum, ſicut & illi concu-

¶Per idolothita.

k pierunt. Neq; idololatræ efficiamini, ſicut quidã ex ipſis, quem-

¶In Exodo.

l admodum ſcriptum eſt. † Sedit

a ¶Ita ut uos in idolio. b ¶Quidam de populo.

populus manducare, & bibere,

a ¶Coram uitulo. b ¶Ludos facere in uenerατione uituli. ¶Vt aliqui in uobis.

m & ſurrexerunt ludere. † Neq; fornicemur, ſicut quidam ex ipſis

a ¶Cum Madianitis mulieribus. ¶Ideo.

fornicati ſunt, & ceciderunt una

n die uigintitriamilia. † Neque

a ¶Vt faciunt illi qui deſperant de reſurrectione.

tentemus Chriſtum, ſicut qui-

a ¶Dicentes: Nunquid poterit parare men. in de.

dam eorum tentauerunt, & a ſer-

a ¶Donec ſerpens æneus erectus eſt.
b ¶Vt contra me facitis, uel qui minora dona ſpiritus habent contra Deum.

pentibus perierunt. † Neq; murmuraueritis, ſicut quidam eo-

¶Contra Moyſen.

rum murmurauerunt, & perie-

a ¶Angelo qui extra terminos promiſſæ terræ eos percuſſit.

runt ab exterminatore. Hæc

a ¶Propter ſua peccata hæc eis contingerunt, nõ modo propter hoc, ſed etiam ut & figurarent quod pro ſimilibus periremus. ¶Noſtri.

o autem omnia in figura contin-

p gebant illis. Scripta ſunt autem ad correptioné noſtram, in

¶Aliter erit maior pœna.

¶Nos ſ. ¶Sexta ætas.

q quos † fines ſeculorũ deuenerũt.

## NICOLAVS DE LYA.

¶ *li, & poſtea idolo Phegor. Nu. xxv. ꝓpter q̃ & alia pctã fuerunt grauiter puniti. Sic ergo procedit Apoſtolus, quia primo dicta beneficia recolit. ſecũdo punitionem ingratorũ oſtendit, ibi: Sed non in pluribus. tertio ex dictis cautos nos reddit, ibi: Itaq;. Circa primũ dicit:* No e. uos ig. ſ. *imo diligẽter attẽdere.*

a Quoniam pa. no. *de Aegypto exeuntes.*

b Omnes. *tam boni quam mali.*

c Sub nu. ſ. *eos protegẽte cõtra æſtũ ꝑ diẽ.*

Exod. 13.

d E omnes mare tranſie.

Exod. 14.

e Et omnes in Moyſe. *in ducatu Moyſi.*

f Baptizati ſunt. *figuraliter tamen, quia trãſitus ille maris & protectio nubis figura fuerunt ſacramenti baptiſmalis.*

† De conſ. d. 2. c. inq; & c. i illo. Exo. 16. d

g Et o. ean. eſ. *ſ. manna, q̃ dicitur eſca ſpũalis, quia non uirtute naturæ. ſed diuinę potentiæ fuit data, & quia fuit figura ſacramenti euchariſtiæ, quod ſpiritualiter nutrit.*

Exod. 16.

h Et o. eũ po. *ſ. aq̃ de petra adducta virtute diuina, iõ dicitur potus ſpũalis, cum dicitur:*

† De conſ. d. 2. c. reuera. & c. in calice.

i Bibeb. a. de ſp. *i. potũ datũ ſpũali uirtute.*

Exod. 17

k Conſeq. eos pe. *i. petra eorum deſideriis obſequente, uirtute tamen diuina hoc pręſtãte. dicitur ẽt ſpũalis, quia figurabat aquam gratiæ per Chriſtum dandam. ideo ſubditur:*

† quæ illos comitabať

l Petra au. e. Chri. *ſ. figuratiue eo mõ loq̃ndi, quo imago Herculis Hercules nominatur.*

m Sed non in plu. *Hic conſequenter oſtendit punitionem ingratorum, di.* Sed non in plu. *q.d. licet beneficia iſta corporalia fuerunt omnibus communia, non tamen iuſtificans gratia. Quod declarat per effectum, di.*

n Nam pro. *ſ. multi eorum horribili morte in ſignum iræ diuinæ, ut patet de exploratoribus, & de Chore & ſibi adhærentibus.*

Num. 14. — Num. 26. b

D

o Hæc au. in fi. *ſ. ꝙ ſimiliter & grauius puniemur, ſi de beneficijs Dei in lege noua collatis ingrati fuerimus, ad peccata reuertentes. ideo ſubditur:*

p Vt non ſi. con. m. *Et patet litera vſq; ibi:* Quemadmo. ſcri. eſt. *Exod. xxxij.*

p Sedit populus man. & bibere. *in ueneratione vituli fabricati.*

† Exo. 32. b

r Et ſurrexe. ludere. *i. idololatrare: quia in uenerationem uituli cantabant in choro.*

ſ Neque fornicemur. *cum mulieribus madianitis, ut habetur Num. xxv. c. Et ceciderunt una die viginti tria milia. Nec hoc eſt contra illud, quod dicitur Numer. xxv. quod ceciderunt uiginquatuormilia, quia minor numerus includitur in maiori: & ideo quod uerum eſt de maiori, etiam uerum eſt de minori.*

† Nu. 25. b — † Nu. 21. c

t Neque tente ſi. quidam eor. tent. *Exod. xvij. Tentantes enim Deum, qui tentauerunt Chriſtum ſecundum deitatem, qui ſic fuit tẽpore ueteris Teſtamenti & etiam ante ſecula. propter quod dicit Apoſtolus. Ieſus Chriſtus heri & hodie ſcilicet ueteris Teſtamenti ac noui Teſtamenti tempore.* Et ipſe in ſecula. *id eſt in æternitate.*

Hebr. 13. — Iudic. 8. c

u Et a ſerpentibus perierunt. *Nume. xxi.*

x Neque murmuraueritis. *contra Deum.*

y Sicut quidam eorũ murmurauerunt. *ut patet in Exodo. & libro Numeri. in pluribus locis.*

z Et perierunt ab exterminatore. *id eſt ab angelo eos percutiente extra terminos terræ promiſſionis.*

a Hæc autem omnia in figura contingebant illis. *i. ad ſignificandũ quod ſic grauius fiet nobis. ſi fuerimus ſimiles eis. iõ ſubditur:*

b Scripta ſunt au. ad correptionem noſ. *Dicitur .n. uulgariter. quod pulchriter ſe caſtigat, qui exemplo alterius ſe emendat.*

c In quos fi. ſe. de. *Hoc dupliciter poteſt exponi. Vno modo quod In quos, referatur ad homines noui Teſtamẽti: quod tempus dicitur eſſe finis mundi, quia non ſuccedet alia lex nouæ legi & ſic dicitur. 1. Ioh.*

¶ *Noui*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Vi.ne ca* Vt qui p̄ſumentes de ſcīa, cum ſcandalo fratrū ede bant idolothita, & de pſeudo gloriantes, iudicabāt Apl̄m, cū ipſi eſſent rei. Amb. *Vi.ne ca.* Superbiam amputat, ne per eā tē tent ſicut Iudęi tentati ſunt, & periere: qa detrahentes Moyſi Deū tentauerunt: ita hi detrahentes Apoſtolo, Deū tentant.

*In epi.1. ad Cor.1.c.10. p.3.tom.5.*

*Vide.ne ca.* Non φ penitus ſit aliquis ſine caſu, ſed tētatio .i. pecati delectatio, non apprehēdat, ideſt rationem in cōſenſum nō ducat, niſi humana, ideſt niſi de his ſine quib. iſta uita non agitur.

b *Tentatio uos.* Hortatur ut humana tentatio illos apprehendat, non alia. Humana .n. tentatio eſt, ut in neceſſitate vel preſſura non diffidat homo, de Deo auxilium humanum requirēdo. Propter Chriſtum ergo pati humana tentatio eſt, p q̄ proficitur apud Deum. Aug. Humana tentatio eſt aliter ſapere, q̄ res ſe habet, & cum bono aīo. Nimis aūt amando ſnīam ſuā, uel inuidendo melioribus vſq; ad p̄cidendæ cōmunionis & condendi ſchiſmatis uel hæreſis ſacrilegium peruenire, diabolica preſumptio eſt. In nullo aūt aliter ſapere q̄ res ſe habet, angelica pfectio eſt. Humana igit̄ tētatio eſt credo, cum quis bono aīo, ſm humanam tn̄ fragilitatem in aliquo labit̄ cōſilio, vel cū irritat̄ in fratrem ſtudio corrigēdi, plus tn̄ q̄ Chriſtiana tranquillitas poſtulat. Et qa homines ſumus, ſed ſpe angeli, qbus in reſurrectione æquabimur, ſi nō eſt in nobis perfectio angeli, non ſit præſumptio diaboli.

*Tentatio humana. †49.diſt.c. hic etenim. De pę di. 2. ca. inter hæc ſciendum. De Trini.li. 12.c.10.in.3.*

*Matt.22.c*

c *Poſſitis ſu.* Qđ fit per humilitatē. Humilitas .n. in omni tētatione cuſtodit, ut illi non crepent in fornace qui non habent uentum ſuperbiæ.

†cōicatio

d *Propter.* Quia ſola ſacra non ſaluāt, & qa qui cadit, punit̄, & quia auxilium Dei non deeſt, fugite ab idolorum cultu. Vel, ne commendent ſapientes idolothita cum offendiculo infirmorum, quib. idololatrę uiderentur. Vel, ne ipſi infirmi idololatræ ſint, & ut fugiatis loquor altum aliquid quaſi prudentibus: & ideo dilig̃ter diiudicate. Vel, modo loquor infirmis, ut ſupra prudentibus.

F

e *Fugite.* Nemo ſit aſſiduus in dolo, nil ſperet de eo. De eo .n. ſperare eſt de Deo dubitare, ut & Saul, qui ad idololatriam rediit, ſperans aliquid de ea.

*1.Reg.28.a*

f *Calix be.* Iō fugiendum a cultura idolorū, quia ut comedens idolothitum unum eſt cum dæmone, ſic per corpus Chriſti unum eſt cum Chriſto. *Calix* .i. communicatio calicis, nonne communicatio .ſ. Chriſti eſt .i. nonne facit nos habere quandam communionem cum uita eius. Vel, Calix benedictionis, non ſolum a Chriſto in cœna eſt benedictus, ſed cui etiā nos ſacerdotes benedicimus.

-& de vno calice

g *Panis quem fr.* Aug. Chriſtus qñ manducatur, uita māducat̄. Sed qs audeat manducare dn̄m ſuum? Et tn̄ ipſe inuitās nos ad manducandum, ait: Qui manducat me, uiuit pp me. Nec occiditur Chriſtus, vt manducetur, ſed mortuos uiuificat, qñ manducatur: reficit, non deficit: uiuit manducatus, quia ſurrexit occiſus. Nec cū manducamus, partes de illo facimus. Eqdem in ſacramento ſic fit. Norunt fideles quemadmodū mā ducauerunt carnem Xp̄i. Vnuſquiſq; accipit partē ſuam, unde & ipſa gratia partes uocat̄. p partes, manducat̄ & manet integer. Totus p partes manducatur in ſacro, & manet integer totus in cælo. Nam & integer totus in corde tuo. Totus .n. erat apud patrem, quando uenit in uirginem impleuit eā, nec receſſit ab illo. Venit in carnem, ut eum homines manducarent, & manebat apud patrem integer, ut angelos paſceret.

*In euan. Io. c.6.trac.26. ante fi. 10.9. Ioan.6.f*

h *Quoniam unus. &c.* Vnus panis unione fidei, ſpei & charitatis: Corpus per ſubminiſtrationem charitatis, quia unum ſumus, & unum ſentire debemus, dicit: ut fides una unum hēat ſenſum & opus. *Quoniam unus panis &c.* Exponit quomodo calix benedictionis & panis fiant accipienti caro & ſanguis Chriſti. Per unitatem enim panis & vnitatem corporis, charitatem oportet intelligi, quæ ſi deſit, iudicium ſibi ſumit qui ſumit. Typice autem unus panis & unum corpus eccleſia Chriſti dicitur, pro eo quòd ſicut unus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur, ſic eccleſia Chriſti ex multis fidelibus charitate copulante connectitur.

*Videte*

---

¶ Quia illi & ſi beneficiis uſi perierunt. ¶ Per bona.

a Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare, uideat

¶ Peccando uel peccare faciendo. ¶ A ſe. a Deo enim ſtat, a ſe cadit qui cadit. ¶ Et ſi fiat, quam permittit Deus, quæ eſt ad probandos bonos & malos puniendos.

b ne cadat. † Tentatio uos non † apprehendat niſi humana. Fidelis au-

¶ Ego uos adhortor. ¶ Verax in promiſſis, qui ſe protectorem electorum ſuorum promiſit. ¶ Pro ſe tribulatos.

tem deus eſt, qui non patietur uos

¶ Ferre, quia uel cadere non ſinit, uel a caſu erigit.

tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed

¶ Qui dat tentanti licentiam, dat tentato miſericordiam. ¶ Augmentum uirtutis.

faciet cum tentatione prouentum,

¶ Ne deficiatis in lucta, ſed vincatis. ¶ Perſeueranter.

ut poſſitis ſuſtinere. Propter quod

¶ Ne per hoc naſcatur in deum tentatio .i. exacerbatio.

e chariſſimi mihi fugite ab idolorū

¶ Altum quid.

cultura. Vt prudentibus loquor,

¶ Diligenter. ¶ Potus ſanguinis per quem benedicuntur participantes.

f uoſipſi iudicate quæ dico. † Calix

¶ .i. quem nos fideles exaltamus credendo & gratias agendo.

benedictionis, cui benedicimus, nōne cōicatio ſāguinis Chriſti eſt?

¶ Participatio panis fracti in altari.

g Et panis, quem frangimus, nonne

¶ Nonne facit nos unum eſſe cum Chriſto.

† participatio corporis domini eſt?

¶ Illius capitis, quod eſt Chriſtus.

h Quoniā unus panis & unū corpus multi ſumus: & omnes quidem de vno pane & de vno calice participa

---

¶ *Nouiſſima hora eſt. igitur ſenſus eſt: Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt .i. in nos qui ſumus in ultima ætate ſeculi. propter quod ex punitionibus præcedentibus debemus corrigi. Alio modo poteſt exponi ita, quòd ly quos, referatur ad tp̄s ueteris Teſtam. & iungatur cum hoc nomine fines. & ſic eſt ſenſus: Scripta ſunt autē ad correptionem noſtram .ſ. antiquorū punitiones. In quos fines ſeculorum deuenerunt .i. ut attendamus qualiter per diuerſa tempora peccatores uitam præſentem miſerabiliter finierunt propter peccata ſua.* G

a Ita. &c. *Hic conſequenter ex prædictis cautos nos reddit di.* Itaque qui. *in Deo propter bona opera. & bene dicit. Exiſtimat quia neſcit homo utrum amore uel odio dignus ſit: poteſt tamē de hoc habere aliquam coniecturā.* †apprehendit

b Videat ne. *ad impulſum tentationis: & propter defectum humanæ fragilitatis. ideo*

c Tentatio uos. *i. non ducat uos in cōſenſum & operationem. ideo tentari non eſt malum, ſed eſt uirtutis exercitium, ſi tentationi viriliter reſiſtatur. propter quod in perſona uiri perfecti dicitur: Proba me Domine, & tenta me.* Pſal.25.a

d Niſi hu. *i. illa tentatio, quæ non poteſt deuitari totaliter ab homine in uita præſenti .ſ. de peccato ueniali. Quod autem tentationi ad peccatum mortale ducenti ualeat homo reſiſtere cum adiutorio Dei, oſtendit di.*

e Fidelis autem. *id eſt promiſſis implendis.*

f Qui non. *quia promiſit adiutorium in tentationibus poſitis, ſi fideliter recurrant ad ipſum. ideo ſubditur:* †poculum

g Sed fa. etiam. *vos totaliter adiuuans, ut ipſa tentatio uobis proueniat ad augmētum meriti per eius ſuperationem. ideo ſubditur:*

h Vt poſſitis. *id eſt tentationibus prævalere.*

i Propter quod. *Hic conſequenter ex dictis concludit propoſitum, ſcilicet quòd participatio menſæ idolorum eſt fugienda. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit ꝓpoſitum. ſecundo oſtēdit qualiter immolatis idolis ſit utendum, ibi: Omnia. Circa primum facit talem rationem. Illud per quod ſeparamur à corpore Chriſti myſtico, & coniungimur diabolo, eſt ſumme fugiendum: ſed participatio menſæ idolorum eſt huiuſmodi, ergo eſt fugienda. Huius rationis primo ponit concluſionem, dicens.* H

k Fugite ab idolorum. *Non ſolum uitando idololatriæ actum, ſed etiam eius occaſiones.*

l Vt prudentibus. *Hic conſequenter ponit dictæ rationis virtutem, oſtendens primo quòd per participationem menſe Domini Chriſto incorporamur. ſecundo quòd per participationem menſæ idolorum ab eo ſeparamur, ibi: Quid ergo. tertio quòd per hoc pœnam meremur, ibi: An æmulamur. Circa primum captat beniuolentiam audientium, vt eius dicta melius recipiantur, di.* Vt pruden. *quia tales ſciunt de dictis iudicare. ideo ſubditur:* Diuiſio

m Voſipſi iudicate. *ideſt aduertite ueritatem eorum, quæ ſequuntur.*

o Calix. *Hic accipitur continens pro contento in calice.*

o Benedictionis. *Tum quia per Dei benedictionem conſecratur. Tum quia percipiens eum deuote benedictionem Dei per augmentum gratiæ conſequitur,*

p Cui be. *nos ſacerdotes. quia licet conſecratio iſta fiat ſola diuina uirtute, tamen ſacerdotes proferunt conſecrationis uerba: non in perſona propria, ſed in perſona Dei. Et quia in hoc ſunt eius miniſtri, ideo pro tanto benedicere dicuntur ſeu conſecrare.*

q Nonne con. *Circa quod ſciendum, quòd eucharistiæ ſacramētum eſt quoddam ſpirituale nutrimentum: & ideo fit ſub duplici ſpecie ſcilicet potus & cibi: quia utrumque requiritur ad rationem nutrimenti perfecti: tamen iſtud nutrimentum ſpirituale contrario modo ſe habet ad nutrimentum corporale: quantum ad hoc, quòd corporale nutrimētum conuertitur in nutritum, ſed hoc nutrimentum ſpirituale conuertit in ſe nutritum, unde dicit Aug. in perſona huius ſacramenti: Cibus ſum grandium, non me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. quia huius ſacramenti perceptio percipientem incorporat ipſi Chriſto: & ideo perceptio huius calicis eſt communicatio ſanguinis Chriſti. & idem ſubditur de corpore.* Lib.7.conf. c.10.to.1.

r Et pa. quem. *Ad dandum fidelibus. Licet enim non remaneat ibi ſubſtantia panis, ſed tantum eius accidentia, nominatur tamen panis propter eius ſpecies remanentes.*

ſ Nonne participatio. *q.d. ſic. modo prædicto. ideo ſubditur:*

t Quoniam unus pa. & unum. *Per hoc enim quod Chriſto incorporamur in hoc ſacramento, efficimur panis unus quodammodo & unū corpus in Chriſto.*

¶ Videte



A a *Vide.* Similitudo eſt ad intelligendum quod ſupra dictum eſt. Q.

b *Nonne qui edunt ho* illas legis .ſ. carnalis Iſrael, *partici. ſunt altaris.* Sunt vtiq;. Sic qui edunt carnem Chriſti ſanguinem eius bibunt, participes eius ſunt. Vel, *Videte Iſra* .i. diſcite homines videntes Deum, qualiter ſe habeant carnalia .i. idololatria. Sicut .n. nos de uno pane & calice participantes ſumus cōformes corpori Chriſti, ſic qui edunt hoſtias idolo oblatas, ſunt participes altaris erroris .i. dæmonis.

c *Quid ergo.* Quia dixi, fugite à cultura idolorum, videor dicere φ *idolis imo. ſit aliquid* magnum. Q. Non hoc dico, ſed potius dico, quod ea, quæ Gentes immolant, dæmoniis immolant: quia in idolo diabolus colitur, q peior eſt idolo. Et quia ab idololatria prohibebat, unde locus iſte ſumpſit exordium, ne putarent ideo non nocere, ſi de ſacrificiis ederent idolorum: quia idolum nihil eſt: confirmauit & idolum nihil eſſe: & ſe non prohibere iſta, ideo quòd idolum ſit aliquid: *ſed quia dæmo. & non Deo imolantur.*

*†De cōſ.d. 2.c. relatū.*

d *Socios fieri dæmo.* Aug. Ad hoc genus etiam pertinent conſultationes & pacta quędam ſignificationum cum dæmonibus placita atque fęderata: qualia ſunt molimina magicarum artium, auſpicum & augurum, atq; ligaturæ & remedia, quæ fiunt in præcantationibus & quibuſdam notis, & quibuſdam rebus ſuſpendendis & illigandis. Nec illi ab hoc genere pernitioſæ ſuperſtitionis ſegregandi ſunt, qui genetaliaci ob natalium dierum conſiderationes, nunc autem vulgò matematici, qui conantur actionum euentus prædicere.

*†Deu.33.c Lib.2. de doc. chriſt.c.20.to.3. Contra Mathematicos. †24.q.2.c. non ſatis †& menſæ †prouocamus*

e *An æmulamur.* Videntur æmulari & inuidere domino, cuius regnum diminuerunt, qui ſcandalo fratrum comedunt. vnde male cedet cum non fortiores. An æmulemur dominum. Zelo inuidiæ Sathanas idololatriam inuenit, vt homines negando Deum, idolis ſeruiant, & creator ſibi cultum debitum perdat.

B

f *Omnia mihi licent.* Poteſtate liberi arbitrii, & doctrina legis naturalis: Non quia omnia liceant etiam illicita, ſed ecce ponamus licere omnia.

*†Pſal.23.a*

g *Omnia.* ſecundum legem naturæ licent: quia omnia munda, de cibis etiam de idolothitis agitur.

h *Licent.* i. præcepto nullo domini prohibentur.

i *Omne quod in ma.* quia licita ſunt, & tamen non eſt utendum eis ſemper, determinat, quomodo liceat edere, uel non edere.

*†30.d. c. ſi quis carnē 23.q.3.c.1*

k *Domini eſt. ter.* Nō poteſt eſſe immūdum quod domini eſt.

*Propter*

---

¶ .i. carnalia legis ſeruantem præcepta, etiam in vmbris ſacrificiorum ſeruientem. ¶ Eſt & Iſrael ſecundum ſpiritum.

a mus. Videte Iſrael ſecundum carnem.

¶ Illas carnalis Iſrael. ¶ Q. Sunt utique. ¶ Ita uos Chriſti.

b nem. † Nōne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Quid ergo? Dico: quòd idolis immolatum ſit ali-

¶ Magnum.

quid, aut quod idolum ſit aliquid?

¶ Infideles.

Sed quæ immolant Gentes, dæ-

¶ Sub regmine idoli occultum eſt miſterium iniquitatis. ¶ In idolo diabolus colitur qui peior eſt idolo. ¶ Alicui. ¶ Ego autem.

mōniis immolant, & nō Deo. † Nolo

¶ Qui fideles. ¶ Quod non eſt niſi conſcientia idoli uel conſcientia fratris qui ſcādalizatur exemplo ueſtro:

d lo autem uōs ſocios fieri dæmoniorum.

¶ Quia.

rum. † Non poteſtis calicem domini

¶ Vniri Deo & dæmoni.

ni bibere, & calicem dęmoniorum: non poteſtis menſæ domini participes eſſe, † & menſæ dæmoniorum.

¶ Ad iram prouocamus idolothita comedentes?

e An † æmulamur dominum? Nun-

¶ Vt ualeamus ei reſiſtere. ¶ Non tamen dico non licitos eſſe hos cibos. ¶ De his dicit quæ ad eſcam pertinent.

f quid fortiores ſumus illo? † Omnia

¶ Adiuuant me, in curſu ſed magis impediunt.

mihi licent, ſed non omnia † expedi-

¶ Idem aliter infringit. ¶ Quia comedens idolothitum ſcandalum facit proximo.

g unt. Omnia mihi licent, ſed nōn omnia

¶ Proximos. ¶ Et ideo.

omnia ædificānt. Nemo quod ſuum

¶ Tantum. ¶ Vt eum ædificent.

i eſt quærat, ſed quod alterius. Omne

¶ Venditur. ¶ Si uultis.

quod in macello uenit, manducate,

¶ Sed an idolothitum ſit uel non.

nihil interrogantes propter con-

¶ Aſtantis infirmi. ¶ Manducate quia. ¶ Omnia quibus terra impletur.

k ſcientiam. † Domini eſt terra & ple-

¶ Item. ¶ Ad cœnam.

nitudo eius. Si quis uocat uos infidelium, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. † Si quis autem dixerit, hoc immolatum eſt idolis, noli-

---

*materia idoli ſit res aliqua & etiam dæmon.* C

h Nolo a. uos ſo. ſi d. *dolis immolando, uel idolothita in uenerationem idoli comedendo, uel etiam comedendo indiſcrete, infirmos fideles ſcandalizando, ut ſupra dictum eſt. Vel etiam Gentiles in errore ſuo per talem comeſtionem confirmando, ut poſtea magis exprimitur.* Cap.8.

i Non poteſtis calicem Domini bibere. *ſ. digne qui unit nos Chriſto.*

k Et calicem demo. *aliquo dictorum modorum, in quibus eſt mortale peccatum, ſeparās nos à Chriſto: ideo ſubditur:*

l Non poteſtis men. domi. par. eſſe. *per augmentum gratiæ: quod eſt effectus ſacramenti euchariſtiæ.*

m Et men. dæm. *per cuius participationem incurritur mortale peccatum gratiæ corruptiuum.*

n An æmula. *Hic conſequenter ponitur huius participationis pœna, cum dicitur.* An æ. *ideſt prouocamus eum ad iram per talem participationem. q.d. ſic. quia ſeparamur ab eo & coniungimur eius aduerſario .ſ. diabolo. quoniam ira eſt appetitus uindictæ. ideo per hoc incurrimus pœnam à Deo inferendam. Et ſi dicatur, quòd poterimus eam euadere, hoc conſequenter excludit dicens.* †Deu.32.c

o Nunquid for. ſu. il. *q.d. non: quia uirtutis eſt infinitæ, & ſic non poterimus ei reſiſtere.*

p Omnia. *Hic conſequenter oſtendit qualiter immolatis idolis ſit utendum. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo quaſdam concluſiones inducit, ibi: Siue ergo manducatis. Prima adhuc in duas: quia primo oſtendit qualiter ſit utendum coram infirmis fidelibus. ſecundo coram Gentilibus, ibi: Si quis uo. Et ſenſus primi patet ex ſupradictis. Comedere idolothita non eſt illicitū de natura rei. tamen illicitum eſt comedere cū ſcandalo infirmorum, & hoc eſt quod dicit Apoſtolus:* Oīa mi. li. *i. idolothitum comedere eſt mihi licitum de ſe.* Diuiſio. Sup.8.c †Eccl.37.a †conducūt

q Sed non om. ex. *mihi ad ſalutem. ſed magis impediunt eam. utpote ſi manducauero idolothita infirmum ſcienter ſcandalizando: quia hoc inducit contemptū fraternæ ſalutis: quod eſt contra charitatem proximi.* D

r Omnia mi. li. li. *i. cibaria in lege prohibita ſunt mihi licita.*

ſ Sed non om. ædi. *ſ. proximum ſed magis deædificant aliquando. In primitiua .n. eccleſia conuerſi de Iudaiſmo, & adhuc infirmi ſcandalizabantur de tali comeſtione. propter quod in eorum præſentia ſaltem erat ad tempus abſtinendum: ideo ſubditur:*

t Nemo &c. quærat. *ſ. quod ſibi placitum eſt in talibus.*

u Sed qđ al. *abſtinendo & euitando ſcādalum ipſius. Et conſequenter oſtendit qualiter comedere idolothitum ſit licitum, dicens:*

x Omne quod in ma. ue. *i. uenditur communiter omnibus.*

y Manduca. *tanquam licitum ex ſe: ueruntamē poteſt fieri illicitum propter ſcandalum infirmorum: ideo ſubditur:*

z Nihil inter. *i. utrum immolatum ſit idolis aut non.*

a Propter con. *ſ. fratris aſtantis infirmi, ut dicit glo. qui ſcandalizaretur ex tali comeſtione credendo quòd fieret in uenerationem idoli, ſi comederet idolothitum poſt talem certificationem. Sed quòd ante poſſit comedere licite probat per pſalmum xxiii.a.*

b Domini eſt terra & plenitudo e. *i. animalia terram replētia, & per conſequens de ſe ſunt munda: quia domini nihil eſt immundum, nec immundiciam contrahunt per idolum.*

c Si quis. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter utendum ſit idolothitis coram Gentilibus, dicens:* Si quis uo. uos infi. *ex aliqua familiaritate & amicitia licita.*

d Et uultis ire. *q.d. uobis licet, quia non præſumitur, quòd ex tali vocatione uelit nos ad infidelitatem ſuam trahere. imo frequenter factum eſt, quòd firmi in fide ſic uocati trahebant uocantes ad fidem.*

e Omne quod uo. ap. man. *tanquam nobis licitum: quia tamen poteſt fieri per accidens illicitum, ideo ſubditur.*

f Nihil interrogantes propter conſcientiam. *Et cuiuſmodi ſit conſcientia, exprimetur poſtea.*

g Si quis autem. *ſ. Gentilis.*

h Dixerit, hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare. prop. il. qui in. *qui crederet nos comedere in uenerationem idoli, ſicut ipſe.*

¶ Et propter

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Videte. *Hic conſequenter declarat, quod dictum eſt per exemplum de ueteri Teſtamento acceptum: in quo ſacerdotes de hoſtiis oblatis in altari uiuentes dicebātur participes altaris. & hoc eſt quod dicitur:* Videte Iſrael ſe. car. *i. ſecundum obſeruantias ueteris legis, quæ dicuntur iuſticiæ carnis.*

*Hebr.9.*

b Nonne qui edunt &c. *quaſi dicat ſic & ex hoc concluditur a ſimili quod percipientes corpus & ſanguinem Chriſti, efficiuntur participes ipſius modo dicto.*

c Quid ergo? *Hic conſequenter oſtendit, quòd per participationem mēſæ idolorum efficiuntur homines participes dæmoniorum. & per conſequens à Deo ſeparantur. dicit igitur:* Quid ergo di. *id eſt quòd oblatū idolis ex hoc contrahat aliquam ſanctificationem uel mundiciam.*

d Aut quod ido. *q.d. non dico hoc, ſed magis contrarium, ut patet ex ſupradictis.*

*Cap.8.*

e Sed quæ immo. *i. ſed dico quod immolata idolis a Gentibus.*

f Dæmoniis immo. *Tum quia dæmones ad hoc inducebant: Tum quia in idolis reſponſa dabant.*

g Et non deo. *ſ. uero. quod tamen erronee Gentiles æſtimabant idola colentes. propter quod idolum nihil eſt, ut oſtenſum eſt ſupra. viii. cap. licet*

*materia*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Propter il.* Quia qui idolis ſeruit, per hoc gloriabitur & con E firmabitur in errore, & fratribus malum datur exemplum.

b *Vt q.e.li.* Q quid opus eſt, vt putet cauſa venerationis edere? Iudicor.n non diſtare ab idololatra. *Vt quid li.* pro alio dimittendum eſt, quia aliter de licito damnabilis eſſem, & de actione gratiarũ vituperarer ab imperitis, qui putarent me ſentire idolum aliquid magnum eſſe

c *Siue er.m.* Non ſolum ergo vox tua ſonet laudes Dei ſed ẽt opera tua cõcordent cũ voce tua. Cũ.n. uoce cantaueris, ſilebis aliqñ vita. Sed ſic canta, ut nũq̃ ſileas. Si.n. ore clamas, & fraudem cogitas ſiluiſti à laude Dei: & qđ grauius eſt, in blaſphemiã perrexiſti. Cum.n laudat Deus de bono opere tuo, laudas Deum: & cũ blaſphemat Deus de malo ope tuo, blaſphemas Deũ. Si ergo qđ mãducas & bibis ad refectionẽ corpis ſumis, repationẽq; mẽbrorũ, gratias agẽs ei q tibi tribuit mortali & fragili iſta ſupplementorũ ſolatia, cib. tuus & potus laudat Deũ. Si verò modũ naturę debitũ immoderatione voracitatis excedas, & uinolẽtia te ingurgites, q̃taslibet laudes Dei lingua tua ſonet, vita blaſphemat.

d *Eccleſiæ D.* q̃tum ad infirmos, quib. fiunt offendicula, dum eorum exẽplo adhærent his, quæ inimica ſunt Deo.

e *Omnib.pl.* Qui hoib. pp veritatẽ placet, iam nõ ipſe illis, ſed ueritas placet. pp ſeipſũ placet hõ, ſupbia eſt & hoc eſt qđ alibi dixit: Si hoib. placerẽ, ſeru⁹ Xpi nõ eſſẽ. Sed nunqđ placebat p ſecutorib. ſuis. Placebat oĩ gñi hoĩm, quod Xpi congregabat eccleſia, ſiue iã intus poſitis ſiue itroducẽdis in eã.

*Domini ſiquidẽ eſt terra & plenitudo eius

†maledicor †Col.3.c

Gal.1.b

a ¶Non quia immundus ſit cibus, ſed. b ¶Ne te credat edere ſub ueneratione idoli, & glorietur, in ſupſtitione ſua.

a te manducare propter illum qui iu-

¶Aliorum ut iam mox determinat.

dicauit, & propter conſcientiam. * a

¶Quæ firma.

Conſcientiam autẽ dico non tuam, b

¶Infirmi.

b ſed alterius. Vt quid enim libertas c d

¶De eo q libere licet damner propter alium, qui aliquid inde ſuſpicatur impium.

mea iudicatur ab aliena conſciẽtia?

¶Gratias agendo Deo.

Si enim ego cum gratia participo, e

¶Cur cado in blaſphemiam imperitorum?

†quid blaſphemor pro eo quòd gra f g

a ¶Et quia hæc contingunt inde mala.

c tias ago? † Siue ergo manducatis, ſi- h

¶Si hæc recte fiunt laus Dei ſunt.

ue bibitis, uel aliud quid facitis, o- i k

a ¶Laudem cum inuocatione creatoris.

mnia in gloriam Dei facite. † Sine l

a ¶Scandalo. b ¶Qui abhorrent idola. ¶Quæ non ſic arguuntur, ſed in ſuo errore confirmantur.

offenſione eſtote Iudæis & Genti- m

d bus eccleſiæ Dei: ſicut & ego per o- n

¶Sine ſcandalo cuiuſquam agens.

e mnia omnibus placeo: Non quæ- o

¶Tantum. ¶Non terrenum utile.

rens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalui fiant. p

*gloriatur de ſua ſuperſtitione, & firmabitur in illa magis quam ante. ideo ſubditur.* G

d Vt quid.n.li. *q.d. non eſt rationabile, quòd ego ſic abutar libertate comedendi talia, q per hoc iudicer Gentibus ſicut idololatra.*

e Si enim e. *i. comedere poſſim talia cũ gratiarum actione in ſecreto.*

f Quid blaſphe. *i. quare expono me blaſphemijs Gentilium iudicantium me idololatram, comedendo coram eis?*

g Pro eo quòd gra. ago. *i. pro comeſtione quam poſſum licitè facere cum Dei gratiarum actione in eorum abſentia. q. d. merito reprehenſibilis eſſem ſi talibus iudicijs infidelium & blaſphemijs me exponerem.*

h Siue ergo. *Hic ex prædictis infert concluſiones duas. Prima eſt reſpectu Dei, cum dicitur:* Siue er.man.ſiue bi. *Quod immediate pertinet ad ſuſtentationem corporis.*

i Vel aliud q.fa. *quantum ad alia negocia vos contingentia.*

k Omnia in glo. Dei fa. *Tota.n. creatura ordinatur ad Deum, ſicut exercitus ad ducem, ut habetur xij. Metaph. Exercitus autem bene ordinatus primo & principaliter quærit gloriam ducis quod eſt victoria. Et eodem modo omnis creatura & potiſſime rationalis in omnibus operibus ſuis primò & principaliter debet quærere gloriam conditoris. ſicut etiam videmus, q manus naturaliter ſe exponit abſciſioni pro conſeruatione capitis, præponens eius bonum proprio bono ſuo.*

l Sine offen. *Hic ponitur ſecunda concluſio quæ eſt reſpectu proximi, dicens:* Sine offenſione e. Iudæis. *i. manentibus in Iudaiſmo.*

m Et Gen. *i. in Gentilitate exiſtentibus.*

n Et eccleſiæ Dei. *i. credentib. tam ex Gentibus quàm ex Iudæis: condeſcendendo omnibus, quãtum fieri poteſt ſine peccato; quia per talem condeſcenſionem conuerſi ex iſtis vel illis in fide magis ſtabiliuntur, & non conuerſi ad fidem attrahuntur, & ad hoc proponit ſe in exemplo, di.* Sicut & ego. *& ſubdit rationem dicens:*

†tales eſtote vt nulli præbeatis offendiculum

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et pro.con. *Et oſtendit cuius. ſ. conſcientiam, di.*

b Con.au.di.non tu. *Quia tu ſcis cibum de ſe licitum. loquitur.n. Apo* F *ſtolus talia ſcientib. unde ſupra dixit: Vt ſapientibus loquor &c.*

c Sed alteri. *ſ. Gentilis iudicantis illud immolatum eſſe idolis, vel aſſiſtentis iudicanti: quia uidens peritum in lege Chriſtiana talia comedere, gloriatur*

o Non quær.q.mi.uti.eſt. *i. proprium bonum. ſed commune: quia quanto bonum eſt communius, tanto diuinius & deſiderabilius: & maxime reſpectu ultimi finis conſequendi, quod eſt in propoſito. ideo ſequitur:* H

p Vt ſal.fi. *æternaliter.*

## GLOS. ORDI. CAP. XI.

a *Mitatores mei.* Sunt gradus in eccleſia maiorum & minorum vt illi exemplo præcedant, hi imitatione ſequantur. Sed & qui pręcedunt, ſi neminẽ ſequunt, errabũt, ſequunt ergo aliquẽ. i. Chriſtum.

b *Lau.&c.* De velationibus in quibus arguit illos ſuas traditiones non ſeruãtes, quia illorum aliqui uiri uelato capite, & aliquę mulieres non uelato capite orabant aut prophetabant. unde & ſuccenſet eis Apoſtolus, quia cũ eſſet eis Apoſtolus, immemores erãt traditionum eius. Quaſi etſi de aliis culpo, laudo de hoc. ironia. Et iõ quaſi nunc primum dicit. Volo autem.

☞ *Viri*

†Sup.4.d

## CAP. XI.

¶Et in hoc. ¶Vt nullũ defendatis.

a † Mitatores mei e-

¶Et per me Chriſti.

ſtote, ſicut & ego b

¶Qui nullum offendit, ſed omnes ſaluare uenit.

b Chriſti. Laudo au- c

tem uos fratres, q

¶Meæ autoritatis.

per omnia mei memores eſtis: & d

¶Tam perfecte.

ſicut tradidi uobis præcepta mea te-

¶Vtile ad ſequentia.

netis. † Volo autem uos ſcire, quòd e

b Sicut & e.Chri. *Quia ſubditi non tenentur prælatis obedire inquantum deuiant a Chriſto.*

c Laudo autem uos fra. quòd per. *Hic conſequenter ponitur diſpoſitio Corinthiorum circa dictam monitionem: inter quos erant aliqui boni dolentes de contentionibus aliorum, ut dictum eſt ſupra & ſcđm hoc uerbum Apoſtoli intelligitur dictum ſerioſe, cum dicitur:* Laudo autem uos fratres &c. mei eſtis. *exempla mea fideliter imitando.*

d Et ſicut tradidi uobis &c. *humiliter obediendo. Alij autem erant contentioſi & male ordinati: & ſecundum hoc uerbum Apoſtoli intelligitur ironice. cuius ſẽſus literalis accipiendus eſt per contrarium, ſicut ſenſus parabolæ per ſimile. & ſic eſt ſenſus:* Lau. autem uos. &c. *i. uitupero uos, quia nec imitamini me exemplis nec præceptis meis obeditis. Et hoc ſecundo modo exponit Glo. cui cõſonare magis uidetur ſequens litera.*

e Vo.au. *Hic cõſequẽter Apoſtolus accedit ad propoſitum docendo Corinthios de ſacramento eucharistiæ. & diuiditur in tres partes: qa primo redarguit errores eorũ circa huius ſacramẽti celebritatẽ. ſcđo declarat huius ſacramẽti dignitatẽ, ibi: Ego ſũ. tertio docet ritũ cõuenientẽ, ibi: Itaq; fra. Prima adhuc in tres: quia primo reprehendit errorẽ eorũ circa habitum. ſecũdo circa conuictum, ibi: Hoc autem præcipio. tertio circa cibũ, ibi: Conuenientibus igi. vo. Prima adhuc in duas: quia primo ponit quoddam documentum, ex quo reprehenſio ſequens ſumitur. ſecundo monitio ſubditur ibi: Omnis autem uir. Circa primum ponit triplicẽ comparationẽ. prima eſt hominis ad Xpm qui eſt caput hoĩm: ideo hoĩes comparantur ad ipſum, ſicut mẽbra ad caput & hoc quadruplici rõne. Prima accipitur ex perfectione: quia ſicut in capite ſunt oẽs ſenſus ſolo tactu exiſtente in alijs membris, ſic in Chriſto eſt gratiæ plenitudo, Io. 1. Vidimus eum quaſi unige. a pa. ple. gratię & ueritatis. in alijs aũt hoĩb. ſunt gratiæ ſingulares, ſicut dicitur cap. ſe. Alij p ſpiritum datur ſermo ſapiẽ, alij ſermo ſciẽ & c. Scđa accipitur ex eminẽtia: quia ſicut caput ſupereminet cæteris mẽbris. ſic ẽt Chriſtus ſupereminet non ſolum hoĩb. ſed ẽt angelis. Cõſtituẽs eũ ad dexterã ſuã in cæleſtib. ſuper oẽm prin. &*

Diuiſio

## NIC. DE LY. CAP. XI.

*I* Mitatores mei &c. *Poſtquã Apoſtolus remouit a fidelibus illud qđ eſt contrarium eucharistiæ ſacramento. ſ. participationem menſæ idolorum, hic conſequenter eos inſtruit de ſacramento eucharistiæ. Circa quod primo punit præambulũ. ſecundo accedit ad propoſitum declarandum, ibi: Volo autem. Prima in duas: quia primo ponit quandam generalem monitionem. ſcđo circa hunc oſtendit Corinthiorũ diſpoſitionem ibi: Laudo aũt. Circa primum ſciendum, q inferiora naturaliter imitantur ſuperiora, & in hoc conſiſtit perfectio eorum. Primum aũt exemplar imitationis uerum eſt filius Dei. Omnia per ipſum facta ſunt. propter qđ oĩm pfectio conſiſtit in imitatione huius exemplaris; & quia non poterat a nobis uideri in ſua deitate, factus eſt homo, vt nobis hominibus humanum pręberet exemplar uiſibile. Et ſicut deitatis eius exemplar imitantur primo angeli, & ſecundo cæteræ creaturæ. ſic humanitatis exemplar primo prælatis eccleſiæ præponitur imitandũ. Iob. xiij. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego fe. & c. hoc.n. dictum fuit apoſtolis, quorum ſucceſſores ſunt epi. Scđo plati Chriſti exemplo informati proponuntur fidelibus in exemplum. ideo dicit Apoſtolus:* Imitatores mei eſtote. *qui ſum ueſter apoſtolus, ut dictum eſt ſupra.*

† De ſacra unctione. c. vnico. de hæreticis. c. vergẽtis.

Diuiſio

21. diſt. c. in nouo teſtamento. Supra. 9.

Sicut

¶ poteſtatem



a *Viri &c.* Vel nomine viri intelligitur hic ſpiritus, nõ ille ſpi A rituſſanctus q cũ patre & filio immutabilis manet, & dignis aĩs icõmutabiliter datur. Sed ſpũs hoĩs, q quaſi aĩæ maritus, aĩalẽ affectionẽ tãq̃ cõiugẽ regit. đ quo dicit Apl's, Nemo ſcit q̃ ſũt hoĩs niſi ſpũs. de quo & dñs ait mulieri Samaritanę. Vade voca virum tuum. Hic ergo ſpiritus cum præſens eſt. i. intentus eſt, ſe Deo ſubiicit pietate, intelligit ſpiritualiter quæ ſunt domini luce ſapientiæ illuſtratus. Huius viri.

b *Caput Chriſtus eſt*, quia ſpiritus hominis regitur a ſapientia Dei, quæ Chriſtus eſt, in quo ſicut in capite ſunt omnes ſenſus ſpirituales. i. plenitudo gratiarũ, de qua accipit uir iſte: p hoc aũt ẽ vir caput mulieris. i. rector aĩalitatis, q̃ regit a ſpũ tãquã mulier a viro. *Caput ui.* In quo hẽt oẽs ſenſus ſpũales, ſicut in capite corporales. Et qa uiri caput eſt Chriſtus ſine alio mediante, & p Chriſtũ Deus in ſignũ libertatis non hẽt uelũ, qđ eſt ſubiectionis ſignum.

c *Ca.ue.* Pater, qa filius a patre ẽ & de pr̃e, nõ pater a filio vel de filio. Ille huius principium, unde & caput eius dicitur, *Vel Deus.* i. diuina eſſentia vel trinitas, caput Chriſti ſcđm q homo, quia diuinitas vtpote creatrix caput eſt creaturæ aſſumptæ.

d *Orans.* quia in aliis vbi opus eſt, põt valere, ſed nõdũ ſuo iudici ſe offert & colloquitur, vbi conditionem ſuam neceſſe eſt profiteri.

e *Decaluetur.* Decaluari mulierem quantum ad apoſtolatum turpe, detonderi quantum ad ipſam.

f *Quoniam ima.* Imago & ſimilitudo pro ſe inuicem accipiuntur, ſed tamen in hoc proprie eſt ſimilitudo animæ cum Deo quod incircunſcripta, quod ubique tota & ſimul.

☞ *Quoniam ima.*

Sap. 2.c Ioan. 4.c

a ¶Dominus quia per eum creatus. ¶Rector

a b omnis uiri caput Chriſtus eſt. † Ca- a

a ¶Quia ex eius coſta, ſed uirtute Dei.

c put autem mulieris uir. Caput uero

a ¶Trinitas, ſecundum quod homo. ¶Pater, ſecundum quod illius a patre. b ¶Ideo. c ¶Etiam potens uel ſapiens. d ¶Aliquid a Deo.

d Chriſti Deus. Omnis uir orans, aut b c

¶Scripturas referans. b ¶Quaſi non liberæ mentis. b ¶Quia turpe eſt illud facere uelato capite.

prophetans uelato capite, † deturd

a ¶Quia uir caput mulieris. ¶Quæ inferior & ſubiecta uiro.

pat caput ſuum. Omnis autem mu- e

a ¶Sine ſigno ſubiectionis, quam debet uiro, quaſi nihil ſit medium ad Deum.

lier orans aut prophetans nõn uelato capite, deturpat caput ſuum.

a ¶Et uere. b ¶Tantundem eſt ad turpitudinem.

e Vnum eſt enim ac ſi † decaluetur. f

a ¶Non velata decaluetur, quia aut decaluabitur aut tondebitur, quod conſtat eam nolle. ¶Et decaluetur vel etiam tondeatur, ſed. Si turpe eſt.

h Reus e. c. & ſ. d. *Gl. pęnas mortis Xp̄i exoluet. i. punietur ac ſi Chriſtū occiderit. Quod non eſt intelligēdū ſcd̃m æqualitatē. ſed ſcd̃m quandam ſimilitudinem. Maius. n. peccatū eſt agēdo contra humanitatē Chriſti in ſpecie propria q̄ in aliena, quia hoc eſt contemptibilius & horribilius. Item quia Iudæi occidentes Chriſtum moti fuerunt ex odio & inuidia q̄ notabiliter aggrauauerunt peccatū. Alio modo accipitur indignitas ex parte ſumentis ex defectu deuotionis, ut pote quia diſtracta mente ex occupatione temporalium accedit ad hoc ſacramētū: habitualiter tamen retinet debitā reuerētiam. Et talis indignitas non facit ſumentē reū corporis & ſanguinis domini, impedit tamē fructū ſacramēti ſaltē ī pte. Cōtra dicta arguūt aliq dicentes, ꝙ pctōres actu poſſunt accedere ad hoc ſacramentū, ſicut infirmus actu ad medicamentum. Sed hoc nō valet, qa ſicut baptiſmus datur ad regenerandū in uita ſpirituali, ſic euchariſtia ad nutriendum regeneratum. nihil aūt nutritur niſi uiuum. 2. de anima. propter quod in ſumentibus hoc ſacramentum requiritur vita gratiæ*

parnum ſit, mortale, ſi uerò diſplicet, nullum iudicatur.

E a *Probet au ſeip.* Si pctã ſint quotidiana, uel non ſunt mortifera: & dimittatur confratri acceſſurus ad altare, & dicat. Dimitte nobis &c. Et ſic ſecurus accedat & de pa.il.e. & de ca.bi. Q. vide ſi dimittas. Nam ſi non dimittis, mentiris: & ei mentiris quẽ non fallis. Mentiri Deo potes, fallere non potes. Aug. Indigne accipit, ſi tunc accipit cum debet agere pniam: ergo prius ſe iudicet & ſeueritate pniẹ ſe exerceat, ut à ſe ipſo iudicatus, & nõ iudicetur à dño. Ceſſat.n.vindicta diuina, ſi cõfeſſio præcurrat humana. Quẹritur an quotidie ſumenda ſit eucharistia, an eligendi ſint dies: quibus homo purius continentiuſq; viuens ad tm̃ ſacrum dignius accedat? Huic qõni recte rñdet, q monet, ut præcipue in Xp̃i pace permaneat: & vt quiſq; faciat, qđ ſm fidem pie credit eſſe faciendũ. Nã & Zachẹus & Centurio, cũ alter Xp̃m in domũ ſuã gaudens receperit: alter verò dixerit: Nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meũ: ſaluatorẽ honorificauerunt, licet diuerſo mõ, & quaſi cõtrario mõ. Ad hanc ẽt ſimilitudinẽ ualet q in antiquo populo vnicuiq; piorum mãna ſm ꝓpriã volũtatẽ in ore ſapiebat: ſic in ore cuiuſq; Chriſtiani Chriſti corpus vel quotidie vel certis dieb. ſumptum. Nã aliquis honorando nõ audet quotidie ſumere. Et alius honorando, non audet ullo die pretermittere. Contemptum ſolum, non vult ille cibus ſicut manna faſtidium.

Matth. 6. In euan. Io. c. 1. tract. 6. poſt med. et c. 6. tra. 26. poſt me. c. 9. Luc. 19. a. Matt. 8. a. Exod. 16. c.

b *Ind. ſi. m.* Quæritur quõ hoc, cum dñs dicat: Qui manducat me, ipſe uiuet ꝑ me? Sed duo ſunt modi manducandi. Vnus ſacr̃alis, quo manducãt tã boni q̃ mali. Alius ſpiritualis, quo ſoli boni. Et hoc eſt non ſolum Xp̃m manducare & in ſacr̃o eius corpus accipere, ſed in ipſo manere, & hr̃e ipſum in ſe manentem. Spũaliter.n. manducat, qui in vnitate eccleſiæ quam ipſum ſacr̃m ſignãt, manet. Nam qui diſcordat à Chriſto, nec carnem Chriſti mãducat, nec ſanguinem bibit, & ſi tantæ rei ſacr̃m ad iudicium quotidie ſumat. De qua etiam dicit Aug. Vt quid paras dentem & uentrem? crede & manducaſti.

Io. 6. f. Manducãdi ſacramenti modus duplex.

F

c Hoc ſit ad correctionem aliorum.

d *Dum iud. au. à do.* Eiſdem qui patiuntur etiam pœna eſt aliqñ purgatio, vt prophetæ. Addo qui prohibitus comedit: qui uiuus potuit terreri uel contriſtari de eo, quod non erat ſenſurus mortuus. Dictum eſt.n. ei: Non inferetur cadauer tuum ſepulchro patrum tuorum. Et per hoc inobedientia prophetẹ puniri potuit, ne ad ſupplicium tartareum eius anima raperetur.

3. Reg. 13. e. 2. Par. 12. d.

e *Corripimur.* in paucis omnium emendatio, quia timore pœnæ noſtræ alij emendantur.

f *Inuicem expe.* Ambr. Vt multorum oblatio ſimul celebretur. & omnibus miniſtretur.

In epiſt. ad Cor. 1. c. 11. par. ult. a. 5.

¶ Examinet. b ¶ Deuote accedendum quia dominus eſt, et gloriam uideamus reddere redemptori.

a † Probet autẽ ſeipſum homo, ẽt ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

a ¶ Nam. b ¶ Aliter.

† Qui enĩm manducat & bibit indi-

a ¶ Damnationem. b ¶ Non ſibi. ¶ Tolera malum bonus, ut uenias ad præmia bonorum. & Iudas cum Petro conuerſari potuit, coinquinare non potuit.

b gne, iudiciũ ſibi manducat & bibit d

a ¶ Per hoc quia. b ¶ Ab aliis cibis, ſed indiſcrete & negligenter ſumit. c ¶ Quia indigne ſumunt.

c non diiudicãs corpus domini. Ideo e f

a ¶ Hoc eſt imago futuri iudicii, ut hinc diſcant non in uanum eſſe. b ¶ Febribus & aliis infirmitatibus. c ¶ Longa inualitudine.

inter uos multi inſirmi & imbecilles g h

a ¶ Moriuntur. b ¶ Ita hæc mala ex indigna ſumptione ueniunt, Sed.

& dormiũt multi. † Quia ſi nõſmet i K

a ¶ Penitendo. b ¶ Puniremur.

ipſos diiudicaremus, nõ utiq; diiudi- l

a ¶ Sed nec iudicium aliis inutile.

d caremur. Dum iudicamur autem a m

a ¶ Secundum alios.

e domino corripimur, ut non cũ hoc n o

a ¶ Cum amatoribus mundi. b ¶ Q. Infidelis eſt qui inconſiderate accedit. c ¶ Ne ſimilis pœna uobis contingat.

mũdo dãnemur † Itaq; frãtres mei p q

¶ Ad ſimilitudinem dominicæ cœnæ.

f cũ conuenitis ad manducandũ, inui- r s

¶ Ieiuni. ¶ Sed. a ¶ Suos cibos, nec poſt eucharistiam ſumat. ¶ Terrenis paſcatur.

cẽ expectate. Si q̃s eſurit, domi mãn- t u

ducet, ut nõ † in iudiciũ conueniatis. x

a ¶ De eodem, ſed hæc carere non poteſtis.

Cætera autẽ cũ uenero, diſpõnam. y z

præponitur timori: ideo frequentatio huius ſacramenti eſt ſimpliciter melior: Veruntamen quod eſt ſimpliciter melius, non eſt ſemper melius quantum ad aliquem propter eius indiſpoſitionem. Propter quod quilibet debet diligenter conſiderare in ſeipſo quem effectum habeat huius ſacramenti frequens ſuſceptio: quia ſi hoc creſcit feruor deuotionis & potentia reſiſtendi peccatis, frequentandum eſt hoc ſacramentum: ſi autem non, rarius eſt ſumendum. G

f Ideo.in. u. *Hic conſequenter manifeſtat quoddam dictum. ſ. quòd ſumens indigne iudicium ſibi manducat & bibit. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd ſi Deus omnia mala præſentialiter puniret, nihil futuro iudicio reſeruaretur. Iterum ſi nulla mala puniret in præſenti, eius prouidentia nulla hominibus videretur. Neutrum eſt conueniens: ideo aliqua reſeruat futuro iudicio punienda, & aliqua punit in præſenti. Et maxime circa principium legiſlationis videtur conueniens talis punitio, vt ex terrore alij inducantur ad obſeruantiam: Sicut Exo. xxxij. dicitur, poſt legiſlationem immediate multa millia hominum occiſa fuerunt in vituli conflatilis adoratione. Et ſimiliter in primitiua eccleſia poſt lationem legis nouæ per Chriſtum Ananias & Saphira puniti fuerunt ſubitanea morte pro peccato furti & mendacij, vt ex terrore alij a conſimilibus cauerent. Et ſimiliter in primitiua eccleſia fuerunt multi puniti terribiliter ex eadem cauſa, propter indignam ſuſceptionem huius ſacramenti, & per hoc manifeſtatur iudicium Dei, propter quod dicitur:* Ideo. *propter indignam euchariſtiæ ſumptionem.*

† 11. q. 3. c. ac mẽtam. §. euidẽter † Ioan. 6. f. 1. q. 1. c. p Iſa. De cõ. ſe. diſt. 2. c. & ſancta. &c. ſicut Iudas. † De pę. d. 1. c. tres. Act. 5. † De cõ. di. 2. c. liqdo.

g Inter uos mu. in. *i. puniti diuinitus infirmitate corporali.*

h Et im. *longa valitudine laborantes.*

i Et dor. mu. *ſomno mortis corporalis: à Deo ſubito interfecti.*

† ad condemnationem

K Quod ſi noſm. di. *conſcientias noſtras examinando & purgando ante ſumptionem ſacramenti.*

l Non uti. di. *i. punirentur a domino per modum talem. Notandum vero q Apoſtolus in hoc iungit ſe alijs, non quia eſſet culpabilis ſed oſtendens ſe iunctum eſſe cum eis charitate.* H

m Dum iu. au. a do. *i. punimur dicto modo.*

n Corripimur. *quia talis pœna ad correctionem inducitur: Et hoc dupliciter. Vno modo ad correctionem non punitorum, quando punitio eſt ad mortem corporalem. Alio modo ad correctionem punitorum & etiã non punitorum. ſ. quando punitio eſt ꝑ infirmitatem & imbecillitatem.*

o Vt non cum h. m. *i. cum hominibus mundane uiuentibus.*

p Damnemur. *ſ. ęternaliter.*

q Itaque. *Hic ultimo concludit Apoſtolus intentum reducendo fideles ad debitum modum. d.* Itaque fr. m. cũ con. *in eccleſia.*

r Ad man. *i. ad ſumendum hoc ſacramentum.*

s Inuicem ex. *vt ſimul ſumatis, quia ſacramentum eſt eccleſiaſticæ unitatis.*

t Si quis eſ. *non potens hoc expectare.*

v Domi man. *cibos ſuos communes, poſt modum tamen euchariſtiam non ſumpturus eodem die, poterit tamen in alia. Communicabant enim fideles communiter quotidie in primitiua eccleſia.*

x Vt non in iu, con. *i. ad damnationem veſtram.*

y Cætera au. c. ue. *ad vos.*

z Diſponam. *Ex quo patet, quod eccleſia multa tenet ex ordinatione Apoſtolorum, quæ tamen in ſacra ſcriptura non habentur expreſſe, propter quod ſequenda eſt conſuetudo eccleſiæ.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Probet autem. *Hic conſequenter adhibet remedium contra dictum periculum. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit propoſitum. ſecundo, declarat quoddam dictum, ibi: Ideo. Circa primum dicit:* Probet autem ſeipſum homo. *propriam conſcientiam diligenter examinando & emendando.*

Diuiſio

b Et ſic de pa. il. edat &c. *i. tunc fructuosè poteſt hoc ſacramentum ſumere. Fit autem hic mentio de duplici ſpecie. nam in primitiua eccleſia ſic dabatur fidelibus: ſed propter periculum effuſionis ſanguinis, modo datur tantum ſub ſpecie panis. Sacerdos tamen celebrans accipit ſub vtraque ſpecie, non tantum pro ſe, ſed etiam pro alijs.*

c Qui enim. man. & bib. indi. *modo ſupradicto.*

d Iudicium ſi. man. & bib. *i. ad ſuam condemnationem ſumit.*

e Non diiudicans cor. do. *i. non diſcernens ab alijs cibis, ſumens eodem modo ſicut alios cibos. Sed contra hoc uidetur quod dicitur Ioh. vi. f. Qui manducat me, uiuet propter me. Ad quod dicendum, q intelligitur de digne manducantibus tantum. Sciendum etiam, q ex hoc verbo dicũt aliqui, quòd hoc ſacramentum eſt frequenter ſumendum ad uitam gratię continuandam & augmentandam. Alij autem attendentes dignitatem ſacramenti & indigne ſumentium periculum, dicunt quòd rarius eſt ſumendum. Aug. autem neutrum uituperat, quia utrumque bene poteſt fieri. ſicut Zachæus recepit hoſpitio ſuo dominum gaudens, Et Centurio repulit eum ab hoſpitio ſuo. d. Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum &c. Matth. viij. b. & utrunque laudatur. Primum enim procedit ex amore. ſecundum ex reuerentia & timore. Amor autem ſimpliciter præ-*

An ſæpius ſumenda eucharistia. Luc. 19. a. Matth. 8. b.

In ca. xj. vbi dicitur in poſtil. Quia ſicut caput influit cæteris membris ſenſum.

### ADDITIO I.

Circa influxum gratiæ a capite Chriſto in mẽbris eccleſiæ duo conſiderantur. Quorum vnum correſpondet ſenſui. ſ. fides: Nam ſicut per ſenſum recte diſpoſitum cognoſcuntur ſenſibilia, quæ naturaliter pertinent ad corporis ſuſtentationem ſeu conſeruationẽ, ſic per fidem cognoſcuntur credibilia, quæ pertinent ad ſalutem animæ. Aliud vero correſpondet motui. ſ. charitas: Sicut enim per motum corporalem rationabiliter ordinatum homo tendit ad ea quæ ſunt naturaliter ſibi conuenientia, ſic per uirtutem charitatis homo tendit in finem ſibi ſupernaturaliter conuenientem.

In eodem cap. ubi dicitur in Poſtilla. Veruntamen eſt principium filii, & ſic habet quandam eminentiam inquantum non eſt ex alio.

### ADDITIO II.

Eminentia videtur importare ſeu ſonare quandam inęqualitatẽ, & iõ in diuinis pſonis, quæ oĩno ſunt coęternæ & coæquales, nõ videtur



A videtur ſecurũ poſſe attribui eminentiam vni pſone reſpũ alterius Ex hoc aũt q pr̃ nõ eſt ab alio, filius ãt ẽ a pr̃e, bñ dicẽdũ, q i diuis ſit ordo originis, tñ abſq; prioritate, vt i prima pte. q. xlij. art. iij. in corpore qõnis. & ſilr abſque p̃eminẽtia. Nã filius per generationẽ pertingit ad habẽdã eandẽ perfectionẽ naturẹ, quẹ eſt in patre &c.

### REPLICA.

In ca. xj. dicit poſtil. Secundum comparationem perfectionis filium eſſe æqualem patri, ſed ſecundum comparationẽ originis pater habet aliquã eminentiam, qa nõ eſt ab alio. Bur. dicit non eſſe ſecurum vti termino eminentię in diuinis & p:ioris & poſterioris Sed hoc eſt contra beatum Hilarium, ubi ponit contra Arrianam hæreſim aſſerentem filium iparem patri, dicens, Quamuis pater ſecundum autoritatem generationis ſit filio maior, filius tamen ſm doni confeſſionem non eſt patre minor. De ordine originis priori & poſteriori eiuſdem ordinis in diuinis dicit B. Aug. in de triplici habitaculo. In prima videbimus quomodo pater præcedit origine filium. ſed & grandis eſt diſputatio de hoc ordine inter ſcholã fratrũ minorum & prædicatorũ, quæ non ſunt præſentis propoſiti. C

9. de Trinit. cir. med. Cir. ſi. to. 9.

## GLOS. ORDIN. CAP. XII.

De *ſpi.* De bonis ſctĩ ſpũs, ꝑ quorũ maiorib. alii ſuperbiebant, minores inuidebant, & deſperababant, quaſi nunquam habituri.

b *Scitis au.* Spũalia traditurus priora cõmemorat, vt ſicut tũc imago idolorum, ita nũc Dei. *Scitis.* Vt experti, quod *cũ eſ. G.* i. Gentiliter viuentes, eratis.

c *Euntes.* Nomen: quaſi aſſidui.

d *Ideo no.* quia ꝑ ſingula chariſmata hoĩb. magis gloriã q̃ Deo dabant, neſcientes hoc a ſpũſctõ miniſtrari. In oĩb. oñdit laudẽ Dei eſſe in gr̃am, ut ſicut tũc cũ imago idoli totũ malum fuit ex hoĩe, ita nũc ex ſpũ dei oĩa bona credant. Iõ qa ſcitis q ſpũs malus retractans vos a bono duxit ad tã irrationabile malũ i. idololatriã: ꝑ hoc facile vobis notũ facio, q ꝑ ſpm̃ Dei abſtinet a malo, & fit bonũ. & hoc ẽ:

† vtcunq;

e *Nemo in ſp. d. lo.* cogitãdo, loquendo operãdo. *Dicit.* ſilr trib. modis ſ. corde ore, & ope, aliq̃ ſepationẽ, a Ieſu. i. qđ libet peccatum quæ vox humano errore eſt, vt oẽ falſum qđ eſt, abſtinet per ſpiritum a malo. Vel, *Non* dicit *ana.* cui: Ieſu, vt dicat eum vel non eſſe a Deo, vel minorem Deo.

f *Et ne.* Quãtuſcũq; ſit dicit uere. i. cogitatiõe, verbo, ope: Ieſ⁹ ẽ dñs, & ego ſeru⁹ ei⁹, niſi ꝑ ſpm̃ſctm̃, a quo oẽ uerũ. Qđ ẽ: Bñ opari ẽ ꝑ ſpm̃. Nõ.n adulatiõe hoĩm Ieſ⁹ dr̃ dñs, vt in idolis q̃ ab hoĩb. dij dñr cũ nõ ſint. Nõ ergo fauorẽ hoĩm & bñficiũ, q Ieſus dñs dr̃, ſđ donũ dei, q myſteriũ ſuũ hoĩb. declarauit. Qui dr hoc, nõ p̃ſtat bñficiũ religioni, ſed accipit. Et gr̃a hoĩm ẽ, q idola dii dñr, cũ nõ ſint. vñ & antiſtites eorũ illis ſubiecti ſunt. hic vero aũr: vñ humiliari dẽnt, vt patiant ſe argui, nõ q̃rãt adulationib. deliniri. *Dicit.* Proprie dicit qui voluntatẽ & mẽtẽ ſuã voce enunciat. Generaliter autem ibi, Non omnis, qui dicit mihi, domine &c.

B

† 1. q. 1. c. multæ aſt. † miniſteriorum

g *Niſi in ſp.* Q Bñ opari & oẽ bonũ eſt ꝑ ſpm̃ſctm̃. & ideo tũc maior nõ deſpic at minorẽ, qa nihil habet niſi a ſpiritusãcto.

Matth. 7. c

h *Diuiſiones u.* Hoc cõe omnibus, ſed gratiæ ſunt diuiſæ, ne minor deſperet, ne maior dum audit gratias, ſuperbiat. *Diuiſiones.* Sicut q dicit dñs Ieſus ex gratia habet, ita in officiis eccleſię gr̃a eſt nõ diuiſa ꝑ pſonas, ſed idiſcrete trium perſonarũ vnũ opus eſt *Diuiſiones g.* Gr̃as dicit ipſas virtutes gratis a Deo datas, ſicut fidẽ & ſpẽ & hmõi, quarum effectus ſunt quantum ad ꝓximos miniſtratio, quantum ad ſe operatio. Quod dicit *Spiritus d.* Eadẽ ꝓrſus ſubã intelligit, ſed trinitas in perſonis.

☞ *Idem ve. &c.*

## CAP. XII.

¶ De illis poſt ſed.

a DE ſpiritualibus au- a

¶ Quod ueritas habet, ut non ſit ſchiſma inter uos, ſed pax.

tem nolo uos ignõ- b

¶ Dicturus quod omnia bona a ſpiritu ſancto præmittit ſimilitudines in contrario. ¶ Vt experti.

b rare fratres. Scitis autem quoniam c

¶ Cui imperati repugnat ratio.

cum Gentes eſſetis, ad ſimulacra mu- d

¶ A maligno ſpiritu. ¶ Eratis.

c d ta † prout ducebamini † euntes. Ideo e f

a ¶ Tunc qui ſe abrumpit a Chriſti corpore, non habet hoc a ſpiritu ſancto.

e notum uobis facio, quod nẽmo † in g

ſpiritu Dei loquens dicit † anathema h

a ¶ Vere uerbo, ſ. cogitatione, & opere, Ieſus eſt dominus.

f Ieſu. Et nemo poteſt dicẽre, domi- i

a ¶ Id eſt per.

g nus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.

a ¶ Q. Nemo poteſt uitare malum & facere bonum niſi per ipſum, ſed tamen. b ¶ Donorum ſpiritus.

h † Diuiſiones uero gratiarum ſunt, k

a ¶ Dator æque quantum ad ſe benignus omnibus.

idem autem ſpiritus. Et diuiſio- l m

a ¶ Quibus alii aliis ſubſeruiant.

nes † miniſtrationum ſunt, idem autẽ

¶ Filius. ¶ Pro arbitrio ſuo dans ſingulis. a ¶ Opera maiora ſcilicet & minora.

Dominus. Et diuiſiones operatio- n

f Ideo no. uo. fa. quod ne. in ſp. Dei lo. di. anat. Ie. *i. blaſphemiam cõtra Chriſtum. Et accipitur hic blaſphemia large pro omni peccato mortali in quo eſt quædam blaſphemia Dei, inquantum ſeparat ab eo. Nec propter hoc dictum ſequitur, quod homo gratiam habens ſit impeccabilis: quia non neceſſitatur ad vtendum gratia: & ſic ex proprio defectu poteſt peccare moraliter: & ſic non operatur ex gratia. p p qđ notabiliter dicit Apo.*

g Nemo in ſp. Dei lo. *i. gratia ſpiritusſancti vtens.* Dicit, *verbo uel facto.*

h Anathema Ie. *i. quod cũque ſeparatiuũ a Chriſto. Anathema. n. ſeparationem importat. Tertio commendat gratiam ex hoc, quod nullus ſine ea poteſt bonum meritoriũ operari. & quantum ad hoc ſubditur:*

i Et ne. po. di do. Ie. ni in ſp. *Sed contra hoc videtur quod dicit Saluator Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum. gratia vero ad illud introducit: ergo poteſt quis dicere nomen Ieſu abſque gratia. Dicendum, quod aliquis poteſt dicere in ſpiritu ſancto aliquid dupliciter. vno modo ſpiritu ſancto mouente non tamen habito. & hæc motio duplex eſt. una per generalem influxum. & hoc modo dicit Ambr. quod omne verum a quocunque dicatur a ſpiritu ſancto eſt. alia per influxum ſpecialem. & maxime in his quæ excedunt facultatem naturæ. & hoc modo Balaam multa vera futura prædixit, & Caiphas prophetauit quod Ieſus moriturus erat pro gente. Alio modo dicitur aliquid in ſpiritu ſancto ipſo mouente & habito per gratiam in mente. & hoc mõ intelligitur dictũ Apoſtoli, quod nemo pt̃ dicere dominus Ieſus. ſ. vere, ita quod Ieſus ſit ueraciter ipſius dominus & ipſe ſeruus eius: qđ nõ pt̃ eſſe ſine ſpũſctõ ipſũ inhabitãte per gratiam, & mouente ipſum ſaltem per influentiam generalem. & hoc etiam requiritur in omni opere meritorio: in quo facto dicit ſe homo ſeruum Ieſu Chriſti, cum dominum veraciter recognoſcens.*

Mat. 7. c. † ſequẽtes vel adducti. In epiſt. ad Cor. 1. c. 12. poſt pri. t. 5. † per ſpiritum. In ſpũſancto dr̃ dupliciter. Num. 23. Ioan. 11. c.

D

† anathema Ieſum, .i. maledicit & execratur Ieſũ

k Diuiſiones. *Hic conſequenter Apoſtolus proſequitur intentum de gratiis in ſpeciali. & primo declarat gratiæ gratis datæ conditionem. ſecundo charitatis quæ idem eſt cum gratia gratum faciente, uel habet inſeparabiliter eam annexam. ſe. ca. tertio comparat gratias gratis datas adinuicem. xiij. ca. Prima in duas, quia primo diſtinguit gratias gratis datas in quodam generali. ſecundo magis in ſpeciali, ibi: Vnicuique. Circa primum conſiderandum, quod gratia gratum faciens principaliter datur propter bonum illius cui datur. ſ. ut eum dignum faciat uita beata Gratia vero gratis data datur principaliter propter bonum eccleſiæ & non illius cui datur: ſicut donum prophetię vel linguarum & huiuſmodi quæ aliquando dantur non habentibus gratiam gratum facientem. Ad talem vero vtilitatem requiritur facultas loquendi & operandi, quæ datur per donum gratiæ, vtpote per donum linguarum, vt poſſit aliquis fidem prædicare gentibus diuerſorum idiomatum: & per donum miraculorum ad fidem confirmandam. & ſic de alijs gratis datis, quæ aliquando dantur hominibus malis, ſecundum quod dicit Saluator Multi dicent mihi in die illa: Domine, domine, in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in noĩe tuo multas uirtutes fecimus, & tũc cõfitebor illis: quia nunq̃ noui vos: Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatem. Igitur q̃tũ ad illa dona. ſ. facultatem loquendi vel operandi ad vtilitatem eccleſiæ præbentia, dicit Apoſtolus,* Diuiſiones ue. gra. *ſ. quia plures ſunt tales, ut uidebitur infra.*

Diuiſio. Gratiæ quare dentur. Matt. 7. c.

l Idem au. ſ. *quia perfectiones, quæ ſunt in creaturis diuiſim, in Deo ſunt coniunctim. Secundo requiritur autoritas, quæ habetur per miniſterium, vt per apoſtolatum, ſacerdotium & huiuſmodi. & quantum ad hoc dicit,*

m Et di. mi. ſ. idem au. d. *cui omnia ſeruiunt. tertio requiritur operum executio. & quantum ad hoc ſubdit:*

n Et di. op. ſ. *In eodem enim officio vt apoſtolatu & huiuſmodi unus plus alio operatur, vt Paulus dixit de ſeipſo. Amplius illis omnibus laboraui. & ſimiliter in una gratia, utpote prophetiæ vel gratiæ miraculorum vnus alio plus abundat.*

1. Cor. 15. b.

## NIC. DE LYRA CAP. XII.

DE ſpũalibus. *Poſtquam Apoſtolus proſequutus eſt de tribus ſacramentis in quibus errabant Corinthii. ſ. Baptiſmo, matrimonio, euchariſtia, hic conſequenter tractat de gratia quæ cõtinetur in ſacramentis. Et diuiditur in duas partes: quia primo proponit intentum. ſecundo proſequitur, ibi:* Scitis. *Circa primum proponit intentum, dicens:* De ſp. au. *i. de gratijs a Deo datis.*

Diuiſio

b Nolo uo. ig. ſ. *i. intendo vos inſtruere. quia ſicut dicit Seneca: Magnũ ingratitudinis genus eſt ignorare beneficia accepta.*

c Scitis a. *hic conſequenter proſequitur intentum. Et diuiditur in duas: quia primo commendat Dei gratiam in generali. ſecundo proſequitur in ſpeciali, ibi:* Diuiſiones vero. *Circa primum commendat Dei gratiam ex tribus. primo quia ſine ea non vitatur peccatum mortale. & quantũ ad hoc dicit:* Scitis e. c. G. eſſ. *i. Gentiliter uiuentes abſq; Dei gratia.*

Diuiſio

d Ad ſimulacra mu. *adoranda.*

e Prout du. e. *Et dicit ducebamini, inſtinctu dæmonum vel propria inclinatione, vel hominum perſuaſione. Secundo commendat gratiam Dei quia per ipſam vitatur peccatum mortale. & quantum ad hoc ſubditur:* Ideo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Idem ue. &c.* Hoc ait, ne pater & filius ſpiritusſanctus alia ſeparatim opari videanṫ, ex eo, ꝙ ſpũi grãs, & domino miniſtrationes, & Deo operationes ſuppoſuerat, oĩa referens ad vnũ Deus ſubdit: Quia *Deus. ſ. operatur omnia.*

b *Oĩa in oĩb.* Non vni oĩa tribuit, ſed in oĩb. oĩa opaṫ, vt qđ nō habet quis in ſe, habeat in alio & ſic maneat charitas & humilitas. Si amas vnitatē, tibi habet q̃ſquis in illa habet aliqđ. Solus oculus videt, ſed non ſibi ſoli. hæc charitas eſt donũ ſpũs qđ ſuperat omnia, vt poſt dicet.

c *Vnicuique.* Diuiſa ſunt bona, & non ad meritum alicuius ſinglr danṫ, ſed ad vtilitatem ædificandæ eccleſiæ.

† ad quod expedit

d *Sapĩæ. ſci.* Sapĩa. n. cõtēplatione ęternorũ. Scĩa in actione tpaliũ. vnde in Iob, Ecce pietas i. cultus Dei eſt ſapĩa q Græce theoſebia. Et qs hic cult⁹ ei⁹ niſi amor & cognitio eius? Abſtinere ãt a malis ſcĩa ē. mala ãt ĩ tpalib. ſunt: ĩ qb. caute & prudēter verſãdũ ē. Cui daṫ ſapĩa quaſi ſol eſt: Cui ſcĩa, luna ĩ nocte ſecñ. qb. cętera daṫ, ſtelle ſũt, qa hec ĩ nocte ſũt neceſſaria. vñ: Solē in ptātē diei, lunã & ſtellas ĩ ptāte noctis

*Pſal. 135. a*

e *Alteri f.* Et fides inter dona Dei & munera eſt. Nō ergo ſola charitas, ſed charitas cum fide a Deo nobis eſt.

f *Sermonum.* Vel ſermones ſunt allegoricæ prænunciationes, quæ in prophetis & in euangeliis.

*Rom. 5. a* *Ioan. 20. f* † linguarũ

g *Hæc aũt oĩa.* Vide, ꝙ Apſ̃ dicit hic ſpũſcẽtũ dare dona. Alibi vero dicit, qa datus eſt. Chriſtus ẽt ait, Accipite ſpiritũſãctũ. Vñ cũ donũ Dei audiũt dici ſpiritũſãctũ, illud genus locutiōis agnoſcant, de quo dicit Apſ̃: In expoliatiōe corpis carnis nihil aliud ē q̃ ipſa caro, ita donũ ſpũſſcĩ, nihil aliud ē q̃ ſpũſſctũs. Au. Intm̃ ergo donũ Dei ē, inq̃tũ daṫ eis qb daṫ. Apud ſe autē Deus eſt, & ſi nemini deṫ. Cũ n. daṫ: ſua volũtate daṫ, & ipſe idem omnia operatur diuidens ſingulis ꝑut vult.

*5. de Trini. c. 14. & 15 tom. 3.*

F

*In epiſt. ad Cor. 1. c. 12. ante me. c. 5*

h *Vnus atq; idem ſpi.* Amb. Quod ſup. dixit tres operari, hic ſpiritũ, qa n. vni⁹ naturæ qđ vnus opaṫ, & tres opntur. Vnus & idem, ne tot putentur quot opa, nō ꝙ ſine pr̃e & filio ſpũs operetur. Inſeparabilis ē. n. opatio trinitatis

i *Diuidens ſin.* Vnde nec huic dolendũ nec illi ſuperbiendum. *Vt uult.* Qui ſolus nouit quid conueniat, & gratis, non ad meritum hominum.

† Iudæus, † Gentilis

k *Ita & Chriſtus.* Caput & corpus dicitur Chriſtus, propter ineffabilem vnitatē capitis & membrorũ. Vnus ſpũs faciet oĩa ĩ mēbris Chriſti corporis, ſicut vna aĩa videt ĩ oculo, audit ĩ aure, & ĩ cæteris oĩb. oĩa facit

l *Etenim.* Oſtendit quomodo corpus Chriſti vnum, quia oẽs in vno ſpũ abluti, ducti ſumus in hoc, vt poſt ſimus vnũ corpus, vnanimes ꝑ illũ vnũ ſpiritũ, vt totũ corpus vna aĩa vegetaṫ. Et quia oẽs potati ſumus ĩ acceptione diuerſorũ donorũ ſpũſſancti, in uno ſpũ: qa oĩa dona ad vnũ efficiēdum dirigit, non vllius perſona contemnenda vel præferenda, nec hominibus gloria Dei danda, quia vnus & idem in omnibus

*In epiſtol. ad Cor. 1. c. 12. paulo ante med. to. 5.*

m *Nã & c.* Amb. Oñdit ꝑ ſĩlitudinē humani corpis vnitatem corporis Chriſti. i. eccleſię hr̃e uarietatem officiorum & di- ☞ uerſitatem

¶Datot. ¶Pater.

a num ſunt: idem uero Deus, qui ope- a

¶Neceſſaria.

b c ratur omnia in omnibus. Vnicuique b

a ¶i. Gratia per quam pa[t]et quod in eo ſpiritus.

autem datur maniſeſtãtio ſpiritus

a ¶Eccleſiæ. ¶Quia & minor prodeſt. ¶Per partes quod dixerat determinat.

† ad utilitatem. Alij quidem datur c d

a ¶Non per meritum. b ¶Non ſolum ſapientia. i. de diuinis intelligentia & ſcientia de humanis, ſed etiam eorum ſermo ut aliis poſſint eloqui.

d per ſpiritum ſermo ſapientiæ: alij au e

tem ſermo ſcientiæ ſecundum eun- f

a ¶Conſtantia fidei, vel ſermo.

e dem ſpiritum. Alteri fides in co- g

¶Curandi infirmos.

dem ſpiritu. Alij gratia ſanitatum in h

¶Eodem omnibus.

uno ſpiritu. Alij † operatio uirtu- i

a ¶Miraculorum contra naturam. b ¶Prædicare futura. c ¶Vt diſcernat quod audit, quo ſpiritu bono an malo dicatur, quia & diabolus bona ſeductorie dicit.

tum, alii prophetia, alii diſcretio ſpi- k l

a ¶i. loqui diuerſis linguis.

rituum, alii genera linguarum, alii m

a ¶Linguarum vel uiſionum, vt Ioſeph.

f g interpretatio † ſermonum. Hæc au- n o

¶i. & ſi diuerſa. a ¶In ſubſtantia. b ¶Inuariabilis.

h te omnia operatur unus atque idem

a ¶Non ipſe diuiſus. b ¶Sicut qui Deus eſt.

i ſpiritus, diuidens ſingulis prout p q

a ¶Ideo diuerſis diuerſa dat, quia.

¶Coniunctione membrorum

uult. † Sicut enim corpus unum eſt, r

¶Diuerſa.

& membra habet multa: omnia au-

¶Quamuis.

tem membra corporis cum ſint mul

¶Subminiſtrando.

k ta, unum tamen corpus ſunt, ita

a ¶Omnes fideles ſunt. b ¶Vt non dicam corpus Chriſti, quia ipſe Chriſtus ſunt tam minores, quam maiores.

¶Quia. ¶Sancto.

l et Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu s

¶Ducti. ¶Abluti.

omnes nos in unum corpus bapti- t v

¶Natione diuerſi. ¶Conditione diuerſi.

zati ſumus, ſiue † Iudæi, ſiue † Genti- x

les, ſiue † ſerui, ſiue † liberi, & oẽs † in y z

a ¶In acceptione diuerſorum donorum. b ¶Bene omnes unum. c ¶Cui eccleſia ſimilis.

m uno ſpũ potati ſumus. Nam & cor- a

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Idem uero, &c. *Effectus enim primæ cauſæ neceſſario requiritur in omni effectu aliarum cauſarum.*

b Vnicuique. *hic conſequēter accedit ad diſtinctionē dictorum magis in ſpeciali. & primo gratiarũ, ſcđo miniſtrationũ ibi: Et quoſdam qdē: Prima adhuc in duas: qa prĩo ponit gratiarum diſtinctionē. ſecundo adhibet ſimilitudinē, ibi: Sicut. n. corpus. Circa primum dicit:* Vnicuique &c. ma. *i. gratia gratis data per quã ſpiritusſanctus manifeſtatur, datur*

c Ad u. *ſ. eccleſiæ, vt prædictum eſt.*

d Alii q̃. ꝑ ſpi. &c. *Circa iſtã diſtinctionē cõſiderãdũ, ꝙ ſicut dictũ eſt: Gratiæ gratis datæ dantur ad vtilitatē eccleſiæ: quod potiſſime fit ꝑ doctrinã, q̃tũ ad ea q̃ ſunt fidei. Ad quod tria requiruntur primũ eſt, cognitio diuinorũ, ſecũdũ cõfirmatio eorum, & tertiũ debita prolatio verborũ. Quantum ad primũ, tria ſunt neceſſaria. primum eſt ꝙ principia ſint certiſſima, & quantum ad hoc ponitur:*

*Ad doctrinã fidei tria requiruntur.*

G

g Fides. *quæ eſt certitudo de rebus inuiſibilibus: quæ ſupponuntur vt principia catholicæ doctrinæ. Vnde dicitur Heb. xi. a. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentiũ. Et accipitur hic argumentum pro certitudine. ex quo patet, ꝙ nō accipitur hic certitudo euidentię, ſed adhęrentiæ. unde Secũdus philoſophus diffiniēs fidem dixit: Fides eſt ignotæ rei miranda certitudo. Secundum eſt cognitio cõcluſionum principalium ex dictis principijs ſequentiũ. & q̃tũ ad hoc dicitur:*

*Diuiſio Fidei*

e Sermo ſa. *quæ eſt cognitio diuinorum ex articulis fidei ſequētiũ. Tertiũ eſt cognitio effectuum, per quos interdum oportet cauſas manifeſtare. & quãtum ad hoc ponitur*

f Sermo ſci. *quæ eſt cognitio rerum humanarum. quia inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Circa ſecundum, quod eſt confirmatio doctrinæ catholicæ, ſciendum, quod in his quæ ſubſunt rationi naturali, confirmatio eſt per argumenta ex principijs euidentibus deducta. In his aũt quæ ſunt ſupra rõnē diuinitus reuelata, cõfirmatio eſt ꝑ ea q̃ ſunt diuinæ uirtutis propria. Et hoc fit dupliciter. Vno mõ quando ad confirmationem fidei fit opus miraculoſum. Et hoc ſiue ſit ad ſalutem corporum & quantum ad hoc ponitur:*

*Rom. 1. c* † efficaciæ potentiarum

h Gratia ſa. *Siue ordinetur ad ſolam diuinæ ptãtis manifeſtationē, vt ſtatio ſolis uel aliquid hmõi, & quantum ad hoc ponitur:*

i Operatio. *Alio modo quantum ad confirmationem fidei manifeſtatur aliquid occultum quod ſcire ſolius Dei eſt proprium, ſicut ſunt contingentia futura. & quantum ad hoc ponitur:*

k Prophetia. *vel cordium occulta, ſecundum quod dicitur. i. Reg. xvi. b. Homo uidet ea quę patent: Deus autem intuetur cor. et quantum ad hoc dicitur,*

l Diſcre. ſpi. *Circa tertium quod eſt facultas pronunciandi alijs ea quæ ſunt doctrinæ catholicæ, duo requiruntur. ſ. facultas idiomatis, ut pronuncians poſſit a quibuſcũque intelligi, & ſecundum hoc dicitur:*

*†Ro. 12. b Ephe. 4. a 89. diſt. c. ſingula.* H

m Genera lin. *& cognitio ſenſus eorum quæ ꝓferenda ſunt. & q̃tũ ad hoc ponitur:*

n Inter. ſer. *Dicit igitur Apoſtolus: Alij quidem datur &c. et patet litera ex dictis vſque ibi:*

o Hæc aũt. &c. *per hoc tollitur error Gentilium, qui diuerſas gratias attribuebant diuerſis dijs: vt ſapientiam Ioui: loquutionem Mercurio. & ſic de alijs.*

† ſeruus, † liber, † vnum ſpiritum hauſimus

p Diuidens ſin. *per hoc tollitur error eorum qui dixerunt, Deum cognitionem hēre rerũ ĩ vniuerſali tãtũ, & non ſingularium.*

q Prout uult. *per hoc tollitur error attribuentium diuerſitatem donorum fato uel conſtellationibus, vel humano merito, & non diuinæ voluntati ſicut cauſæ primæ.*

r Sicut e. cor. *Hic manifeſtat prædicta per ſimilitudinem corporis naturalis. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur ſimilitudo in generali. ſcđo explicatur magis in ſpãli: ibi: Nã & corpus. Similitudo ãt eſt ĩ hoc ꝙ ſicut multa mēbra faciũt unum corpus naturale. ſic & fideles in Chriſto regenerati per baptiſmum facti ſunt membra Chriſti: & ſic faciunt ſub capite Chriſto unum corpus myſticum. Dicit igitur: Sicut e. c. Iſta vnitas non eſt indiuiſibilitatis qualis eſt unitas pũcti: nec continuitatis qualis eſt vnitas lineæ, ſed eſt vnitas perfectionis, qua aliquod unum perfectione ex multis conſtituitur, vt habetur. v. metaph. ita & Chriſtus, qui eſt caput noſtrum, unus eſt in perſona & per conſequens omnes fideles ſibi iuncti per fidem faciunt unum corpus myſticum. Quod declarat conſequenter, di.*

*Diuiſio* *Vnitas multiplex*

s Etenim in uno ſpi. *ſ. ſancto.*

t Omnes nos in unum corpus. *myſticum.*

v Baptizati ſumus. *qui baptiſmus eſt ſpiritualis generatio.*

x Siue Iudæi ſiue Gen. *q. d. Hanc unitatem non impedit diuerſitas gentis præcedens baptiſmus.*

y Siue ſer. ſiue liberi. *q. d. diuerſitas conditionis hanc vnitatem non impedit. vnde dicit Ambro. In domino bona ſeruitus & bona libertas æqua lance appenduntur.*

*Vbi ſup.*

z Et omnes in uno ſpiritu po. ſu. &c. *in potu ſacramentali.*

a Nã & c. n. e. u. *Hic cõſequēter ſimilitudinē applicat magis ĩ ſpãli. & primo quantũ ad corpus naturale. ſcđo, q̃tũ ad myſticum, ibi: Vos autem eſtis. Prima in duas. quia primo deſcribit corporis naturalis integritatem, ſecundo membrorum habitudinem, ibi: Non poteſt. Quantum ad* ¶ primum

*Diuiſio*



A uerſitatem hanc non tollere vnitatem: ſicut humani corporis vnitas nō in ſingularitate conſiſtit, ſed in multis membris, ut inuicem ſibi præſtent, quod debent.

a *Si to.* Q. Si in eccleſia omnes eſſent unius officii qũo impleret neceſſitas corporis, cuius gubernationi diuerſis opus eſt?

b *Membra unum quod.* Vt nihil deſit illi: ita & in eccleſia diuerſas perſonas quibus tribuit munera diuerſa.

c *Quòd ſi eſ.* Non modo multitudo ſenſuum periret, ſed etiam corpus. Ita ſi in eccleſia omnes eſſent unius officii et dignitatis non diſcernerentur membra neque corpus.

d *Aut it. ca. pe.* Ipſa dignitas cõtēptibilis eſt ſine ſubiectis. Officium. n. eſt ꝑ quod dignitas conſtat. Magnus Imperator neceſſarium habet exercitum.

e *Inhoneſta ſunt.* Abſit vt in mēbris ſanctorum aliqua ſit turpitudo, ſed dicuntur inhoneſta, quia non habēt ſpeciē decoris quam habent ea, quæ in prõptu ſunt. Vel ꝑꝑ legē membrorũ, quæ de peccato venit, uſus membrorũ illicitus turpis eſt, non mēbra ipſa. *Inhoneſta.* Egeſtate & habitu aliquando vitæ mũdioris ſunt. Vel illi, qui in eccleſia per aliquod peccatum inhoneſti ſunt abundantius adiuuantur conſolationibus & orationibus, vt honeſti fiant.

f *Honeſta au.* Q. Ita et fratribus in q̃bus ſtudiũ piæ conuerſationis ornauit honeſtas, nihil eſt, quod addatur a nobis.

g *Sed Deus temp.* Remoto illo, quod obeſt, ponit illud, quod prodeſt, ſcilicet contemperationem.

h *Sed in idip. pro in.* Q. Sollicita ſint mēbra, ut tendant in idipſum. i. in id ſollicitudinis, quod ſit ipſum. i. indifferens, ut non minus pro alio quàm pro ſe.

*Vbi ſup. ante uſ.*

B

i *Et ſi quid pa.* Ambr. Hoc de membris corporis ambiguũ non eſt, quia ſi oculus uel pes capiatur aliqua ęgritudine, totũ corpus condolet. Ita & nos decet condolere fratribus, ſi quid aduerſitatis emerſerit, & lætari ſi bene ceſſerit.

k *De membro.* Vel a me membro cuius prædicatione inſtituti eſtis. ☞ *Et quoſ.*

† imbecilliora

a ¶Ita & in eccleſia. ¶Non omnes vnius officij & doni.

pus non eſt vnum membrum, ſed

a ¶Quia idem ſpiritus dat omnia. b ¶Aliquis cui donum inferius datur.

multa: Si dixerit pes: quoniam non a

a ¶Tam dignus, vt ille cui operatio virtutum datur.

ſum manus, non ſum de corpore:

a ¶Q quia de primis non eſt, non ideo non eſt neceſſarius.

¶Similiter.

num ideo nō eſt de corpore? Et ſi di-

a ¶Qui habet ſcientiam. b ¶Vt qui habet ſermonem ſcientiæ vel ſapientiæ.

xerit auris, quoniam non ſum ocu-

a ¶Eſt utiq; adiutor quia ſi non eſt illud, poteſt eſſe aliud.

lus, non ſum de corpore: num ideo

non eſt de corpore? Si totum corpus b

¶Auris. ¶Auris.

a oculus, vbi auditus? Si totum audi-

a ¶Diſcretio ſpirituum. ¶Nares. b ¶Sed propter hæc inconuenientia vitanda.

tus, vbi odoratus? Nunc autem po- c

a ¶Prouida & rationabili voluntate aptauit. b ¶Diuerſa. c ¶Maius uel minus.

b ſuit Deus mēbra, vnumquodq; co-

a ¶In conſtitutione corporis. b ¶Sicut ſibi utilum eſt.

c rum in corpore ſicut voluit. Quòd d

a ¶Modo multa. b ¶Vnius officij.

ſi eſſent omnia unum membrum,

a ¶Quod non niſi diuerſis ſubſiſtere poteſt. b ¶Ne corpus pereat.

vbi corpus? Nunc autem multa qui e

¶Sunt. ¶De omnibus.

dem mēbra, vnum autem corpus. f

a ¶Diuerſa ſunt, ſed maiora non poſſunt dicere minoribus quod eis non egeant. b ¶Quia ſi oculus præuidet, manus operatur.

Non poteſt autem dicere oculus ma g

a ¶Poteſt enim aliquis humilis, quod non ſublimis.

d nui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus: non eſtis mihi neceſſarij. Sed multò magis, quæ vi- h

¶Viliora.

dentur membra corporis † infirmio

¶Aliquando.

ra eſſe, neceſſariora ſunt. Et quæ pu- i k

a ¶Et quæ putamus inferiora a ſuperioribus non debent ſperni: ſed amplius honorari.

tamus † ignobiliora mēbra eſſe cor-

a ¶Veſtimentorum. b ¶Ita minus dignis exhortatio neceſſaria, qua aliquis honor illis detur ut fiant viles.

poris, his honorem abundantio- l

e rem † circundamus. Et quæ inho-

a ¶Vt pudenda. ¶Per aliquod peccatum. b ¶Conſolationem in orationibus.

neſta ſunt † noſtra abundantiorem

a ¶A nobis ea celantibus. b ¶Quæ per ſe ſatis honorem habent.

f honeſtatem habent. Honeſta autem m

a ¶Eorum quæ illis ſiunt, ſed per ea ſunt aſia honoranda.

g noſtra nullius egent. Sed Deus tem- n

a ¶Membro. ¶In ſe. b ¶Ampliorem.

perauit corpus, ei cui deerat abũdã-

¶Per digna membra.

tiorem tribuendo honorē, vt nō ſit o

a ¶Diſcordia. b ¶Humano vel eccleſiæ. ¶Vbi debet eſſe unitas ¶Potius.

h † ſchiſma in corpore: ſed † in idip- p

¶In rebus agendis.

ſum pro inuicem ſolicita ſint mem

a ¶In aduerſis.

i bra. Et ſi quid patitur vnum mem- q

a ¶Compati debent. b ¶Quaſi ſuum ſit malum.

brum, compatiuntur omnia mem-

¶De bonis.

bra. Siue † gloriatur unũ mēbrũ, con r ſ

a ¶Quid ad nos iſta? Reſpondet.

gaudēt omnia mēbra. Vos autē eſtis t

a ¶Vnitate fidei. b ¶Capitis. c ¶Pendentia. d ¶Chriſto capite & commembro.

k corp⁹ Chriſti, et mēbra † de mēbro. u

## NIC. DE LYRA.

† minus honeſta

¶ *primum dicit:* Nam & corpus nō eſt unũ mē. &c. *quia omnia membra concurrunt ad integritatem vnius corporis compoſiti et perfecti ex multis organis deſeruientibus diuerſis animæ potentijs. vnde ij. de anima dicitur: Anima eſt actus corporis phyſici organici. ideo ſubditur.*

† exponimus. *Tex. cõm. 4. & 5.* † noſtri

a Si dixerit pes quoniam nō ſum manus, non ſum de cor. &c. *q. d. non ſequitur. licet. n. membra abinuicem diſtinguantur: ex illis tamen perficitur vnum corpus vnitate perfectionis. & ſic poteſt dici de ſingulis membris. Quod probat conſequenter ducendo ad duplex inconueniens. primum eſt: quia tolleretur id quod eſt neceſſarium corpori. ideo dicit:*

b Si totum corpus oc. &c. *q. d. tolleretur. Et eodem modo poteſt dici de ſingulis membris, quia ſicut oculus eſt neceſſarius corpori ad dirigendum, ita manus ad operandum, & pes ad ambulandum. & ſic de alijs. Ideo ſubditur:*

† diſſidium

c Nunc autem po. Deus mē. *i. ſic diſpoſuit ea in corpore, ꝙ vnumquodq; deſeruit toti corpori. oculus. n. videt pro toto corpore, & pes ſimiliter ambulat, & ſic de alijs. & ideo ſituantur in vno corpore.*

† honorificatur

d Quod ſi eſſent. *Hic ducit ad ſecundum inconueniens: quia tolleretur integritas corporis: ad quam neceſſario requiritur diuerſitas membrorum: vt prædictum eſt. adeo dicit:* Quod ſi eſſent omnia vnum membrum, ubi corpus? *ſcilicet organicum perfectibile per animam. q. d. nuſquam* *propter quod ſubditur:*

C

e Nunc autem multa quidem membra. *abinuicem diſtincta.*

f Vnum autem corpus. *ex illis conſtitutum vnitate perfectionis.*

g Non poteſt. *Hic conſequenter oſtendit, habitudinem membrorum ad inuicem. et primo quantum ad neceſſitatem. ſecundo quantum ad cultum exteriorem, ibi: Et quæ putamus. tertio quantum ad mutuam ſolicitudinem, ibi: Sed in idipſum. Quantum ad primum dicit:* Non poteſt autem dicere ocu. manui, opera tua non indigeo &c. *qa ſicut manus indiget directione oculi, ita oculus protectione manus ne lædatur: & lotione ſi fœdetur. & ſic de alijs.*

*Diuiſio*

h Sed multo magis quæ uiden. men. corporis infirmiora eſſe. *ſicut quæ facile læduntur.*

i Neceſſariora ſunt. *Directio enim oculi eſt omnibus alijs membris valde neceſſaria: & ex tali mutua neceſſitate apparet manifeſte omnia membra de integritate vnius corporis eſſe.*

k Et quæ putamus. *Hic conſequenter comparat adinuicem omnia membra quantum ad cultum exteriorem, qui magis adhibetur membris ignobilibus. & hoc eſt, quod dicitur:* Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis. *vt pudenda & partes egeſtioni deſeruientes propter aliquam fœditatem.*

l His honorem abundantiorem circundamus. *id eſt ea diligenter tegimus.*

m Honeſta autem noſtra nullius egent. *ſcilicet operimenti, ut facies in qua vigent omnes ſenſus.*

n Sed Deus temperauit corpus. *id eſt ſic ordinauit, quòd illa membra, quæ videntur inhoneſta diligentius tegimus ex inſtinctu naturæ cuius eſt autor.*

o Vt non ſit ſchiſma in corpore. *i. ut appareat manifeſte, quòd omnia membra ſint de unius corporis integritate.*

D

p Sed in idipſum. *Hic conſequenter comparat membra adinuicem quantum ad mutuam ſollicitudinem laborando unum pro altero, & compatiendo unum alteri. ideo dicit:* Sed in idipſum pro inuicem ſollicita ſint memb. *ſicut manus laborat pro neceſſarijs alijs partibus, ut in tegumento, defenſione, et ſimilibus.*

q Et ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia mem. *ſicut patet, ꝙ læſo pede ſtatim oculus aſpicit ad læſionem, & manus apponitur ad conſolationem.*

r Siue gloriatur unum membrum. *ex aliqua conſolatione.*

ſ Congaudent omnia membra. *inde conſolata. Ex his omnibus patet, quòd pertinent ad vnum corpus.*

t Vos autem. *Hic aptat ſimilitudinem corporis naturalis ad myſticum, dicens:* Vos autem corpus Chriſti. *per coniunctionem charitatis & fidei adinuicem & ad Chriſtum.*

u Et membra de membro. *id eſt dependentia vnum ab altero & ad unum ordinata. Huius autem corporis oculi ſunt prælati & doctores, qui habent alios dirigere. Auditus uero clerici, qui ſunt eorum diſcipuli. Odoratus religioſi, qui debent reſpirare cœleſtia, Cantic. 1. a. In odore unguentorum tuorum currimus. Manus autem, potentes laici, qui habent defendere per potentiam clerum & inferiorem populum. Pedes vero vulgares homines ſuo labore ut agricultura & huiuſmodi totum corpus myſticum ſuſtentantes. Et licet ſint ignobiliora membra, tamen ſunt valde neceſſaria. Videmus etiam, quòd nullus ſtatus prædictus conuenienter poteſt ſtare ſine alijs, propter quod debent pro inuicem ſollicitare de neceſſarijs pro communi utilitate corporis myſtici ſua officia exercentes.*

*Membra eccleſiæ.* † idem † ex parte, i. aliqua parte membrorum.

¶ Et quoſdam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Et quoſ.qui.* Determinat his de donis Dei, quę altiora, & quę ſint inferiora. De his.n.putabant Corinthii, quòd minus eſſet maius, quòd maius eſſet minus.
b *Prima.* dignitate & tẽpore *apoſtolos* uitæ Chriſti prędicantes.
c *Secũdo pro.* myſteria ſcripturarum vel futura reuelantes.
d *Tertio do.* præcepta uiuendi dantes, uel qui pueros literis imbuunt.
†Ephe. 4.b e *Genera li.* Ecce donum Dei eſt, multas ſcire linguas. Et nota, ꝙ vltimum ponit illud quod illi primũ ponebant.
f *Nunquid omnes pro.&c.* Qui hæc non habet in ſe, amet in aliis ea. & in eis iam hæc habet, quæ in ſe non habet.
Matth. 7.a †poteſtates g *Excellentiorem viam* Charitatem, quæ maius omnibus prædictis donũ, Vnde in fine his, qui dicunt: Dñe, in noĩe tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, uirtutes fecim⁹, dicet dñs, Recedite a me, nõ noui vos operarii iniquitatis.
Ibidem †ſubſidia

¶Exponit diuerſitatem in fidelibus, quam dixit in membris.
a † Et quoſdam quidem poſuit Deus a
a ¶Dignitate & tẽpore. b ¶Omniũ ordinatores & iudices.
b c in eccleſia, primũm apoſtolos, ſecũ- b c
a ¶Aug. qui poſt aduentum, non qui eum pręnunciauerunt, de quibus in Actibus apoſtolorum.
d do prophetas, tertio doctores, de- d
a ¶Qui miracula faciunt. b ¶Qui infirmos ſanant.
inde † virtutes, exinde gratias cura- e f
a ¶Qui maioribus ferunt opem, ut Titus apoſtolo, uel archiepiſcopis. b ¶Minorum perſonarum prælationes, ut presbyteri. ¶Qui plebi documento ſunt.
tionum, † opitulationes, guberna- g h
a ¶In pleriſque vacat.
tiones, genera linguarum, interpre- i k
a ¶Diuerſis hæc, quia non omnibus omnia, quia ſic non eſſet quibus hæc officia ſeruirent.
tationes ſermonum. † Nunquid oẽs l
apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam curationum habent? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?
a ¶Scripturas vel linguas. b ¶Sed de his deſiderate utiliora, non linguas vt ſoletis.
† Aemulamini autẽ cha- m n
a ¶Et præter prædicta. b ¶Maius omnibus donum.
riſmata † meliora. Et adhuc excellen o p
a ¶Eundi ad Deum, charitatem: quia prædicta non ſemper ad meritum, ſed ad honorem Dei oſtendendum Gentibus.
tiorem viam vobis demonſtro. q

## NIC. DE LYRA

¶ a Et quo. *Hic poſt diſtinctionẽ gratiarũ diſtinguit miniſtrationes. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponit diſtinctionem, ſecũdo, manifeſtationẽ eius, ibi:* Nunquid omnes uos. *tertio, circa miniſteriũ ordinat hominũ affectionem, ibi:* Aemulamini. *Prima adhuc in duas: quia primo, diſtinguit miniſtrationes principales. ſecundo minus principales, ibi:* Opitulationes. *Maiores autem eccleſiæ miniſtri ſunt Apoſtoli: Ad quorum officia pertinent ſ. regimen populi: doctrina, & miraculorum operatio pro cõfirmatione doctrinæ. De his tribus dicitur. Conuocatis autem xij. Apoſtolis dedit eis poteſtatem ſuper oĩa dæmonia, & ut lãguores curarẽt, & miſit illos prædicare regnũ Dei &c. In poteſtatibus aũt ordinatis, illud quod eſt ſupremũ reſeruatur ſupremæ poteſtati, alia autẽ aliis communicantur. Regimẽ uero populi ſupremũ eſt in his tribus: quia alia duo ordinantur ad ipſum: ideo regimen eccleſiæ proprius eſt ſtatus apoſtolici, qui eſt ſuperior ſtatus eccleſiæ, & poſt eũ alii ſtatus per ordinem. & hoc eſt, quod dicit Apoſtolus.* Et quoſdam quidam poſuit Deus in eccleſia, *id eſt diſpoſuit ordinate.*

Diuiſio

Tria ad Apoſtolorũ officia pertinentia. Luc. 9.a †Sectemini vero dona potiora †Inf. 14.a

F

b Primum Ap. *quibus eſt commiſſum eccleſiæ regimen, Luc. xxij. c. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum &c.*
c Secundo pro. *accipientes a Deo immediate reuelationes.*
d Tertio do. *qui reuelata aliis explanant inferioribus. De his duobus dicitur. Erant autem in eccleſia, quæ erat Antiochiæ, prophetę & doctores.*
Act. 13.a

G
Marc. 12.b

res. *Nec contra hoc eſt, quod dicitur. Lex & prophetæ vſq; ad Iohannẽ. hoc n. dicitur de prophetis prænunciantibus aduentum Chriſti in carnẽ, qui tunc ceſſauerunt, non tamen ceſſauit prophetia ſimpliciter. Quartus gradus eſt eorum quibus communicatur gratia miraculorum, quæ fuit communicata aliis ab Apoſtolis. & quantum ad hoc dicitur:*
e Virtutes. *quantum ad eos, qui faciunt miracula in elementis.*
f Exinde g. cu. *quantum ad eos, qui faciunt miracula in corporibus humanis.*
g Opitulationes. *Hic conſequenter diſtinguit ſecundarias adminiſtrationes di. Opitulationes quantum ad illos, qui ferunt opem maioribus prælatis, cuiuſmodi ſunt decani, archidiaconi.*
h Gubernationes. *quantum ad parochiales ſacerdotes.*
i Genera linguarum. *quãtum ad illos, qui uariis linguis loquebantur in primitiua eccleſia, ne propter defectum idiomatis impediretur euangelica doctrina.*
k Interpretationes ſer. *quantum ad illos, qui occultas ſententias explanabant.*
l Nunquid. *Conſequenter manifeſtat dictã diſtinctionem per hoc, ꝙ tunc non omnes adminiſtrationes iſtæ concedebantur omnibus, ſed diuerſæ diuerſis: ſicut diſtincta officia diſtinctis membris corporis. Oculus.n.uidet, & pes ambulat. & ſic de aliis. Nõ.n. omnia omnibus expediunt. ideo dicitur:* Nunquid. e. omnes Ap. *q.d. non: & patet litera.*
m Aemulamini. *Hic conſequenter ordinat affectionem hominum circa dicta miniſteria: quæ licet ſint bona et eccleſiæ neceſſaria, tamen non ſunt ſic appetenda, ſicut charitas & ſimilia, quæ faciunt hominem vita æterna dignum. Nõ ſic autẽ dicta miniſteria. ideo dicit. Apoſtolus:* Aemulamini. *i. deſiderate.* †maiora
n Chariſmata me. *id eſt meliora ſpiritusſancti dona.*
o Et adhuc. *præter dicta miniſteria.*
p Excellentiorem vo. *eundi ad patriam cœleſtem.*
q Demonſtro. *cap. ſequenti.*
In ca. xij. vbi dicitur in poſtil. Circa iſtam diſtinctionem conſiderãdũ, ꝙ ſicut dictũ eſt gratiæ gratis datę dãtur ad vtilitatẽ eccleſię.
H

### ADDITIO.

Hæc diſtinctio Apoſtoli de diuiſione gratiarum gratis datarum declaratur plene in prima ſecundæ q. cxi artic. iiij. in corpore quæſtionis in quo continentur omnia, quæ hic tradit poſtilla pleniori modo. vide ibi &c.

## GLOS. ORD. CAP. XIII.

Si lin. &c. Probat ꝙ charitas excellentior eſt, quia hęc alia ſine illa non valent, & illa ſine iſtis.
a *Si lin. ho* Minus ſcientium: vel *angelorum.* i. perfectorum. *Vel lin.* omnium *hominum Angelorum.* Quibus prepoſiti minoribus, quod de Dei voluntate primi ſentiunt, ſignificant. Quod fit aliquibus nutibus, aut ſignis, vel quibus ad homines miſſi vtuntur.
b *Charitatem au.* Charitas eſt fons proprius bonorum, cui alienus non communicat: Quæ vt oleũ non poteſt premi ĩ imo, ſed ſuperexilit. Quæ tãta eſt: quæ ſi deſit, fruſtra habentur cætera: ſi aſſit, habentur omnia.
c *Velut æs ſo. &c.* Sicut impulſu aliquo non per ſe reſonans, ſic loquẽs linguis, non per ſe, qui neſcit, ſed virtute ſpiritus profert ea, quibus audiẽtes mulceat.
d *Et ſi habuero prophetiam.* Vt Balaam & Caiphas & Saul.
*Myſteria*

## CAP. XIII.

¶Quod alicui datur ad gloriam Dei, non ad meritum.
a Si linguis hominum a
loquar et angelorũ, b
a ¶Quia poteſt carere omnibus linguis loquens.
charitatem autem
a ¶Quod inutiliter ſibi contunditur aliis ſignificat
c non habeam, factus ſum velut ęs ſo c
a ¶Sibi non prodeſt, alios delectat neſciens.
d nans aut cymbalum tinniẽs. Et ſi ha d

a Si linguis homi. lo. *id eſt omnium hominum. per donum linguarum.*
b Et an. *Circa quod ſciendum, ꝙ in angelis eſt duplex cognitio: Vna, qua uident diuinam eſſentiam: & de illa unus non docet alium: quia omnes immediate vident eam. Alia uero cognitio eſt in eis de aliis. Et hæc eſt duplex. Vna eſt de miniſteriis diuinæ prouidentiæ exequendis. Et de his ſuperiores loquuntur et docent inferiores, et non econuerſo. Alia eſt de conceptibus propriis. et ſic etiam inferiores docent ſuperiores & loquuntur eis, ſicut econuerſo. Conſiderandum etiam, ꝙ in angelis eſt aliquid naturaliter notum aliis: et ideo quando illud naturaliter notum ab vno angelo ordinatur ad manifeſtandum alteri id, quod eſt ſibi occultũ, tũc eſt angelica locutio. Quæ quidem ordinatio dependet ex voluntate angeli proponẽtis vel ordinantis: & ſic poteſt loqui uni & non alteri. poteſtas igitur hoc faciendi dicitur angeli lingua. Per hoc intelligitur, quòd donum locutionis quantumcunq; excellens non ualet ſine charitate. ideo ſubditur:* Cognitio in angelis duplex
c Factus ſum ve. æs ſo. *Sonus.n. talium quantumcunq; ſit diſcretus, nõ tamen eſt unius. Sicut autem corpus viuit per animam (qua carent æs et cymbalum) ſic anima ſpiritualiter viuit per charitatem: propter quod omnis locutio, quæ eſt ſine charitate, mortua eſt. Aes autem eo, ꝙ eſt planum, ex vna percuſſione reddit ſimplicem ſonum. ideo ſignificat eos, qui veritatem ſimpliciter annunciant. Cymbalum autem eo, ꝙ eſt concauum ex una percuſſione multiplicat ſonum, ideo ſignificat eos, qui veritatem multipliciter annunciant, adducendo plures ſimilitudines & eliciendo multas concluſiones & huiuſmodi.*
d Et ſi ha. *Hic conſequenter idem oſtendit de donis pertinentibus ad cognitionem. di.* Et ſi hab. propheticam. *per quam occulta diuinitus reuelãtur. ij. Pet. 1. d. Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritusſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines &c.*

## NIC. DE LYRA. CAP. XIII.

Diuiſio

Si linguis. *Poſtquam Apoſtolus docuit de gratiis gratis datis, hic conſequenter tractat de charitate, quæ idem eſt cum gratia gratum faciente, vel inſeparabiliter ei annexa. Et diuiditur in tres partes: quia primo oſtendit eius excellentiam reſpectu donorum prædictorum quantum ad eius neceſſitatem. ſecundo, quantum ad eius utilitatem, ibi:* Charitas patiens eſt. *tertiò, quantum ad eius ſtabilitatem, ibi:* charitas nunquam excidit. *Circa primum oſtendit primo, ꝙ ſine charitate non valent dona, quæ pertinent ad locutionem. ſecundo, ꝙ nec ea, quæ pertinent ad cognitionem, ibi:* Si habuero. *tertio, ꝙ nec ea, quæ pertinent ad operationem, ibi:* Et ſi diſtribuero. *& per hæc tria dona intelligit alia. Dicit igitur:*

Si

¶ Et nc.



A a *Myſteria.* Vt & Iudas cum apoſtolis: & diabolus: qui (vt Ezechiel dicit) myſteria diuina nouit.
Matt. 23.b b *Scientiam.* Vt ſcribæ & Phariſæi, vnde: Vos habetis clauem ſcientiæ, ſed nec intratis, nec alios intrare ſinitis. Habent hæc
Matt. 7.d utiq; & mali, qui & confitebuntur in iudicio, ubi nõ audebũt mentiri: quibus non diceretur: Nõ habuiſtis, ſed non noui vos, quia ſine charitate habuerunt.
In enan. Io. c.1. tract. 6. tom. 9. Ioan. 18.c c *Charitate au. &c.* Aug. Hæc eſt veſtis, qua induti conuiuę ſecuri diſcumbũt. Hac ueſte pellitur frigus quo frigebat Petrus calefaciens ſe ad prunas Caiphæ. Hæc ſola eſt, quæ diuidit inter filios regni & perditionis. Dantur quidẽ & alia per ſpiritũ munera: ſed ſine
Mar. 4.c charitate nihil proſunt, vt dñs ait: Qui hẽt dabitur ei: et qui nõ habet, et id qđ habet, auferetur ab eo. Habet quidem gratiam poſſidendi nomen Chriſtianum, ſed non habet charitatem utendi: & ideo, qđ habet, auferetur ab eo.
†De pę. di. 3.c.ſi. e *Si diſt.* Impar facultas multum vel parum danti, ſed non impar eſt charitas.
Luc. 19.b Et ideo tantum eſt dare calicem aquę frigidæ, quãtũ fuit Zachæo dare dimidiũ patrimonii. In charitate dignoſcũtur diſcipuli Chriſti, nõ in prophetia, fide, & aliis, quæ hẽnt & nõ diſcipuli.
e *Charitas pa. eſt, be. eſt, &c.* Hæc ſunt arma quibus miles Chriſti armatur. Cuius armaturæ quaſi pręcipua arma pręmiſit, patientiã & benignitatẽ. Orige. Altera, illata a proximis mala æquanimiter portat: alia, ſua bona proximis deſiderabiliter impendit.
†Inuidet, charitas nõ eſt procax, uel nõ adulatur, aut oſtentat ſe ſe,
f *Non æmulatur.* Quia non eam aliena fœlicitas contriſtat.
g *Non inflatur.* Quia non eam ſua fœlicitas attollit:
h *Nõ q̃ ſua* non eſt amatrix pecuniæ.
i *Omnia cred.* Sed Deo. Non dicit, omnibus credit.
B
†De pe. di. 2.c. charitas nunq̃.
k *Omnia ſperat.* Sic in patribus. i. in populo Iſrael apparuit, qui ſperabant habere, quod promittebat Deus.
l *Omnia ſu.* In capite. i. in Chriſto, qui patienter expectauit gloriam reſurrectionis & aſcenſionis.
m *Charitas.* Item dignior: quia nec in hoc ſeculo, nec in futuro finitur, & ſi opera eius ceſſent.
n *Nunquam ex.* Si credendo & ſperando diligimus, quod nondum videtur: quanto magis cum uidebitur?
*Euacuabitur*

a ¶Futurorum. b ¶Occulta ve. teſta. & noui.
a buero prophetiã, & nouerim myſte b a
¶Diuinam & humanam.
b ria oĩa, & oẽm ſciẽtiam: † & ſi habue b c
a ¶De omni re unde eſt habenda. b ¶Perfectã.ſ. c ¶Ad literam: vel dæmones a patientibus.
ro oẽm fidem, ita vt montes transfe a
c ram, charitatem autẽ non habuero, c
a ¶Et ſi illa magna. b ¶Cautela eleemoſynæ ut pluribus proſit. c ¶Neceſſaria.
d nihil ſũ. Et ſi diſtribuero in † cibos f
a ¶Non diuitum, qui reddant. b ¶Quidquid licet mihi habere.
pauperum omnes facultates meas, g
a ¶Vt Laurentius, quod & iactanter fit vt ab Empedocle.
† et ſi tradidero corpus meum † ita vt h i
ardeã, charitatem autẽ nõ habuero, k
a ¶Item charitas ideo dignior eſt: quia hæc bona affert. b ¶Habitu patientiæ in animo.
e nihil mihi prodeſt. Charitas pa- l
a ¶Larga egenis.
f tiens eſt, benigna eſt. Charitas non m n
a ¶Non inuidet: quia alterius bonum diligit ut ſuum. b ¶Peruerſe. c ¶Si proſpere ſuccedit.
g † ęmulatur, nõ agit perperã, nõ inflatur, o p
a ¶Nõ uult aliis præponi. b ¶Tantum vel ablata nõ repetit.
h † nõ eſt ambitioſa, † nõ q̃rit quæ ſua q r
a ¶Non prouocatur ad iram. b ¶Non ſolum non nocet: ſed nec cogitat.
ſunt. Non irritatur, non cogitat ma- ſ t
¶Sed dolet uidens aliquem ruere.
lum, non gaudet ſuper iniquitate: u
a ¶Operibus iuſtitiæ, uel verbis veritatis.
i congaudet autem veritati. Omnia x y
a ¶In actu pro veritate. b ¶Quod ueritas ſuadet. ¶Sicut in Noe apparet. ¶Vt in Abraham apparuit. c ¶Quę ueritas promittit.
k l ſuffert, oĩa credit, omnia ſperat, oĩa z a b
a ¶Promiſſa patienter expectat.
m n ſuſtinet. † Charitas nũquam excidit. c

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et no. my. omnia. *i. deitatis occulta, quę pertinent ad ſapientiam ſupra ij. b. Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.*
b Et omnem ſci. *ſiue diuinitus datam, vt apoſtoli habuerunt, ſiue humanitus acquiſitam, ut philoſophi.*
c Et ſi ha. omnem fi. *id eſt perfectam.*
d Ita ut mõ. tr. *Ex hoc obiiciunt aliqui, ꝙ nulli ſancti habuerunt fidem perfectã, quia nõ legitur aliquis eorũ montes tranſtuliſſe. Sed hoc non ualet, quia manifeſtatio ſpiritus per miracula datur ad vtilitatẽ eccleſiæ ut ſupra dictum eſt: propter quod ſancti fecerunt miracula prout utilitati eccleſiæ competebat: & ſi competens fuiſſet, montes æque tranſtuliſſent: quia maiora fecerunt, mortuos ſuſcitando, cæcos illuminando & hmõi, quæ fieri non poſſunt niſi uirtute diuina. Tranſlatio vero montium uirtute dæmonum poſſet fieri, ſi dimitterentur propriæ uirtuti.*
e Charitatem autem &c. *quantum ad eſſe gloriæ. Sciendum etiam, ꝙ Apoſtolus hic loquitur de ſapientia & ſcientia prout ſunt gratiæ gratis datæ, quæ haberi poſſent ſine charitate, ſicut prophetia & fides: Modo autem prout ſapientia & ſcientia computantur inter ſeptem ſpiritusſancti dona, quæ ſunt inſeparabiliter charitati annexæ.*
f Et ſi di. *Hic cõſequẽter idẽ facit de donis pertinẽtibus ad operationẽ, dicens:* Et ſi diſtrib. *i. pluribus diuiſero: quia pietas ad plura ſe extendit.*
g Omnes fa. meas. *Per hoc tangitur perfecta pietas. Matt. xix. c. Si uis perfectus eſſe, uade & vende uniuerſa, quæ habes, et da pauperibus &c. Inter opera uirtutis, quæ ſunt ad proximum, pro principali ponit opera pietatis: quia ſicut dicitur. Pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ.*
1.Tim. 4.c
h Et ſi trad. de &c. *Inter omnia, quæ ſuſtinet homo propter Deũ, martyrium eſt potiſſimum, & maxime quando quis offert ſe uoluntarie. propter quod exprimitur cum dicitur:* Et ſi tradidero corpus meum: *offerendo voluntarie propter Chriſtum.*
i Ita ut ardeam. *quod eſt martyrij genus acerbiſſimum.*

Charitatem

C
k Charitatẽ au. &c. *Ad conſecutionẽ vitæ beatæ, quia charitas dirigit opera ad finem ultimum: propter quod ipſa ſublata deficiunt ab illo fine.*
l Charitas patiens eſt. *Hic conſequenter oſtenditur eminentia charitatis quantum ad utilitatem; quia per ipſam implentur omnia uirtutis opera. Et primo hoc oſtenditur in duobus actibus generalibus uirtutis, cum dicitur:* Charitas patiens eſt. *Omnis.n. actus uirtutis, conſiſtit in hoc, quòd aliquis bene ſuſtinet ſibi illata mala, vel in hoc, ꝙ bene operatur bona. quãtum ad primum dicitur:* Charitas patiens eſt. *quantum ad ſecundum:* Diuiſio
m Benigna eſt. *i. facit patientiam in malis tolerandis, & benignum in bonis operandis. benignitas.n. dicitur quaſi bona igneitas. Qđ ſit quãdo ex igne charitatis, animus hominis ſic liqueſcit, quòd bona habita non ſibi ſoli retinet, ſed ad alios extendit.* † De conſ. diſt. 4. c. ſolet.
†alimoniã
n Non æmul. *Conſequenter explicat in ſpeciali opera uirtutum, quæ per charitatem efficiuntur. Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtẽdit qualiter charitas facit uitare malum. Secundo qualiter facit agere bonum, ibi:* Congaudet. *Circa primum ſciendum, ꝙ homo non agit malum cõtra Deum ſic, ꝙ ei noceat. ſed ſibi & proximo bene nocet. Primo ergo oſtendit, ꝙ charitas facit uitare malũ contra proximũ: Et hoc malum vel eſt in affectu, ut quando quis dolet de bonis proximi et de malis eius gaudet: quod fit per inuidiam, quã remouet charitas, quia contrariatur ei directe. ideo dicit:* Non æmula. *i. inuidet: Habet.n. æmulari plures ſignificationes, quæ continentur in hoc uerſu: Aemulor inflatur, amat, inuidet ac imitatur. Vel malum contra proximũ, eſt in effectu. Et ſic dicitur de charitate,* Diuiſio
vt comburar
†1.q.1.c. illud Infra 1 o.d †Phil. 2.c † non agit inhoneſte. vel non eſt faſtidioſa.
o Non agit perperam. *id eſt peruerſe.*
p Non infla. *Hic ſecundo oſtendit qualiter charitas facit uitare malum hominis in ſeipſum. Primo: quia remouet inordinationem ſuperbiæ, quæ eſt principium omnis mali, dicẽs:* Non infla. *quia charitas excludit tumorem ſuperbiæ. Inflatus.n. habet magnitudinem apparentem, ſed non exiſtentem: ſic ſuperbus uidetur ſibi magnus, cum tamen non ſit ſecũdum ueritatem. Et quoniã ambitio eſt filia ſuperbiæ, ideo conſequenter dicit de charitate.*
D
q Non eſt ambitioſa. *id eſt facit ambitionem uitare. Secundo: quia remouet inordinationem cupiditatis. Et quantum ad hoc dicitur:*
r Non quærit &c. *Repetendo ea cum ſcandalo. Tertio: quia remouet inordinationem iræ. Ideo dicitur:*
ſ Non irri. *id eſt non prouocatur ad iracundiam. Quarto: remouet inordinationem elationis, quæ eſt in mente. Ideo dicitur:*
t Non cogitat malum. *id eſt non permittit hominem cogitare qualiter perficiat opere.*
u Non gaudet ſuper iniquitate. *id eſt non permittit peccare ex elatione vel malitia, quæ faciunt de malo gaudere, Prouerb. ij. c. Lætantur cum male fecerint & exultant in rebus peſſimis, de quibus facit charitas magis lugere.*
x Congaudet. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter charitas facit operari bonum. Et primo quo ad proximum cum dicitur:* Congaudet autẽ ueri. *ſ. proximi: Quæ triplex &c. ſ. ueritas uitæ, doctrinæ, & iuſtitiæ.*
y Omnia ſuffert. *Infirmitates proximi charitatiue ſupportando. Secundo, facit opera bona erga Deum, quod fit per uirtutes Theologicas. Ideo dicitur:*
o Omnia cre. *quæ tamẽ diuinitus a Deo ſunt tradita, a quo non poſſunt tradi falſa, cum ſit prima regula ueritatis. Credere vero omnia, quæ traduntur ab homine, leuitatis eſt. unde Proue. xiiij. b. Innocens credit omni uerbo. In Hebræo habetur. Stolidus credit omni uerbo. Ideo innocentia accipitur ibi pro defectu ſenſus.*
a Omnia ſperat. *diuinitus promiſſa. Et ne ſpes frangatur propter dilationem ſubditur:*
b Omnia ſuſtinet. *Per longanimitatem patienter expectando promiſſa.*
c Charitas nunquam excidit. *Hic conſequenter oſtendit excellentiam charitatis reſpectu aliorum donorum quantum ad permanentiam. Et diuiditur in duas partes, quia primo proponit hanc permanentiam. Secundo probat eam, ibi:* Ex parte. *Circa primum dicit:* Charitas nunquam excidit. *Quod aliqui mali intelligentes dixerunt, quòd charitas ſemel habita non poteſt amitti, quod eſt falſum: quia dicitur Apocal. ij. a. Charitatem tuam primam reliquiſti. Ideo ſic intelligitur dictum Apoſtoli:* Charitas nunquam excidit. *id eſt Vtens charitate, quia ſic habens charitatem non peccat, nec auertitur a Deo. Ex hoc modo intelligitur illud. ij. b. Omnis qui natus ex Deo, non peccat, ſcilicet inquantum natus vel utens gratia in hac* Diuiſio 1. Ioan. 3.b
¶ natiuitate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Euacuabitur quod.* Destructio imperfectionis est, quãdo id, quod imperfectũ est, impletur in verũ. Hic opponitur a quibusdã, quod eadẽ ratione charitas debeat dici euacuari: quia modo ex parte est cõparatione futuri status. Ad quod quidã dicunt, nõ ipsam scientiã i. donũ scientiæ euacuari: sed modũ, quia modo cognoscimus ænigmatice & umbratiliter & obscure, tunc autẽ per speciẽ i. clarissime. Sed & ad hoc inquiũt illi: Oẽs modo imperfecte diligimus: tũc autẽ perfectissime, ergo modus diligẽdi euacuabitur. sic ergo charitas potest dici euacuãda vt sciẽtiã. Ad quod illi: Verum quod de charitate sicut de sciẽtia omnis imperfectio tollet. Sed sicut duo sunt diligenda, Deus & proximus, ita & duo principales modi: vt. s. Deus propter se, & proximus propter Deũ. Hi modi in futuro nõ euacuabũtur, sed modus imperfectionis tolletur. Alij dũt: Non solũ modũ scientiæ, sed ẽt actũ siue ipsam sciẽtiã, quæ nũc est, in futuro euacuari. De actu quidẽ & vsu ipsius scientiæ probabile est, quod euacuetur: de ipsa uero scientia non adeo. Scientia. n. est ipsa mentis qualitas, cuius actus est uisio ipsa, qua uidemus nunc: a qua ad aliam perducemur. vnde: Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus.

†abolebuntur. †aboleui
1. Ioan. 3. a

b *Nunc.* Imagines per fidem uidẽtur:
c *Tunc.* res ipsę.
d *Tunc co.* i. videbo promissa, sicut videor. hoc est, presentẽ ad Deũ esse, vbi Christus est. Vel sicut præscitus sum cognoscere, quod modo est secretũ. *Speculum.* Est anima: vi cuius aliquo mõ Deũ noscimus, sed obscure. *Aenigma.* Est non omnis, sed obscura allegoria. unde sicut per speculum imaginẽ, ita nomine ęnigmatis similitudinem quãuis obscuram & ad percipiendum difficilem significauit.

F e *Fides, spes &c.* Aug. Quibus scientia & prophetia militat sine quibus nullius iusti est vita ista perfecta.

Serm. 53. de temp. Dom. i Quinquag. com. 10.

f *Maior autem horum est ch.* Cui fides & spes non potest deesse, sed fides & spes sine charitate possunt esse.

¶Sed. ¶Futurorum. a ¶Quando omnia præsentia erunt.
Siue prophetiæ † euacuabuntur, siue a b
a ¶Quia enim alicui diceretur, vbi omnes eadem intelligent. ¶Quomodo per speculum.
linguæ cessabunt, siue scientia de- c
a ¶Cum per ipsam rem erit. b ¶Prophetia & scientia destruetur, quia ex parte sunt. i. imperfectæ.
struetur. Ex parte eñ cognoscimus, d
a ¶Imperfecte: quasi scientia ex parte est, prophetia ex parte est. b ¶Sed omne quod ex parte est, destruetur. Cum. s. vene. quod perfect. &c.
& ex parte prophetamus. Cum autẽ e f
a venerit, quod perfectum est, eua- g
¶Per simile.
cuabitur quod ex parte est. Cũ essem h
¶More paruuli.
paruulus, loquebar vt paruulus,
¶Humanas res.
sapiebam vt paruulus, cogitabam i k
vt paruulus. Quando autem fa- l
¶Perfectæ ætatis. a ¶Postposui omnia illa.
ctus sum vir † euacuaui, quæ erant
a ¶Similiter paruuli. ¶Nos. ¶De Deo.
b paruuli. Videmus nunc per spe- m n
a ¶Imaginem obscuram. b ¶Creaturas in quibus aliqua similitudo Dei relucet: & hoc satis obscure. c ¶Manifeste.
c culum in ænigmate: tũc autem faciẽ o p
a ¶A similitudine directo vultu se aspicientium. b ¶Ego ipse etiam. c ¶Obscure & imperfecte.
ad faciem. Nunc cognosco ex partẽ, q
d tunc autem cognoscã, sicut et cogni- r
a ¶Tunc cognoscam, sed nunc vt ad id perueniam.
e tus sum. Nunc autem manet fi- s t
¶Q. pauca, sed multum utilia.
f des, spes, charitas, tria hæc. † Ma- u
¶Quæ his decedentibus permanebit aucta.
ior autem horum est charitas.

## NICOL. DE LYRA.

¶ *natiuitate data. Itẽ dicta sententia illorum nõ cõuenit intẽtioni Apostoli, qui non loquitur hic de cessatione spiritualium donorũ per mortale peccatum, sed de cessatione donorum pertinentium ad hanc vitã per gloriam superuenientem. Et hoc modo charitas non excidit: quia sicut est in vita, sic permanebit in patria cum augmento.*

a Siue prophetiæ euacuabuntur. *Prophetia. n. est respectu futuri: status autem patriæ futurum non expectabit, sed erit ibi finale complemẽtum omnium: sic enim prophetia non habet ibi locum. Item quia prophetia est cognitio ænigmatica: quæ cessat in patria, vbi est clara cognitio.*

b Siue linguæ ces. *quod non est intelligendum de corporalibus linguis: quia sancti resurgent in integritate corporis. Similiter hæc cessatio non est intelligenda quantum ad vsum linguarum: quia ibi erit laus vocalis, secundum quod dicit Glo. super illud Ps. cxlix. b. Exaltationes Dei in gutture eorum. Sed intelligendum est de dono linguarum, quo aliqui in primitiua ecclesia linguis varijs loquebantur, propter illos, qui non intelligebant linguam natiuam apostolorum: quæ tunc cessabunt, quia quilibet quamcunq; linguam intelliget, propter quod non erit necessarium loqui varijs linguis. In primo etiam statu generis humani erat unus populus, & labium vnum omnium. Et multo magis uidetur, quod sic fiet in ultimo statu consummationis omnium.*

Act. 2.
Gen. 11.

c Siue scientia destruetur. *scilicet scientia hic acquisita non quo ad species intelligibiles vel quo ad habitum, sed quo ad actum, qui modo est per conuersionem ad phantasmata, tali uero conuersione non indiget anima separata.*

d Ex parte. *Hic consequenter probat propositum. Secundo concludit intentum, ibi: Nunc autem. Circa primum facit talem rationem, dicẽs: Adueniente perfectione, tollitur imperfectio ei opposita: status autem gloriæ perfectissimus est: ergo adueniente perfectione tolluntur dona habentia imperfectionem vel simpliciter, uel quantum ad id quod est imperfectionis. omnia sunt huiusmodi præter charitatem, quæ est idem cum gratia gratum faciente, uel habet eam inseparabiliter annexam: ergo in gloria tolluntur omnia simpliciter, vel secundum quid. In ista ratione sic procedit: quia primo ponit minorem. Secundo maiorem cum sua deductione, ibi: Cum autem uenerit. Tertio minoris probationem, ibi: Videmus nunc. Circa primum dicit:* Ex parte enim cog. *i. imperfecta est scientia nostra, quæ habetur in uia, & maxime illa, quæ est de Deo, ad quã se habet intellectus noster, sicut oculus noctuæ ad lucem solis. 2. Metaph.*

Diuisio

G Tex. com. 1

e Et ex parte prophetamus. *i. imperfecta est cognitio prophetica, eo quòd est ænigmatica. Et per ista duo dona intelliguntur alia imperfecta excludendo.*

f Cum au. *hic ponit maiorem, dicens:* Cum autem ue. quod perfect. est. *i. status gloriæ, qui perfectissimus est.*

g Euacuabitur quod ex parte est. *i. imperfectum. Quod declarat per simile de statu puerili imperfecto, qui cessat adueniente statu uirili perfecto, dicens:*

h Cũ es. pa. &c. *s. balbutiẽdo et imperfecte.*

i Sapiebam ut pa. *approbando aliqua, quę magis essent reprobanda. Et similiter reprobando, quæ magis essent approbanda.*

k Cogitabam ut par. *s. vana & inutilia.*

l Quando au. fa. sum vir. &c. *s. prædicta et consimilia perfectioni virili non conueniẽtia.*

m Videmus nunc. *Hic ponit minoris probationem s. quod alia dona a charitate sunt imperfecta, dicens:* Videmus nunc per sp. *Sensibile. n. cognoscitur tripliciter. Vno modo per sui præsentiam in sensu, sicut lux uidetur, quæ recipitur in oculo propter sui diaphaneitatem. Alio modo nõ per sui præsentiam, sed per speciem in sensu receptam: tamen immediate a sensibili deriuatam. sicut uidetur color. Tertio modo per speciem non deriuatam immediate a sensibili in sensu, sed in alio, sicut uidetur aliquid in speculo. Cõsimilis habetur de Deo triplex cognitio naturalis. Vno modo per essentiam suam, quæ soli Deo conuenit. Alio modo per similitudinem immediate a Deo deriuatam in cognoscente. & hæc cognitio conuenit angelo, cuius essentia est quædam Dei similitudo, per quã naturaliter cognoscit Deũ. Tertio modo cognoscitur a nobis quasi in speculo, inquantum per creaturas a nobis cognitas sicut per speculum ducimur in Dei cognitionem. Ex ordine. n. creaturarum & bonitate uenimus in cognitionem sapientiæ & bonitatis diuinæ. Ideo dicit:* Vide. nunc. *scilicet Deum.*

Sensibile tripliciter cognoscitur.
Cognitio dei naturaliter triplex.

H †Maxima ex his

n Per spec. in ænig. *Quia hæc similitudo creaturarum ad Deũ obscura est, & ualde imperfecta, & per consequẽs nostra cognitio de Deo in uia.*

o Tunc autem. *id est in patria.*

p Facie ad faciem. *Et clare & nude uidebimus diuinam essentiam.*

q Nunc cognosco. *Deum.* ex parte. *id est obscure & imperfecte.*

r Tunc autem &c. sicut & cognitus sum. *A Deo. Sicut. n. cognoscit essentiam nostram, ita tunc cognoscemus suam. Tamen ly sicut, non importat æqualitatem cognitionis, sed similitudinem tantum longinquam. Si autem ex his arguatur, quod charitas sicut alia dona euacuatur, quia est imperfecta, dicendum, quod non ualet, quia quando imperfectio cõuenit alicui per se, tunc euacuatur adueniente perfectione, si autem insit per accidens, manet. sicut imperfectio est de ratione pueritiæ, non autẽ de ratione humanitatis. & ideo adueniente statu uirili cessat pueritia, non autẽ humanitas, cui per accidens competit imperfectio, inquantum. s. est in puero. Imperfectio uero per se respicit scientiam nostram & prophetiã, ut prædictum est, propter quod euacuãtur. Charitati uero competit imperfectio per accidens. s. propter imperfectionem cognitionis adiunctæ. Charitati. n. competit per se in Deũ tendere, sed quod nunc imperfecte tendit in eum, est per accidens propter cognitionis imperfectionem, ut dictum est, propter quod manet adueniente cognitione perfecta.*

s Nunc au. *Hic concludit conclusionem principaliter intentam. s. quòd charitas excellit omnia alia dona, dicens,* Nunc autem. *i. tempore uiæ.*

t Manent fides, spes, charitas, tria hæc. *Per istam fidem & spem intelliguntur ista dona, de quibus non expresse facit mentionem, quæ sunt euacuanda in patria.*

u Maior au. ho. est cha. *Fides. n. & spes sunt excellentiora cæteris donis euacuandis, quia sunt uirtutes theologicæ, quæ dantur nobis ad coniungendum nos Deo. Alia vero dona sunt quædam dispositiones nobis datæ, ut reddamur bene mobiles a spiritusancto, & sic ordinantur ad uirtutes theologicas ut ad fines. Et ex hoc sequitur, quòd ex quo charitas est maior fide & spe, quòd etiam sit maior cæteris donis. Quod enim est maius maiore, est maius minore.*

In cap. xiij. ubi dicitur in postil. Potestas ergo hoc faciendi dicitur angeli lingua.

### ADDITIO I.

Cum locutio exterior, per quam aliquis loquitur alteri, fiat per aliquod sensibile signum, puta uoce uel nutu, uel aliquo corporis membro, puta lingua uel digito, quod angelis competere non potest: ideo quidam per hoc, quod dicitur hic: Linguis angelorum intelligunt linguam perfectorum hominum. Homines enim perfecti quandoque



A fecti quandoq; angeli dicuntur in scriptura. Vel dicendũ est secundum sctũm Tho. j. parte. q. cvij. ar. j. in cor. quæstionis, quod lingua angelorũ nõ proprie, sed metaphorice dicitur ipsa potestas angeli, qua suũ cõceptũ alteri manifestat.

In eod. capi. vbi dicitur in postil. ęs autem, eo quod est planum ex vna percussione reddit simplicem sonum &c.

### ADDITIO II.

Per hoc quod dicitur: Velut æs sonãs cymbalũ tinniẽs, intelligitur secundum Glo. quod ista sic sonantia sibi non prosunt, licet alios quãdoq; delectant. in quo est aperta comparationis similitudo: quia sicut ęs & cymbalum cum pulsu aliquo non per se resonant, sic loquens linguis nõ per se, sed virtute spũs profert ea, quibus audiẽtes mulceat. C

In eod. cap. vbi dicitur in Postil. Omnia suffert.

### ADDITIO III.

Hoc quod dicitur: Omnia suffert: intelligitur secundum Glo. pro veritate. In hoc autem, quod dicitur: Omnia credit: Notandum quod non dicit: Oĩbus credit, quia nõ oĩbus, sed tantũ Deo firmiter credit. &c.

## GLOS. ORD. CAP. XIIII.

SEcta cha. &c. Sequitur:

a *Qui. e. lo. lin.* Qui lingua loquens se non intelligebat, ut si quis alicuius linguę prolationẽ & non significationẽ sciret. Augu. Vel ita vt aliter accipiatur lingua, & fiat distinctio inter spiritũ & mentẽ. quia. n. in lingua in mẽbro illo, quod mouemus in ore cum loquimur, signa rerũ dantur, non res ipsę proferuntur: ideo trãslato verbo, linguã, hic dicit prolationẽ: vbi sunt significationes velut imagines rerũ, quæ ut intelligantur, indigẽt mẽte. i. intellectu mẽtis. Dũ vero nõ intelliguntur, dicuntur in spũ, nõ in mẽte. Mẽs. n. hic accipitur superior vis aĩę. Spiritus, vis eiusdẽ aĩæ inferior, cui rerũ imagines imprimuntur. Lingua uero, quælibet signorũ prolatio: ergo cũ intellectus accedit, qui est mẽtis vel reuelatio, fit, uel agnitio, vel prophetia, vel doctrina. Sciẽdum, quòd loquens lingua aliquando non intelligebat, aliquando intelligebat, sed alijs exponere nõ valebat; sed alius forte interpretabatur. Aliquãdo & uidebat & intelligebat & interpretabatur. vt uerbi gratia: Pharao in spũ, vidit septẽ spicas, et septẽ boues: illorũq; prolatio quasi lingua fuit, sed non intellexit quid significarent. ideoq; propheta nõ erat. Proinde cui rerũ similitudines demõstrabãtur in spiritu, si nõ intelligebat, nõdũ erat propheta. Magisq; propheta dicendus est, qui interpretatur, quod alius videt, vt Ioseph magis quam Pharao. Pharao uidit in spiritu, Ioseph mẽte. Eius spũs informatus erat, ut videret imagines. huius mẽs illuminata, vt intelligeret veritatẽ. Ideo in illa erat lingua, in ista prophetia: quia in illo rerũ imaginatio. in isto imaginationis interpretatio. Minus ergo est propheta, qui rerũ significatarũ solo spiritu videt imagines. Magis propheta, qui solo earum intellectu præditus est. Sed maxime, qui in vtroque præcellit, vt Daniel: qui & somnium regis, quod uiderat, dixit, & quid significaret, aperuit.

De Gene. ad lite. lib. 12. c. 8. 9. 3.
Gen. 41. a
B †congregationem
Dan. 5. e

b *Nunc au.* Dixi maior est, qui prophetat, quàm qui loquitur lingua. In meipso autem

## CAP. XIIII.

¶Ergo. ¶Toto desiderio.
SEctamini charitatẽ, a
a ¶Desiderate etiam alia dona spiritus vt linguas & alia: sed post charitatem, magis prophetiam quam linguas.
æmulamini spiritalia, magis autem b c
a vt prophetetis. † Qui enim loqui- d e
a ¶Incognita & peregrina. b ¶i. non intelligentiæ hominũ. ¶Aliqua signa sine intellectu.
tur lingua, non hominibus loqui- f
a ¶Cuius laudes dicit. b ¶Non hominibus. ¶Qui homo fit. i. carnalis. c ¶Intelligit.
tur, sed Deo, Nemo enĩ audit. † Spi- g h i
a ¶Non mens, sed inferior vis animæ. ¶Non ipse. ¶De Deo secreta. b ¶De isto dico, quod non hominibus: Nam qui prophe.
ritus autẽ loquitur mysteria. Nam k
a ¶Mente intelligendo & interpretatione aperiendo. ¶Exponit scripturas, quæ multis occultæ.
qui prophetat, hominibus loquitur l
¶Incipientium. ¶Prouectorum.
ad ædificationem & exhortationem m n
¶Desolatorum. ¶Item ideo.
& consolationem. Qui loquitur lin o p
a ¶Quod est spiritu. ¶Vt plus. b ¶Si tamen intelligit.
guã, semetipsum ædificat. Qui autẽ q
a ¶Quod est mente loqui. b ¶Quantum ad se.
prophetat † ecclesiam Dei ædificat. r
a ¶Quamuis autem sic prophetiam linguæ præponam, tamẽ. b ¶Quod donum Dei, & ideo non prohibebo.
Volo autem vos omnes loqui lin- s t
a ¶Quia plus prodest.
guis: magis autem prophetare. u x
¶Dignior. ¶Exponit.
Nam maior est, qui prophetat, y
¶Quod raro.
quàm, qui loquitur linguis: nisi z
¶Exponere ualeat, quod dicit.
forte interpretetur, vt ecclesia ædi-
¶Cum fideles.
b ficationem accipiat. Nunc autem a
fratres si venero ad vos linguis
a ¶Nihil. b ¶Nisi signis. i. linguæ accesserit intellectus, ut non spiritu tantum, sed & mente agatur.
loquens, quid vobis prodero, nisi b

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

SEctamini ch. *Superius Apostolus determinauit gratiarum gratis datarum conditionem. hic consequenter circa eas ponit quandam comparationem, ostendẽs quod prophetia sit eminentior dono linguarũ. Et ad euidentiam dicendorum considerandum quod ad prophetiam requiritur intellectuale lumen ad intelligendum visionis significatum. Pharao. n. qui videt spicas & Balthasar manum scribentẽ: ille dormiens, iste vigilans, non fuerunt prophetæ proprie loquendo: quia non habuerunt intellectum visionum. Sed Ioseph & Daniel, qui intellexerunt, veri prophetæ fuerunt. Sic igitur accipitur hic prophetare. s. visiones sibi vel aliis factas per lumen intellectuale sibi datum exponere. vnde dicitur Dan. x. a. Intelligentia opus est in visione. Sciendum etiam, quod in primitiua ecclesia pauci erant quibus imminebat prædicare, propter quod Deus tunc dedit donum linguarum multis de illis: ut sine impedimento exercere possent officiũ prædicationis. Corinthij vero tanquam curiosi magis volebant hoc donum quàm prophetiæ. Et sic loqui lingua accipitur hic pro locutione non intellecta perfecte, nec explanata: sicut grammaticus purus potest loqui prophetias in Latino: nõ tamen exponere. Et secundum hunc intellectum Apostolus præfert prophetizare loqui linguis. Et diuiditur in duas partes, quia primo hanc eminentiam ostendit. Secundo, qualiter sit utendum vtroq; dono, ibi: Quid ergo. Primũ ostendit dupliciter. Primo rationibus sumptis ex parte fidelium. Secũdo ex parte infideliũ, ibi: Fratres mei. prima adhuc in duas: quia primo ostendit propositũ, quo ad vsum linguarũ in prædicando. Secundo, in orando, ibi: Nam si orem. Prima adhuc in duas: quia primo probat propositũ per rationem. Secundo, per exempla, ibi: Nunc aũt. Circa primũ continuat se ad præcedentia, dicens:* Sectamini ch, *eo quod dixerat eam præcellere secreta dona, ca. præc. ideo ex illis quasi concludendo dicit, quod præ cæteris debent charitatem sequi. veruntamen quia propter hoc non sunt alia dona contemnenda, subdit:*

Gen. 41.
Dan. 5.
Diuisio

b Aemulamini spi. *i. desiderate seu amate alia dona, vt prophetiæ donum & linguarũ.*

c Magis autem. *scilicet desiderate.*

d Vt pro. *quia prophetia præcellit dona linguarum. Quod consequenter probat duplici ratione. Prima ponitur, cum dicitur:*

e Qui enim lo. lin. *diuersa idiomata.* † sup. 12. d

f Non ho. lo. *i. ad vtilitatem hominum. Sicut. n. dictum est supra, per loqui lingua siue linguis, intelligitur locutio non intellecta, sicut aliquis simplex dicit horas canonicas, nõ tamen intelligit vel explanat, sicut cum quis simpliciter intelligit tantum significata uerborum, nõ tamen perfecte locutionis sensum: quia nesciret exponere: imo ad intelligendum doctore indigeret, & in donum linguarum non sufficiebat ad exhortandum siue prædicandum, sed tantum ad orandum. Ideo subditur:* † Spiritu

g Sed Deo. *cũ quo loquitur hõ in oratione.*

h Nemo enim au. *i. intelligit per talem locutionem sensum interius latentem.*

i Spiritus autem lo. myster. *s. sensus latentes per donum prophetiæ reuelando: & ideo tale donum sequitur ædificatio ecclesiæ. Ideo subditur:* D

k Nam qui prophe. *id est sibi uel alijs reuelata refert vel explanat.*

l Hominibus lo. *i. ad utilitatem hominum.*

m Ad ædificationem. *incipientium.*

n Et exhorta. *proficientium.*

o Et cons. *Lugentium seu perfectorum. Ex prædictis formatur talis ratio. Illud quod est ad honorem Dei & utilitatem proximi, est melius illo, quod est ad honorem Dei tantum: prophetia uero est ad vtrunq; donum linguarum & non ad honorem Dei tantum, vt patet ex dictis. ergo &c.*

p Qui lo. *Hic ponitur secunda ratio, quę talis est: Melius est illud, quo aliquis proficit sibi & alijs, cuiusmodi est prophetia, quàm illud quo proficit sibi tantum: sicut est donum linguarum: per se tamen acceptum: quia per hoc nõ potest alios instruere. Et hoc est quod dicit:* Qui loquitur lin. semetipsum ædificat. *sibi proficiendo scripturas recitans orando uel studendo.*

q Qui au. pro. *Scripturas referando vel explanando scriptis uel uerbis.*

r Ecclesiam Dei æd. *i. congregationem fidelium. Et ne aliquis ex dictis crederet non esse curandum de dono linguarum: ideo hoc remouet, dicens.*

s Volo autem. *id est desidero.*

t Omnes vos lo. lin. *tanquam aliquod bonum.*

u Magis autem. *scilicet volo vos.*

x Prophetare. *quoniam melius est. Ideo subditur:*

y Nam ma. est. *si tamen utrunq; donum per se sumatur. Ideo subditur:*

z Nisi for. inter. *scripturas explanando: quod pertinet ad prophetiam, & sic talis habet vtrunq; donum. s. linguarum & prophetiæ: quod est melius, quàm habere alterum tantum, cæteris paribus.*

a Nunc au. *Hic consequenter ostendit propositum per exempla: & primo per exemplum suipsius, dicens:* Nunc au. frat. si ve. ad vos. *i. vtens tantummodo dono linguarum, quod habeo.*

b Quid vo. pro. *nisi uobis explanauero dicta mea. q. d. nihil. Hæc autem explanatio potest esse primo circa diuina hominibus occulta: quæ tamẽ scire necesse est, vel expedit. Et quantum ad hoc dicit:* Aut in reuelatio. *Secundo: circa humana, quorum cognitio ad salutem est utilis vel necessaria. Et quantum ad hoc subdit:* Diuisio

¶ Aut in

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aūt videre poteſtis, ꝙ lingua non prodeſt, prophetia prodeſt.
E *Nunc autem* Quando fideles: quid tunc quando infideles?
a *Aut in re.* vt exponam reuelationem. Reuelatio eſt quando per figuras oſtenduntur quædam myſteria, vt in Apocalypſi.
b *Aut in ſcientia.* vt exponam ea, quæ ad ſciendum pertinent. Ea ſunt, quæ fidem illuminant, ut de natura diuinitatis.
c *Aut in prophetia.* vt exponam ſcripturas, quæ de futuris agunt.
d *Aut in doctrina.* ut exponam ſcripturas, q̄ mores informant. Vel reuelatio eſt ſubita aliquarum rerum oſtenſio ꝑ ſpiritum. unde poſt ſi cui ſedenti reuelatum fuerit. Prophetia eſt ut Iſa. vel cæterorum, quam ſine humana induſtria ſpūſanctus paulatim reuelat. Sciētia eſt eorū, quæ ꝓprio ſtudio didicit. Doctrina eſt eorū, quæ alio docente.

†Quinetiā *Reuelatio.* *Prophetia* *Scientia.* *Doctrina*

*tibia

e *Tamen quæ ſi.* Per me oſtendit linguā non ualere ſine interprete. Per me dico, quod oſtendi, qui ſum rationalis, tamen per inanimata idem patet.
f *Etenim ſi incer.* Item per aliam ſimilitudinem. *Etenim ſi incer. &c.* Iudæis erat uſus turbæ in feſtis & in bellis diuerſis ſonis.
g *Tam multa.* Ideo in aera. Quia tam multa ut ſunt genera linguarū, quod eſt, tantū ualet hæc locutio ac ſi oībus linguis loqueremini, quas nunq̄ ullus intelligeret: & de oībus rebus in unaquaq; lingua, qa nulla res eſt ſine ſua uoce in unaquaq; lingua. Vel: *Tam multa. vt ſunt ge. lin. in hoc mun.* quia loquimini omnibus linguis, & de oībus rebus.
† vocum
h *Et ſine vo.* Multæ ſunt linguæ, ſed habent proprias ſignificationes vocum, ut intelligantur.
i *Si er. ne.* Et quia alii ſine interprete non intelligerent, ergo ero barbarus.
† vim
k *Sic & vos.* Vel ſub una diſtinctione,
F ſic, Et propter hoc ne ſitis barbari, & uos ut ego, quærite ut abundetis.
l *Spiritus meus orat.* Spiritus uocaē uis animę inferior mēte, ubi corporalium rerum ſimilitudines imprimuntur. Mens altera ſuperior uis animæ, ut ſupra. Spiritus Pharaonis informatus eſt, vt uideret imagines: mens Ioſeph illuminata eſt, ut intelligeretur.
† ſectatores *Gen. 41. a* *Ibidem.*
m *Sine fr.* Amb. Ita. n. ſi lingua incognita quis loquatur, vel ſigna aliquarū rerū ſine intellectu ꝓferat, ſicut ſolēt Latini hoīes Græce cantare, oblectari ſono uerborum, neſcientes tn̄ qd dicant.
*In epiſto. ad Cor. 1. c. 14. ante medi. to. 5.*
n *Orabo ſpiritu.* i. ita loqui approbo, ut ſigna rerū forment in ſpiritu, & eorū intellectus refulgeat in mente. Vel, *Orabo.* ore & mente.
*Amen.*
o *Amen.* Au. Nota ꝙ hoc uerbū amē, nec Græcū nec Latinum eſt, ſed Hebreū, & interpretatur, uerū. Cūq; poſſet dici, uerū, nō dr̄, ſed amē. Nec Græcus tamen, nec Latinus interpres auſus eſt facere, ne uileſceret nudatum, ſed honorē haberet uelamēto ſecreti.
*In euan. Io. tract. 41 poſt princi. tom. 9.*
† Alioqui
☞ *Gratias*

¶ Subita oſtenſione.
vobis loquar, aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in
¶ Quamuis ita linguas appetatis, tamen.
doctrina? † Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue ci-
a ¶ Diſtinctos & intelligibiles ſonos.
thara, niſi diſtinctionem ſonituum
a ¶ i. quis iudicare poterit modos vel conſonantias cantilenæ?
dederint, quomodo ſcietur id, quod
a ¶ Tibia.
canitur *, aut quod citharizatur?
a ¶ Aliud ſimile. ¶ Vere de iſtis neſcietur, quia nec de tuba.
Etenim ſi incertam vocem dederit
a ¶ Quæ bellum non ſignificet. b ¶ Neſcietur: effectus iudicat, quia nemo ſeparat.
tuba, quis parabit ſe ad bellum? Ita
a ¶ Loquentes. b ¶ Quorumlibet ſignorum, vel incognitā. c ¶ per interpretationem.
& vos per linguam, niſi † manifeſtū
a ¶ Qui debetis ad bellum contra dæmones hortari. b ¶ Q. Nullo modo. c ¶ Intelligetur
ſermonē dederitis, quomodo ſcietur id, quod dicitur? Eritis enim in
a ¶ A uobis. b ¶ Neſcietur.
¶ Non ad corda hominum. ¶ Quaſi inutiliter.
aera loquentes. Tam multa † vt puta genera † linguarum ſunt in hoc
¶ Tot ut multa. ¶ Toto ¶ Intellectu.
mundo, & ſine voce nihil eſt. Si ergo
a ¶ Interpretationem ſignificationis uocis quam profero. b ¶ Quem inſtruere debeo.
neſciero † virtutem vocis, ero ei † cui
a ¶ Non intellectus. b ¶ Inſtruit. ¶ Vel audit.
loquor barbarus, & qui loquitur
a ¶ Intellectus. ¶ Quia nec ipſe me, nec ego ipſum intelligo. b ¶ Sicut dico de me.
mihi barbarus. Sic & vos, quoniam
¶ Eritis barbari ſine interpretatione. b ¶ Quia deſiderātis dona ſpiritus.
† æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem eccleſię quęrite vt † abundetis. Et ideo qui loquitur lingua,
a ¶ Quod eſt per interpretationem. ¶ Et quia ædificare debetis.
a ¶ Deum, uel ſic oret, ut loquatur. b ¶ Interpretandi gratia ſibi detur. ¶ vt exponat. c ¶ Si aliter. d ¶ Si loquar.
oret ut interpretetur. Nam ſi orē lingua, ſpiritus meus orat: mens au-
a ¶ A Deo datus facit loqui, vel ratio, quæ id bonum putat.
a ¶ Intelligentia eorum, quæ dico. b ¶ Vtile eſt?
tem mea ſine fructu eſt. Quid ergo
a ¶ Loquar. b ¶ Voluntate vel lingua per ſpiritum data. c ¶ Intelligentia mentis.
eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente.
a ¶ Melodia cantus, quod minus. b ¶ Intelligentia ſpirituali, quod plus.
Pſallam ſpiritu: pſallam & mente.
a ¶ Sed aliter. b ¶ Aliqua bona dixeris. c ¶ Lingua per ſpiritum data.
† Cæterum ſi benedixeris ſpiritu,
a ¶ Q. nullus: nec etiam ſapiens: quia non intelligit. b ¶ Illiterati & rudis.
quis ſupplet locum idiotæ? Quo-
a ¶ Q. nullo modo: Quoniam quid dicas neſcit. ¶ Hic eſt locus idiotæ. ¶ Etiam multum intentus ut intelligat.
modo dicet, amen ſuper benedictionem tuam? Quoniā quid dicas
a ¶ Ideo dico ſuper tuam benedictionem: vel hoc noto quod idiota non habet locum: Nam hoc nō noto vel arguo, quod hoc agis. Hoc ideo dicit, ne uideretur reprehendere donum ſpiritus.
neſcit. Nam tu quidem bene gra-
¶ In lingua.
tias agis, ſed alter non ædificatur.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Aut in ſcientia. *quæ proprie accipiendo eſt de terrenis. Tertio circa futura contingentia. & quantum ad hoc ſubdit:* Aut in prophe. *Quarto, circa moralia. & quantum ad hoc dicit:* Aut in doct.
b Tamen quæ. *Hic ponit ſecundum exemplum in rebus inanimatis. ſ. inſtrumentis muſicis, quæ ſi ſonū confuſum emittant, neſcitur quid canitur: ſed requiritur determinatio ſoni per uarium tactum inſtru. & hoc eſt quod dicit:* Tamen quæ ſi. aīa. *hic accipitur uox ſimilitudinarie tantum. quia proprie loquendo ſonus eſt in animatis. vt dicitur. ii. de anima. Vox eſt percuſſio aeris reſpirati ab anima ad uocalem arteriam cum imaginatione ſignificandi. Et ſic uox hic accipitur pro ſono. Cætera patent uſque ibi:*
Etenim

G
c Etenim ſi in. *Vbi ponitur aliud exēplū de tuba, quæ aliter ſonat inuitando ad conſilium, aliter uocando ad feſtum, & aliter prouocādo ad bellum, ut habetur li. Num. x. ꝓ quod nullus præparat ſe ad bellū, niſi ſonet determinato modo ad hoc ſtatuto. Et ſimiliter locutio linguarum non ualet ad ædificationem, niſi ſenſus explanetur. Et patet litera uſque ibi:*
d Ita & uos per ling. *ſupple non proficietis eccleſiæ.*
e Niſi ma. ſer. de. *explanatū modo prędicto quod pertinet ad prophetiam. Ideo ſubditur:*
f Eritis enim in aera lo. *id eſt in vanum.*
g Tam multa. *ſcilicet idiomata.*
h Et ſine vo. nihil eſt. *i. ſine ſignificatione uocis ſignificatiuæ & ſenſu locutionis nihil eſt cognitum ad utilitatem eccleſiæ, immo deriſibile eſt, ſicut loqui aliquod idioma ignoranti. Ideo ſubditur:*
i Si ergo neſ. vir. *id eſt ſignificationem.*
k Ero ei cui lo ba. *i. extraneę loquens: ſicut ſi aliquis faciens horas canonicas & non intelligens loquatur alteri ſimiliter ignoranti: ideo ſubditur:*
l Sic & uos. *ne ſitis ſimiles barbaris, quod debetis uitare. Et ratio ſubditur cum dicitur:*
m Quoniam ęmu. eſtis ſpi. *id eſt amatores bonorum ſpiritualium.*
n Quærite ut ab. *non ſolum uerbo, ſed magis intellectu ad explanationem verbi. Ideo ſubditur:*
†ſignificantem *Diuiſio*
o Et iō qui lo. lin. *habens donū linguarum.*
p Oret ut inter. *i. ut a Deo prophetia ſibi detur tanquam melius bonum.*
q Nam ſi orē. *Poſtquā oſtendit præeminentiam prophetiæ reſpectu doni linguarum in prædicatione: hic conſequenter idem oſtendit in oratione. Et primo in oratione ſecreta. Secundo, in publica, Ibi: Cæterū. Circa primum facit talem rationem: Oratio, quæ reficit intellectum & affectum vel nata eſt reficere, melior eſt illa, quæ reficit tantū affectum, ſic eſt in propoſito, quia per donū linguarum preciſe proferri poſſunt uerba orationis in quolibet idiomate, ſed non intelliguntur. Sicut cum laicus dicit orationem dominicam vel aliquid huiuſmodi deuote, & tunc affectus eleuatur in Deum, & ſic reficitur eius affectus, non tamen intellectus, quia non intelligit quæ dicit, Sed quando intelligit, reficitur eius affectus & intellectus. igitur intellectus locutionis, quæ pertinet ad prophetiam, melior eſt dono linguārum. Huius rationis ponit minorem, dicens:* Nam ſi orem lin. ſp. meus orat. *i. affectus meus in Deum eleuatur. ſpiritus. n. importat quandam vim motiuam. Et ideo uoluntas, quæ eſt affectus intellectiuus uocatur hic ſpiritus, quia mouet alias animæ potentias ad agendum.*
† verbi gratia
† qui loquitur
H
r Mēs autem mea. *Id eſt intellectus meus.*
† excellatis
ſ Sine fructu eſt. *Quia non intelligit orationis ſenſum. Ideo concludit,*
t Quid ergo eſt? *mihi faciendum.*
u Orabo ſpiritu, orabo & mente. *id eſt affectu & intellectu.*
x Pſallā &c. *Pſallere eſt orare cum melodia.*
y Cæterum. *Hic conſequenter idem oſtendit in oratione publica, quia ſi populus intelligat orationem ſeu benedictionem ſacerdotis, melius reducitur in Deum, & deuotius reſpondet,* Amen. *Ideo dicit,* Cæterum ſi benedixe. *id eſt tu ſacerdos vel epiſcope.*
z Spiritu. *id eſt abſque hoc, quòd populus intelligat.*
a Quis ſup. lo. idiotæ? *q. d. quid proficit populus ſimplex & non intelligens? q. d. nihil aut modicum, quia neſcit ſe conformare tibi, qui es miniſter eccleſiæ, reſpondendo amen. Propter quod in primitiua eccleſia benedictiones & cætera communia fiebant in ulgari, ſed poſtquam populus multiplicatus fuit, & conſueuit ſe conformare miniſtris eccleſiæ, ut pote ſtando quando dicitur euangelium depoſito caputio, adorando euchariſtiam & conſimilibus, fiunt in latino in eccleſia latina. Et ſufficit, ꝙ clericus reſpondeat pro toto populo. Expeditius. n. fit hoc modo, quàm in vulgari. Conſequenter Apoſtolus concludit intentum, ſcilicet, quòd pro*
¶ phetia



☞ a *Gratias ago Deo.* Proponit ſe exēplū, ꝙ non debent loqui lin-
A guis niſi ad ædificationem, ſicut ipſe, qui omnes nouit. *Gratias ago.* Ne æmulus per inuidiā uideretur dicere, deprimēs in aliis, qđ in ſe nō hr̄et: oſtendit oīm horū ſe loq linguis, di. *Gra.*
b *Sed ma. pa. eſto.* Vt ſitis remoti a malicia, vt paruuli, ſtudentes his, quæ proſunt, quod eſt perfectio ſenſus.
c *In le.* Ratio, quare nō debēt quęrere linguas, quia in ſignū ſunt infidelibus, quod ipſi iā non ſunt, & non ad ædificationē, quę neceſſaria eſt iā fidelibus.
*In epiſto. ad Cor. 1. c. 14. part. 1. poſt med. to. 5.*
*In le.* Ambr Dicit linguas, quibus velatur veritas mutandas, quia etiam oīa velamina legis veteris, dominus ꝑ prophetam eſſe mutāda dixit, ut fidelibus perſpicua fieret ueritas remoto legalium figurarum uelamine. Ex hac ſimilitudine oſtendit linguas, quibus tegitur ueritas, non eſſe appetendas, nec dari propter fideles, ſed infideles: ſicut in veteri lege velamē erat, ut indignis & infidelibus uelaretur ueritas.
*Ibid.*
d *Alijs lin.* Amb. Non de ſabbatho, & neomenijs, & circunciſione & huiuſmodi, ſed nouum Teſtamētum. Vel, nō in reuelatione, qua indigni ſunt, ſed in parabolis dicitur eis euangeliū.
e *Et nec ſic e.* Hoc de his prædixit quos præſciit non credituros, quibus ꝓpter peccata non patet uel placet ueritas.
f *Itaq; in ſi.* i. ſermones Dei incognita lingua & peregrina obſcuri ſunt ne videantur a perfidis, vt cum audiuntur, ſignum ſit, quia propter perfidiam factum eſt, ne audientes intelligant: hoc utique fit infidelibus, quibus teguntur ſenſus, fidelibus autem conuenit prophetia & non lingua incognita.
g *Si er. con.* Alia ratio cur non debēt loqui linguis. Q. quia linguæ ſunt in ſignum. nō ad ædificationē. *Si ergo &c.*
B Impoſtura tenebras quærit: & falſa ꝓ ueris oſtendit: ſicut pagani tectis vanitatibus illuduntur, hic nil aſtute fuſcatum eſt, ſed ſimpliciter & aperte vnus laudatur Deus, quia ſi nullus intelligeret, poſſet uideri ſeductio, quæ linguis caueretur, cum pudor eſſet reuelari.
h *Quid ergo.* Iam incipit determinare quomodo linguis ſit vtēdum. Q. Quādoquidem hæc veniunt de locutione linguarū. ergo quid agēdū de his eſt? Q. Cætera ſub modis ad ædificationē agenda ſunt, lingua uero ſic eſt utendū. *Vnuſquiſq;.* Ideo nullus ſe excuſet.
† indocti
☞ *Pſalmum*

¶ Q. Non in vobis vitupero, quod in me non habeo.
Gratias ago Deo meo quòd † omniū
a ¶ Qua loquitur aliquis ueſtrū. b ¶ Cui utilis eſſe debeo.
veſtrum linguā loquor. Sed in eccle-
¶ Pauca. ¶ Vt intelligam.
ſia volo quinque verba † ſenſu meo
¶ Fide & moribus.
loqui, vt & alios inſtruam, quā decē
¶ Infinita verba. ¶ Tantum. ¶ Sic & uos agite.
millia verborum in lingua. Fratres
a ¶ Per imperitiam. ¶ Vt non intelligatis, quæ dicitis ut pueri,
nolite pueri effici ſenſibus, ſed mali-
a ¶ In innocentia. b ¶ Vt intelligatis plene, quod dicitis.
tia paruuli eſtote: ſenſibus aūt pfecti
a ¶ Ne quæratis linguas, quia. b ¶ In prophetia Eſaiæ, quæ hic dicitur lex. c ¶ Scilicet hoc.
ſitis. In lege em̄ ſcriptum eſt. † Quo-
a ¶ Diuerſis generibus linguarum. b ¶ Quam beniuolis & fidelibus. ¶ Et alijs verbis, de ſpiritualibus, non terrenis.
niam in alijs linguis et in labiis aliis
a ¶ Per apoſtolos. b ¶ Iudaico. ¶ Malinolo. c ¶ Hoc faciam, vt vel ſic exaudiant. ¶ Sed nec ſic exau. In quo notat linguas eſſe datas in ſignum infidelibus. unde ſubdit: Itaque lin.
loquar populo huic, & nec ſic exaudient me, dicit dominus. Itaq; lin-
a ¶ Qui credunt omnia poſſe Deum.
guę in ſignū ſunt, nō fidelibus ſed in-
a ¶ Ad fidem nouitate miraculi mouentis. b ¶ Vt ſenſibus perfecti ſint fideles. ¶ Datæ ſunt. c ¶ Ne ſanctum detur canibus.
fidelibus. Prophetię autem non infi-
¶ Vt ædificentur.
delibus, ſed fidelibus. Si ergo con-
¶ Fideles.
ueniat vniuerſa eccleſia in vnum,
¶ Sine interprete.
& omnes linguis loquantur: intrent
a ¶ Alias ta. b ¶ Alias lis. c ¶ Cum alter alterum non intelligat.
autem † idiotæ aut infideles: nonne
¶ Quaſi arreptitij.
dicent quid inſanitis? Si autem
¶ Viritim exponant.
omnes prophetent, intret autem
a ¶ De aliquo ſuo errore.
quis infidelis vel idiota: † conuin-
a ¶ Damnabilis oſtenditur.
citur ab omnibus, dijudicatur ab
a ¶ Peccata ſua, quæ neſciebat tunc peccata.
omnibus: Occulta enim cordis eius
a ¶ Sibi. ¶ Expoſitionibus eorum. ¶ Humilians ſe.
manifeſta fiunt. Et ita cadens in fa-
a ¶ Qui ſe ſibi per vos notificauit. b ¶ Ore quod hēt corde.
ciem adorabit Deum, pronuncians
quòd uere Deus ſit in vobis. Quid er-

## NIC. DE LYRA.

¶ *phetia eſt melior dono linguarum, dicens:*
a Gratias ago Deo &c. *Et hoc eſt quoddam donum a Deo mihi datum. Sed quòd donum prophetiæ melius eſt ſubdit:*
b Sed in eccle. volo. *ſupple magis.*
c Quinque uerba, *id eſt pauca.*
d Senſu meo. *ſcilicet ut intelligam & ab his intelligar.*
e Vt & ali. in. quam &c. *i. quàm maximam verborum copiam ſine huiuſmodi intellectu. Sciendum autem, quòd Apoſtolus ſpecialiter hic dicit ſe uelle loqui quinq; uerba: quia prædicatores debēt annunciare quinque ſ. credenda, agenda, vitanda, timenda, ſperanda, quia prædicatio debet eſſe de his, quæ pertinent ad fidem: & ſic habetur primum: Et de his, quæ pertinent ad mores & ſic habētur alia quatuor. ſ. virtutes & vitia pœna & gloria. Et quia iſta debent prædicare cum breuitate ſermonis, Ideo dicit Apoſtolus:* Quinque uerba. *id eſt pauca.*
f Fratres mei. *Poſtquam Apoſtolus oſtendit prophetiam præcellere donum linguarum rationibus ſumptis ex parte fidelium, hic conſequenter idem oſtendit ratione ſumpta ex parte infidelium. Circa quod primo excitat attentionem Corinthiorum, dicens.*
*Diuiſio*
g Nolite pueri effici ſenſibus. *id eſt in diſcretione boni & mali: pueri. n. frequenter præeligunt minus bonum maiori: hoc autem dicit Apoſtolus ne præeligant donum linguarum prophetiæ, quod eſt maius bonum.*
h Sed mali par. eſto. *id eſt non cogitetis malum, ſicut paruuli deficiunt cogitando talia.*
Senſibus

i Senſibus autem perfecti. *i. ea quæ dicitis ſic intelligatis perfecte, ut poſſitis alios inſtruere: quod pertinet ad prophetiam.* C
k In lege enim ſcriptum eſt. *Hic conſequenter facit ſuam rationē, quæ talis eſt, quòd quando aliqua duo ad vnum finem ordinantur, illud eſt melius, quod eſt efficacius ad finem illum conſequendum. Donum autem linguarum & donum prophetiæ ordinantur ad conuerſionem infidelium ad quam efficacius eſt donum prophetiæ. ergo &c. Minorem huius rationis probat dupliciter. Primo autoritate, dicens:* In lege enim ſcriptum eſt. *Nō accipitur lex hic ſtricte. ſ. pro quinque libris Moyſi, ſed pro toto veteri Teſtamento: quia quod hic allegatur, ſcribitur Iſa. xxviij. ſecundum translationem Septuaginta.*
† magis ꝗ omnes vos
† mente mea
l Quoniam in alijs linguis & in labijs alijs loquar populo huic. *id eſt populo Iudaico: quod fuit impletum. Act. ij. quando Iudæi congregati in Ieruſalem de diuerſis terris audierunt credentes loquentes in omnibus linguis.*
m Et nec &c. *Licet. n. tunc aliqui ad Chriſtum fuerunt conuerſi: tamen plures manſerunt obſtinati, & conuerſi magis fuerunt per uerbum Petri reſerantis ſcripturas prophetarum, quod pertinet ad prophetiam, quàm per donum linguarum, ut patet Act. ij. Et ſic patet, quòd donum prophetiæ plus ualet ad conuerſionem infidelium, quàm donum linguarum.*
† Iſa. 28. c
n Itaque linguæ in ſignum ſunt. *Diuinæ uirtutis.*
o Non fidelib. *id eſt pro fidelibus, qui iam credunt.*
p Sed infi. *ut ꝑdicatores euangelij intelligi poſſint ab omnibus ſingularum linguarum, et ſic conuerti ad fidem Chriſti.*
q Prophetiæ au. non in. *i. Gentilibus, qui non habuerunt legem nec prophetas.*
r Sed fi. *i. Iudæis vnum Deum credentibus. de quibus fuerunt Apoſtoli, aliq; Chriſti diſcipuli, & alij credētes primi fere omnes, per quorum prædicationem conuerſi ſunt Gentiles. Et ſic prophetia plus ualuit ad conuerſionem infidelium, quàm donum linguarum, ſicut ad inſtructionem fidelium plus valet ſcientia quàm eloquentia.* D
ſ Si er. *Hic ſecūdo declarat minorem facto. dicens:* Si er. con. un. ec. *Cauſa orationis vel ꝑceptionis ſacramenti vel aliquo huiuſmodi.*
t Et omnes. *fideles.*
u Linguis loquantur: intrent autem. *id eſt ignorantes idioma.*
† coarguit
x Aut in non. d. *quia nos reputabunt inſanos. unde Apoſtoli ſic loquētes reputati fuerunt ebrij. Et ſic in tali caſu donum linguarū eſſet magis ad confuſionem fidelium quàm ad conuerſionem infidelium: & ſic etiā fuiſſet Act. ij. c. Niſi Petrus per donum prophetiæ oſtendiſſet contrarium interpretando dicta prophetarum.*
*Act. 2. b*
y Si autem omnes prophetent. *nō ſimul, ſed ſucceſſiue exponendo ſcripturas vel reuelationes ſibi vel alijs factas.*
z Intret autem quis infidelis vel idiota: conuincitur. *Illis ſucceſſiue prophetantibus, inquantum oſtendunt uitam Gentilium irrationabilem. Et ſic.*
a Diiudicatur ab omnibus. *id eſt condemnabilis oſtenditur.*
b Occulta e. &c. ma. fi. *Inquantum ex prædicatione tali vel expoſitione tanguntur multa pertinentia ad fidem & mores, ex quorum auditu conuertitur ad cogitandum mala in corde ſuo latentia, & ad pœnitendū corde & confitendum ore. Poteſt etiam aliter intelligi. Nam in primitiua eccleſia ad conuerſionem infidelium fuit pluribus fidelibus diuinitus conceſſum ſecreta cordium cognoſcere, ex quorum reuelatione aliqui cōuertebantur ab infidelitate, ſicut mulier Samaritana credidit in Chriſtum ex reuelatione ſui delicti.*
c Et ita cadens in fac. &c. *Humilians ſe coram Deo ex dicta prædicatione, uel ſecreti reuelatione.*
*Ioan. 4.*
d Adorabit Deum. *Conuerſus ad ipſum.*
e Pronuncians: *Id eſt ore confitens.*
f Quod uere Deus in uobis ſit. *Corde. n. creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Roma. x. c.*
g Quid er. eſt fr. *Hic oſtendit Apoſtolus qualiter ſit utendum donis prophetiæ & linguarum. Et primo facit hoc in generali. Secundo, magis in ſpeciali, ibi: Siue lingua. Circa primum dicit:* Quid er. eſt fratres. *ſcilicet*
*Diuiſio*
¶ vobis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Pſalmum ha.* Laudem Dei per canticum.
E b *Doctrinam.* Senſum ſpiritualem per prudentiam.
c *Aut vt mul.tres.* non plus quàm tres, ne occupet diem, & non ſit locus prophetis ſcripturas differentibus.
d *Sibi autem lo.* Sibi loquitur, qui compungitur ex his, quæ dicit: Et Deo ad honorem Dei, quem laudat vel orat.
Deut. 7. b — e *Prophetæ duo.* quia ſufficit ſermo tot hominū, & in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. — † canticum
In epiſto. ad Cor. 1. c. 14. p. 2. in prin. co. 5. — f *Quod ſi alij.* Ambro. Datur inferiori, quod non ſuperiori.
g *Et ſpi.* Loquens debet cedere ſedēti, quia ſpiritus, qui vnus eſt, ſed pluraliter dicitur propter multos prophetas quos replet: uel propter plura eius dona, ſubditus eſt prophetis. ut quando volunt, tacere poſſint: & quando volunt loqui poſſint: & non cogit eos ut phitonicos clamare vel aliqua ſubticere. Ambr. vnde ſi prior non cedit, uidetur nō eſſe ſpiritus Dei. Vere ſubditus, quia aliter diſſenſionis eſſet & non pacis. Ita hoc modo vobis dico, ſicut in omnibus non eſt nouum uel ſingulare. ideo firmiter tenete. — Ibid. † ad ſummum
h *Non enim eſt diſſen. Deus.* Diſſenſionis eſſet, ſi quos replet, ſimul loqui compelleret.
i *Sicut in om. &c.* Vel mulieres taceant, ſicut ego doceo in omnibus eccleſijs.
k *Turpe eſt.* quia contra diſciplinam.
l *An à vobis.* Sic ſe iactabant, quaſi beneficium darent, non acciperent. *An à vobis ver.* Increpatio quaſi ſuis inſtitutionibus dimiſſis aliquas nouas vellēt inducere, quod non poſſunt, quia ab eis non proceſſit verbum Dei, nec ſoli acceperunt. Item ideo mea tenere debetis, quia quę ſcribo, mandata Dei ſunt. Et oportet vt ita cognoſcat eſſe,
F ſi quis eſt propheta uel ſpiritualis, alioquin ſi cōtra uadit, nec propheta, nec ſpiritualis. Spirituales qui non prophetæ ſunt, qui non habent notitiam de futuris. — † conſolationē accipiant — † confuſionis

*Si quis*

¶Habet aliquod donum quo poteſt uti ad ędificationem quia alius.
go eſt fratres? Cum conueniritis unuſ-
¶i. gratia Dei pſalmum intelligit. b ¶Alius. ¶De moribus.
quiſq; veſtrum † pſalmum habet, do-
¶Alius. ¶Reuelationem. ¶Alius.
ctrinam habet, apocalypſim habet,
¶Alius. ¶Linguarum vel ſcripturarum.
linguam habet, interpretationem ha-
¶Autem.
bet: omnia ad ędificationem fiant. Si
¶Cætera ſuis modis, lingua autem ſic. b ¶Aliquit. ¶Fiat loquutio.
ue lingua quis loquitur, † ſecūdum
¶i. duo vel tres loquantur.
duos, aut † ut multum tres: & † per
¶Eccleſiæ uel unus poſt alium, vel intereſſe. b ¶Aliquis dicat uel exponat populo.
partes, & vnus interpretetur. Si au-
¶Linguis loquens.
tem nō fuerit interpres, taceat in ec-
¶Vbi nihil debet eſſe niſi ædificatio. b ¶Tacite oret. ¶Linguis.
cleſia: Sibi autem loquatur & Deo.
¶Non ergo plures, qui lingua loquantur. ¶Tantum. b ¶Sigillatim.
Prophetæ duo aut tres dicant, & cæ-
¶Quæ dicunt. b ¶Per ſpiritumſanctum.
teri dijudicent. Quòd ſi alij reuela-
¶Aliquid melius. b ¶Qui audiebat. c ¶Det illi locum.
tum fuerit ſedenti, prior taceat. Po-
¶Etiam ſedentes. ¶Non ſimul, ne conturbatio fiat.
teſtis enim omnes † per ſingulos pro-
¶Etiam maiores.
phetare, vt omnes diſcant, & om-
¶Etiam minores. ¶Alios. b ¶Dum ſuggerunt, & conatus bonos iuuant.
nes † exhortentur. Et ſpiritus pro-
phetarum prophetis † ſubiectus eſt.
¶Diſcordiæ. a ¶Et ideo alter cedat alteri.
Nō enim eſt † diſſenſionis Deus, ſed
¶Etiam.
pacis, ſicut in oībus eccleſijs ſancto-
¶Et ſi dixi, quod poteſtis omnes prophetare.
rum doceo. † Mulieres in eccleſijs ta-
¶Vt non loquantur linguis nec prophetent. ¶Ab aliqua autoritate.
ceant. Non enim permittitur eis
¶In eccleſia. ¶Præcipitur quod verum innuit.
loqui, † ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex
¶In Gen. ſub poteſtate viri eris, & ipſe dominabitur tui.
dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.
¶Quia pro peccato, quod induxit, ſemper debet uerecundari.
Turpe eſt enim mulieri loqui in
¶Immo, a nobis ad vos.
eccleſia. An a vobis verbum Dei

## NIC. DE LYRA.

¶ *vobis agendum, ſcilicet quod ſequitur:* — -doceo.
a Cum conuenit. *ad eccleſiam.*
b Vnuſquiſq; veſtrum pſalmum habet. *vel in ſe, vel in aliquo de congregatione fidelium, qui donum ſibi datum poteſt in alios refundere: quia non dantur ſingulis omnia dona, ſed diuiſim, vt dictum eſt ſupra xij. ca. Et idem intelligendum eſt de alijs ſequentibus. Per pſalmum vero intelligitur canticum ad laudandum Deum.* — † Gen. 3. c
c Doctrinam habet. *id eſt, gratiam prædicandi ad informationem morum.*
d Linguam habet. *i. donum linguarum.*
e Apocalypſim habet. *i. reuelationem.*
f Interpretationem habet. *Id eſt virtutem explanandi obſcura.*
g Omnia ad ædificationem fiant. *quilibet.n. debet gratia ſibi data vti ad ædificationem eccleſiæ.*
h Siue lin. *Hic oſtendit propoſitū magis in ſpeciali. Et primò quantū ad donū linguarū. Secundò, quantū ad donū prophetiæ ibi: Prophetę autem. Circa primum dicit, quod dono linguarum non eſt vtendum a multis: ſed ſufficit, quod a paucis propter occupationem temporis. Ideo dicunt:* Siue ling. quis loquitur ſecundum duos. *ſ. homines.* Aut ut multum tres. *i. ad plus. ſecundum quod dicitur Deu. xvij. b. in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.* — Diuiſio
i Et per par. *i. ſucceſſiue. Vel* Per par. *i. interciſe poſt alium: vt poſt unam partem locutionis fiat eius expoſitio, & poſt aliam ſimiliter. Et hoc modo fit expoſitio, quando prædicatores prædicant per interpretem hominibus ignotæ linguæ. Ideo ſubditur:* Et vnus interpretetur.
k Si autem non fuerit inter. *ſcilicet ille, qui loquitur linguis.*
l Taceat in eccleſia. *dum alius interpretatur.*
m Sibi autem lo. & Deo. *Orando Deum in ſecreto. In eccleſia vero ſeruatur dicta conſuetudo de numero loquentium. in miſſa.n. repreſentatur donum linguarum per epiſtolam & euangelium. & ſic ſecundum duos actus ſeruatur teſtimonium. In matutinis uero triplex teſtimonium repreſentatur per triplicem nocturnum: & antiquitus dicebantur diuiſim ſecundum tres uigilias noctis.* G
n Prophetæ. *Hic conſequenter oſtendit qualiter ſit vtendū dono prophetiæ. Et primo oſtenditur debitus vſus. Secundo, quibus eſt prohibitus, ibi: Mulieres. Circa primum ſciendum, quod vſus prophetiæ hic accipitur pro proponere verbum exhortationis ad plebem ſacras ſcripturas exponendo. in primitiua uero eccleſia plures habebant hoc donum: propter quod ne confuſio fieret, Apoſtolus ordinauit, quod exerceretur a duobus tantum, vel a tribus ad plus et ſucceſſiue. Et hoc eſt, quod dicitur:* Prophetæ duo aut tres di. *ſcripturas exponendo non ſimul, ſed ſucceſſiue.* — Diuiſio
o Et cæteri diiudi. *i. attente audiant, ut ſic poſſint diſcernere, quæ ſint melius dicta & magis neceſſaria.*
p Quod ſi alii reue. fue. ſeden. *i. ſi alicui de autoribus facta fuerit reuelatio per ſpiritumſanctum de aliquo pro ædificatione tunc proponendo.* — † fiat per binos
q Prior taceat. *Dando iſti locum loquendi. Et ſubditur cauſa:* — † viciſſim
r Poteſtis enim omnes. *reuelationem ſpiritusſancti habentes.*
ſ Per ſingulos prophetare. *unus poſt alium competenti tempore.*
t Vt omnes diſcant. *qui audiunt.*
u Et omnes ex. *ad hoc apti. Sed quia poſſet aliquis dicere: non eſt in poteſtate ſic loquentis tacere, quia loquitur ex ſpirituſſancti motione. Hoc remouet dicens.*
x Et ſpiritus prophe. prophetis ſubiectus eſt. *Hoc eſt. eſt in poteſtate eorum. Circa quod ſciendum, quod duo ſunt in prophetis. ſ. illuminatio mentis prophetæ. Et hoc non eſt in poteſtate eius: quia ſpiritus prophetiæ non ſemper adeſt prophetis. Aliud eſt illuminationis ſibi factæ pronunciatio. Et hoc eſt in poteſtate prophetæ, quia poteſt loqui & tacere, prout expetit honori diuino et vtilitati eccleſiæ. Et ſic eſt in propoſito: quia ſi plures ſimul loquerentur, eſſet confuſio: et vnus alterum impediret: ex quo ſequeretur diuiſio, cuius Deus non eſt auctor. Ideo ſubditur:* Non enim eſt diſſen. Deus. *Sciendum tamen, quod non ſemper in poteſtate prophetæ eſt tacere, imo aliquādo ſpiritus mouet ipſum ad loquendum contra voluntatem ſuam. ſicut patet de Balaam Num. xxiij. & xxiiij. quod benedictionē populi Iſrael tacere non poterat: hoc.n. erat ad gloriā Dei. non ſic autem in propoſito, ut patet ex dictis.* — Duo in prophetis — † ſingulatim — H — † ſunt ſubiecti
y Mulieres. *Hic conſequenter oſtendit quibus perſonis prophetandi actus ſit prohibitus. ſ. mulieribus. Et primo facit, quod dictum eſt. Secundo aliquorum proteruiam excludit, ibi: An a uobis. Circa primū dicit.* Mulieres in ec. tac. *Scilicet ceſſando a doctrina. non tamen ab oratione ſecreta. Et ſubditur ratio:* — † 23. diſt. c. mulier — Diuiſio
z Non enim permittitur eis loq. *i. docere, quod pertinet ad doctores ſiue prælatos & ſuperiores. Et ideo repugnat ſexui muliebri. Tum propter defectum intelligentiæ: Tū quia mulier naturaliter debet eſſe ſubiecta uiro. Ideo ſubditur:* — 1. Tim. 2. c
a Sed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. *Gen. iij. c. Sub uiri poteſtate eris. prophetia tamen quantum ad illuminationē mentis non repugnat ſexui muliebri, & ſic leguntur multæ mulieres prophetaſſe. Nec ſolum excluduntur ab actu docendi in eccleſia publice, ſed etiam ab actu quærendi ibidem per modum diſputationis. Ideo ſubditur:*
b Si quid autem uolunt diſcere, domi uiros ſuos interrogent. *ut de auditis in eccleſia plenius informentur. Et cauſam dicti ſilentij tangit, cum dicitur.*
c Turpe eſt enim mulieri. *i. indecens eſt ſibi.* Loqui in ecc. *Et per oppoſitum decens eſt eam tacere in locis publicis. Propter quod in iure cautum eſt, ne mulieres exerceant opus aduocandi.*
d An a vobis. *Hic conſequenter excludit aliquorum proteruiam, quia conuerſi de Gentilitate poſſent dicere, quòd ordinatio Apoſtoli non eſſet bona, eo quòd in templis Veneris & Dianæ mulieres forſitan publice docebant, quod repellit Apoſtolus, dicens:* An a uobis. *Gentibus.*
e Verbum Dei proceſſit? *q.d. non, ſed a Iudæis, quibus datæ ſunt ſcripturæ legis & prophetarum. & ideo modus & ordo doctrinæ magis eſt deriuandus a Iudæis in Gentiles quam econuerſo.*

¶ Si quis



a *Si quis ui. pro.* Quod vtiq; nō eſt qa vere
A eſt, ita cognoſcit. & qui hæc ignorat, ignorabitur i. improbabitur. Puſilli in cruce gloriantes, & ſi ignorant quæ ſubtiliſſime differuntur, ad gloriam perueniunt, quia non perit vnus de puſillis pro quibus Chriſtus mortuus eſt.
b *Cogn.* Innuit difficilia eſſe verba epiſtolarum, cum a propheta vel ſpirituali iubet cognoſci.
† 17. diſt. c. ideo in fi. & 18. diſt. c. qui ea. 15. q. 1. c. 1 ſ. ex uoluntate — Matt. 25. b
c *Si quis a. ig.* Sed ſi qs hæc ignorat, & non uult credere eſſe mandata Dei, ignorabitur, vt in euange. Neſcio vos .i. non noui vos eſſe meos, vel inter prædeſtinatos. *Si q. au. ig.* Non dicit de his qui non pñt diſcernere ineffabilē trinitatis vnitatē, ſed de pdictis q̃ ad fidē & mores ædificāt. ſ. vt linguis prophetia pponat: vt ñ pturbate gerat, q̃ſi pphetiæ ſpūs ēt inuitos loq cogat, vt mulieres taceāt, vt oīa honeſte & ſm ordinē fiāt. Coercet ergo, & ad pacificū ordinē reuocat inqetos, tanto ad ſeditionē faciliores, q̃to ſibi videbāt ſpū excellētiores cū ſupbiēdo cuncta turbarent. C

¶Ideo quod tenent alii tenete.
proceſſit? Aut in uos ſolos perue-
¶Tanquam pſeudo, qui non diuina ſed terrena pro deſideriis hominum docebant.
nit? Si quis uidetur propheta eſſe
¶Vt uidetur. b ¶Vere & ſpiritualiter intelligat.
aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo uobis, quia domini ſunt manda-
¶Hæc eſſe Dei mandata. b ¶A Deo in futuro.
ta. † Si quis autem ignorat, † ignora-
¶Quia interpretatio ædificat. a ¶Deſiderate.
bitur. Itaq; fratres, æmulamini pro-
¶Tantum. ¶Ne ſit diſſenſio.
phetare, & loqui linguis nolite pro-
¶Sed tam hæc quam alia. b ¶Non pueriliter. ¶Cū pace.
hibere. Omnia autem honeſte & ſe-
¶Prædictum vtilius præponatur.
cundum ordinem fiant in uobis.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Si quis ui. pro eſ. aut ſ. *qui poteſt omnia iudicare, ut dictum ſupra. ij. cap.*
b Cognoſcat quæ ſc. u. *quia domini ſunt mandata. i. poterit cognoſcere, quod ordinatio non ſolum proceſſit a me, ſed a Deo.*
c Si quis a. ig. *ex negligentia vel malicia illa quæ ſcire tenetur.* — † ignoret
d Ignorabitur. *a Deo.*
e Itaque. *Hic ultimo ponit concluſionem intentam. ſ. quod dona ſpūſſācti ſunt appetenda, & quod eis utēdum eſt ordinate, & a perſonis quas decet vti. ideo dicitur,* Itaq; fr. æmu. *tanq̃ melius bonum q̃ loqui linguis, ut patet ex ſupradictis: Veruntamē quia loq linguis eſt quoddam bonum, ideo ſubditur:* — † decenter
f Et loqui lin. no. prohi. *ſucceſſiue, ſed plures ſimul loquendo.*
g Omnia au. ho. *i. prout decet uiros & mulieres.*
h Et ſec. ord. *ad uitandum confuſionem fiant in uobis.*

## GLOS. ORDIN. CAP. XV.

N*otum au.* De reſurrectione mortuorū agit, qa cum ipſo docente recte crediſſent de ea, poſtea tamē quorūdā prauiloquiis corrupti ab hac fide receſſerāt. Ipſam ergo futurā primo per reſurrectionem Chriſti, deinde per alia multa.
b *Per quod & ſ.* Si retinetis illud euangelium. i. reſurrectionē mortuorum, ea rōne qua confirmaui uobis .i. p reſurrectionē Chriſti, Tenetis dico.
c *Niſi f. c.* qd eſt aut tenetis reſurrectionē mortuorū, aut in caſſum ē fides. q̃ non accipitur, niſi ſpe reſurrectionis.
d *Tradidi e. u.* Oſtēſurus eis reſurrectionē iuſtorū futurā, pbat eam p reſurrectionē Chriſti, de qua non dubitabāt.
B e *Quoniam Chr. m. eſt.* De morte pręmittitur, ut ſicut vera mors oſtenditur, uera reſurrectio teneatur.
f *Scripturas.* veteris Teſtamenti, quæ mortē Chriſti futurā cecinerunt. vnde Iſa. Vt ouis ad occiſionē ductus eſt. Et item. Tolletur a terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem: Etiam tradidi. — Iſa. 53. c Ibidem. & 57. ſecundū aliā literā. Iſa. 11. c
g *Quia ſe. eſt.* & hoc ſimiliter ſecundū ſcripturas. Ait.n. Iſa. Dabit impios p ſepultura, & diuites pro morte ſua. Et itē, Erit (iqt) ſepulchrū eius glorioſum.
h *Reſur. t. d.* Et hoc dixi ſm ſcripturas. Inqt.n Oſee, Poſt biduum viuificabit nos, & in die tertio reſurgemus, & uiuemus in cōſpectu eius. Amb. Si mortuus & ſepultus reſurrexit, ne dubitetis mortuos & ſepultos reſurgere. — Oſee. 6. a — In epiſt. ad Cor. 1. c. 15. am. 5.
i *Viſus eſt Ce.* Prius quam aliis viris qbus apparuiſſe legitur in euangelio, aliter contrarium eſſet, quod primo mulieribus apparuiſſe legitur. — Luc. 24. b
k *Poſt hæc unde:* Auguſt. Alia litera habet duodecim, quod — De conſenſ. euāg. lib. 3. prope fi. c. 4.

per

## CAP. XV.

¶De ſpiritualibus hucuſque ſed modo No.
NOtum autem uobis
¶De reſurrectione mortuorum
facio fratres euange-
¶Non nouum.
liū quod prædicaui
¶Dignum acceptione iudicaſtis. ¶Turpius ſi modo illud proiicitis, in quo leuitatis arguit eos. b ¶Qui ſine eo caditis. ¶Per bona opera. ¶Stare datur uobis.
uobis, qd & accepiſtis, in quo & ſta-
¶Iam ex certitudine, & in futuro in veritate rei & ſpeciei.
tis, per quod & ſaluamini: † qua ra-
¶Saluamini niſi &c.
tione prædicauerim uobis ſi tenetis
¶Illud quod prædicaui: Nam iſtud tradidi & trado.
niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi e-
¶Inter maxima.
nim uobis in primis quod & accepi
¶A ſpirituſancto, non finxit. a ¶Alias quia Ieſus.
quoniam Chriſtus mortuus eſt
¶Non pro ſua neceſſitate. ¶Et hoc dico.
pro peccatis noſtris ſecundum ſcri-
¶Sequendo.
pturas. Et quia ſepultus eſt, & qa re-
¶Probata uera morte, & hoc tam cito vt ea poteſtate credatur nos poſſe ſuſcitare.
ſurrexit tertia die ſecundū ſcripturas
¶Tradidi. ¶Petro. ¶In conclaui.
et quia uiſus eſt Cephę, & poſt hæc

## NIC. DE LYRA CAP. XV.

N*Otū au. u. f. Poſtquam Apoſtolus tractauit de ſacramentis & de gratia quæ confertur in eis, hic conſequenter tractat de gloria reſurrectionis ad quam finaliter ordinantur. Et diuiditur in duas. quia primo reſurrectionis Chriſti præmittit tractatum. Secundo probat ex hoc communem reſurrectionem hoīm, ibi: Si autem Chriſtus. Prima adhuc in duas. quia primo commendat doctrinam euangelicam in communi. ſecundo denunciat quæ oportet ſcire circa reſurrectionem Chriſti, ibi: Tradidi enim. Circa primum dicit:* — Diuiſio
b Notum au. uo fa. *i. ad memoriam vobis reduco.*
c Euangelium quod præd. uo. *i. doctrinam euangelicam, cuius excellentiam oſtendit ex quatuor. Primo ex eius prædicatoribus, qui ſunt apoſtoli excellentes uiri. & hoc tangitur cum dicitur:* — Euange. excellentia in quatuor
d Qd prædic. *ego Apoſtolus & alij ſimiles mei. Secundo ex auditoribus, qui communiter receperunt doctrinam euangelicam per orbem, qd eſt ſignum veritatis huius doctrinæ, ſecundum quod arguit Aug. Quia ſi per vera miracula eſt ſic recepta communiter, certum eſt eam eſſe uerisſimē & ſanctiſſimā, eo quod Deus nō pōt eſſe teſtis falſitatis, q̃ teſtificatio fit ueris miraculis. Mar. vlt. d. Illi aūt profecti pdicauerunt ubique domino cooperante & ſermonē cōfirmāte ſequentib. ſignis: Si autem dicatur, quod ſine miraculis fuit ſic recepta, hoc reputādum eſt maximum miraculū, quod tam ardua & inaudita, & ſupra ſenſum humanum exiſtentia recepta ſint tam cōiter non ſolū a ſimplicib. ſed etiam a ſapientiſſimis & potentiſſimis viris. Et ſi arguatur contra hoc de lege Mahumeti falſa: quæ tamen a multis eſt recepta. Dicēdū, quod non eſt ſimile, qa ui armorū primo ſibi multitudinē rudem ſubiugauit & legem dedit promittēs delitias et potētiā obſeruatoribus, ad quæ homines ſunt proni. Fides āt catholica p Chriſtum & apoſtolos prædicata, modo contrario eſt recepta. ſ. a pauperib. eā prædicantib. ad paupertatē & auſteritatē, & mūdi cōtēptū inducentib. & ideo non fuiſſet recepta a ſapiētib. huius mūdi & potentibus, ſicut videmus impletum, niſi hoc fuiſſet virtute ſignorum. & hæc receptio tangitur cum dicitur:* — -in vobis
D e Quod & acc. u. *& alij ſapientes huius mundi. Tunc enim ſapientia maxime vigebat in Græcia. Tertio commendatur ex hoc quod eleuat ad ſuperna, ibi:* — † quo pacto
f In q. & ſta *ſ. ſurſum erecti ad Deū. Quarto ex hoc quod ipſa ſola ducit ad btitudinē, ibi:*
g Per qd & ſ. *Ad hoc tamē, quod ad beatitudinē perducat, duo requiruntur. Vnum eſt quod teneatur eo modo quo ab apoſtolis eſt prædicata. ſ. non innitendo principaliter rationib. humanis, ſed autoritati diuinæ & miraculis. ideo ſubditur:*
h Qua ra. præ. uo. *ſi te. q. d. prędicatio mea non proceſſit ratione humana ſed diuina. Secundum eſt quod fides non ſit uacua bonis operibus, ſine quibus eſt mortua, & per conſequens fruſtra. ideo ſubditur:*
i Niſi fru. cre.
k Tradidi enim. *Hic cōſequenter oſtendit qd ſit tenendū de Chriſti reſurrectione. Et ponit quatuor de Chriſto. ſ. eius mortem, ſepulturam, reſurrectionē, apparitionē, quæ pertinent ad articulos fidei de incarnatione Chriſti: Dicit igitur.* Tradidi e. uo. in p. *i. inter prima credēda. qa articuli fidei ſunt principia ex quib. alia credenda deducuntur, tanq̃ concluſiones ex eis elicitę.*
l Quod & ac. *q. d. hoc autoritate propria non feci, ſed autoritate Dei: Et quæ ſint illa, ſubdit:*
m Quoniam Chr. m. eſt pr. p. n. *non ſuis, Iſa. liij. c. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. ideo ſubditur:*
n Scdm ſc. *ſ. Iſaiæ & aliorum prophetarum ex ſpirituſancto loquētiū. Et ſic mors iſta fuit pro peccatis noſtris a Deo præordinata.*
o Et quia ſe. eſt. *ut ueritas mortis eius probaretur.*
p Et quia reſ. ter. die. *Iſti tamen dies accipiendi ſunt per ſynecdochen, quia primus & tertius non fuerunt integri.*
q Et quia ui. eſt. *poſt reſurrectionem.*
r Cephæ. *i. Petro, Luc. vlt. De apparitionibus autem factis mulieribus non facit Apoſtolus mentionem: quia inducit apparitiones ad confirmationem fidei de reſurrectione Chriſti. ideo illas tantum inducit quæ factæ fuerunt perſonis magis autenticis.*
s Et p. h. u. *ſ. apoſtolis: q̃ apparitio fuit fcā poſt dies octo ſuæ reſurrectionis Thoma pſente, Ioh. xx. Prius tamen apparuerat. x. apoſtolis Thoma abſēte, vt habetur ibidem. Dicit vndecim: quia Iudas qui fuerat duodecimus,*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E per Sinecdochem accipitur. Vbi.n.pars maior eſt aut potior, ſolet eius noīe etiā illud cōprehendi, qđ ad ipſum nomen nō ptinet, qualiter & illud dictū eſt: Nō Ioan. 6. g ne ego duodecim vos elegi: cū tñ Iudas de electis nō eſſet. Hūc.n. numerū cū articulo Græci codices hñt, ut nō quicunque, ſed illi in eo numero intelligantur.

*a Aborti.* extra tpˢ legitimū natus. i. anteq̄ debeat, uel poſt in Chriſto apoſtolatum accepit iam Chriſto aſſumpto. Vel ſimilis abortiuo, quia ſum minimus, cā humilitatis, uel tpe & uocatione; non dignitate, labore & predicatione.

*b Non ſum di.* Cur ergo Apoſtolus? *Gra. a. d.* Primum ſola gratia, cum non præcederent niſi mala merita. Sed poſt per gratiam incipiunt merita.

*c Abundantius.* Hoc magis impletū eſt, quia de opere manuum vixit, nec euangelio minus fecit.

*d Labora.* Ego & alij apoſtoli, qa in hac †8. diſ. c. cō ſuetudo p̄dicatione. Vel, vere per gratiam; quia ego & il. ſic. i. per gratiam prædicaui. †1. Ti. 1. c

*e Et ſic cre.* Arguit eos, quia cum hęc manifeſta fides eſſet apud omnes eccleſias; † De renū. c. niſi § qp pe illi tamen inde deſciuerant.

*f Si au. Chr.* Hucuſq; Xp̄m reſurrexiſſe oſtendit. Nunc per reſurrectionem eius † igitur probat reſurrectionē mortuorum. Ambr. *In epiſto. ad Cor. 1. c. 15. poſt pr. 5.* Hoc pſeudo negant dicentes Chriſtum non ueniſſe in carne, nec paſſum, nec reſurrexiſſe.

*g Inueni autem.* Hæc & alia ideo inferuntur, ut erubeſcat is cuius errorem hæc conſequunt, quæ ēt ipſe dānat. Ne ergo in hoc errore remaneat, dicit: *Inueni &c.*

*h Aduerſus Deum.* Aug Hier. Nō minore, ſed maiore fortaſſis ſcelere in Deo laudatur falſitas, quā vituperat veritas.

F *i Quod ſi Chr. non.* Si Chriſtus non reſurrexit, Chriſtus in morte retinetur. Et ſi in morte, tunc & in peccato quod cauſa mortis. Et ſi in peccato tenetur, peccata veſtra remittere nō potuit. Et ita adhuc eſtis in peccatis ueſtris, quæ remiſſa uobis credebatis: & ſic eſt uana fides uſa. *Quoniam*

## NIC. DE LYRA.

*mus iam mortuus erat, & Matthias nondum erat electus.*

a Deinde uiſus eſt plus. *Iſta apparitio fuit facta in Galilæa: in qua apparuit apoſtolis & multis alijs.* Matt. vlt.

b Et quib. mul. *hoc dicit ad maiorem aſſertionem ſui dicti.*

c Quidam autem dor. *morte corporali. quæ dicitur dormitio: quia erant in ſpe futuræ reſurrectionis.*

†vacua d Deinde ui. eſt Ia. *Dicunt aliqui, quòd iſta apparitio fuit in die reſurrectionis. Vouerat.n. Iacobus ſe non comeſturum panem, donec videret Chriſtum reſurrexiſſe: Et ſic li deinde nō* †de Deo *importat ordinem apparitionis. Alij dicunt quod Iacobus poſt apparitiones prædictas habuit ſpecialem apparitionem, propter ſpecialem deuotionem & ſimilitudinem ad Chriſtum.*

Mar. vlt. e Deinde apo. omn. *ſ. in die aſcenſionis.* Nouiſſime au. o. *poſt aſcenſionem Chriſti in cælum.*

g Tanquam aborti. uiſ. eſt. *de qua uiſione dictum eſt. ix. c. Vocat autem ſe abortiuum, quia abortiuus dicitur fætus, qui naſcitur extra tempus debitum, uel quia cum violentia educitur ab vtero, uel quia non perducitur ad debitam quantitatem. quæ tria de ſe ſentit Apoſtolus, quia alij renati fuerunt ante aduentum ſpiritus ſancti, ipſe autem poſt. Item alij fuerunt conuerſi ſponte, ipſe uero quaſi violenter in actu perſecutionis fidei, Item quia non reputat ſe peruenisse* (*Quare Apoſtolus ſe abortiuum nominat*; Act. 9.)

¶Hoc non eſt in euangelio.
undecim. †Deinde uiſus eſt plus a
quā quingentis fratribus ſimul:
a ¶Qui teſtes ſunt ſi quæritis.
ex quibus multi manent uſque b
a ¶In hoc teſtimonio permanentes. ¶Cito reſurrecturi.
adhuc: quidam autem dormie- c
a ¶Nec hoc in euangelio. b ¶Singulariter.
runt. Deinde uiſus eſt Iacobo, d
¶In aſcenſione. ¶Poſt aſcenſionem.
deinde apoſtolis omnib. †Nouiſ e f
a ¶Simili abortiuo, qui coactus eſt ad Deum conuerti, ut abortiuus naſci.
a ſime autem omniū tanquā abor g
tiuo uiſus eſt & mihi. †Ego enim
a ¶Si præcedentia mea merita attendantur. ¶Qui etiam.
ſum minimus apoſtolorū, qui h
b nō ſum dignus uocari apoſtolus
¶Firmius teſtimonium ab inimico.
†quoniā perſecutus ſum eccleſiā
¶Deo dat, non ſibi.
Dei. †Gratia autē Dei ſum id qđ i
¶Apoſtolus. ¶Apoſtolatus.
ſum, & gratia eius in me† uacua k
¶Ocioſa. a ¶In tot populis in quot non illi.
c non fuit. †Sed illis omnibus abū l
a ¶Sigillatim. ¶Ne hoc a ſe putetur, ſine gratia. b ¶Solus.
d dantius laboraui. Nō autem ego m
a ¶Cum libero arbitrio. b ¶Mortuus reſurrexit, quia ſic prædica.
ſed gr̄a Dei mecum. Siue† enim n o
a ¶Vbique ſcilicet. ¶Per gratiam. ¶Chriſtum ſurrexiſſe.
e ego, ſiue illi, ſic prædicauimᵘˢ, & p q
a ¶Per gratiam. ¶Ita conſtat Chriſtum ſurrexiſſe. Et ſi hoc eſt. b ¶Qui eſt cauſa efficiens reſurrectionis mortuorum.
f ſic credidiſtis. Si autem Chriſtus r
prædicatur, qđ reſurrexit a mortuis, quomodo quidā dnt in uo s
bis quoniā reſurrectio mortuo-
¶Futura. ¶Dicunt non eſſe futuram, & ſi hoc eſt.
rū nō eſt? Si aūt reſurrectio mor- t
¶Quod totum propter ſuos.
tuorum non eſt, neq; Chriſtus re
a ¶Ne quis neget reſurrectionem Chriſti, ſubdit inconuenientia.
ſurrexit. Si autem Chriſtus non u
¶Inutilis.
reſurrexit, inanis eſt ergo p̄dica- x
a ¶Inutilis eſt, cum nulla remuneratio ſit ſecutura. ¶Quod non vultis.
tio noſtra, †inanis eſt & fides ue
a ¶Non ſolum hoc inconueniens ſequitur, ſed. ¶Nos apoſtoli quibus omnes credunt.
g ſtra. Inuenimur autem & falſi te y
ſtes Dei, quoniā teſtimonium di z
a ¶Qui de falſa laude ſua iraſcitur. ¶Cui nimis diſplicet falſitas.
h ximus † aduerſus Deum, qđ ſuſcitauerit Chriſtum, quem nō ſu
ſcitauit, ſi mortui non reſurgunt a
a ¶Deus non ſuſcitauit Ieſum, ſi mortui non reſurgunt, nam non ſurrexit ſi illud eſt.
Nam ſi mortui non reſurgūt, ne
¶Sed
i que Chriſtus reſurrexit. Quod b
a ¶Falſa, non tantum inutilis.
ſi Chriſtus non reſurrexit, uana
a ¶Vere falſa. ¶Si Chriſtus. ¶Non ſurrexit.
¶Poſt baptiſmum.
eſt fides ueſtra: Adhuc enim eſtis c
¶Qua remiſſa credebatis.
a ¶Et quia uos eſtis in peccatis, Ergo & qui mortui in fide Chriſti mortui fuerunt in peccatis, & ideo perierunt. Verecundiam illis incutit & terrorem.
in peccatis ueſtris. Ergo & q dor- d

G *ueniſſe ad perfectionem aliorum, & hoc ex humilitate, di.* Ego enim ſum mi. apo. *Et quia ex humilitate mentiendum non eſt. ideo uerificat dictum ſuum dicens:* († De celeb. miſ. c. cum marthæ.)

h Qui non ſum di. uo. apoſt. q. per. ſum ec. Dei. *quod alij non fecerunt. & in hoc minor fuit apoſtolis alijs, licet ex Dei gratia fuerit ualde magnus. ideo ſubditur:*

i Gratia au. Dei ſum id quod ſum. *ex me vero nihil niſi perſecutor & blaſphemus.*

k Et gratia eius in me ua. non fu. *i. carens operibus bonis.*

l Sed il. omni. abun. la. *Nullus enim aliorum legitur tot terris prædicaſſe, nec pro ſuo victu ſic proprijs manibus laboraſſe, nec tot tribulationes in terra & in mari ſuſtinuiſſe.* († 23. q. 6. c. 5.)

m Non autem ego. *propria uirtute.* (†Eph. 3. b)

n Sed gra. Dei me. *principaliter operante quæ ſe habet ad liberum arbitrium, ſicut ſeſſor ad equum. ideo ſubdit:*

o Siue enim ego. ſi. il. *ſ. alij Apoſtoli.*

p Sic prædi. *ſpirituſancto principaliter in nobis operante, Matt. x. c. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in nobis,*

q Et ſic cre. *ſ. ſpirituſancto interius vos mouente ad credendum Iohan. vi. e. Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum.* († inanis)

r Si au. Chri. *Hic conſequenter ex reſurrectione Chriſti oſtendit generalem reſurrectionem futuram. Et diuiditur in duas: quia primo facit propoſitum. ſecundo declarat qualitatem reſurgentium, ibi: Sed dicit. Prima adhuc in duas quia primo oſtendit propoſitum ratione ſumpta ex Chriſti reſurrectione. ſecundo, ex ſanctorum conuerſatione, ibi: Alioquin Circa primum facit talem rationem. Si Chriſtus reſurrexit, & alij mortui reſurgent: ſed Chriſtus reſurrexit, ergo &c. In hac ratione ſic procedit. quia primo ponit conditionalem. ſecundo probat antecedens, ibi: Si autem reſurrectio. tertio, oſtendit conditionalem eſſe ueram, ibi: Nunc autem: Circa primum dicit,* Si autem Chri. pr. q reſur. a mor. *Et accipitur hic ſi, pro quia quaſi dicat, quia hoc prædicatur a me & alijs Apoſtolis.* (Diuiſio) H

s Quomodo quidam &c. reſurrectio mortuorum non eſt. *i. non erit. q. d. male dicunt, quia ſi primum eſt uerum; & ſecundum, ut poſtea declarabitur.*

t Si autem reſurrectio. *Hic probat antecedens. ſ. quod Chriſtus reſurrexit, dicens:* Si autem reſur. mor. non eſt. *i. non erit in futuro, tanquam impoſſibilis de præterito, Quod oſtendit falſum ad duplex inconueniens ducendo. Primum eſt, quod prædicatio apoſtolorum eſſet uana. ideo dicit:*

v Si au. Chri. non re. ina. eſt prædi. no. *quod eſt impoſſibile, cum ſit operibus diuinæ virtutis confirmata: Secundum inconueniens eſt, quod fides Corinthiorum eſſet falſa. ideo ſubditur:*

x Inanis eſt & fides ueſtra. *quod eſt impoſſibile, eadem ratione qua & primum. Conſequenter oſtendit conſequentiam primi inconuenientis, dicens.*

y Inuenimur autem. *nos prædicatores euangelij.*

z Falſi teſtes Dei. *aſſerendo quod non fecit, quia aſſerimus, quod reſuſcitauit Chriſtum hominem, quod non eſt uerum.*

a Si mor. non reſur. *id eſt impoſſibilis eſt reſurrectio mortuorum, quia humanitas Chriſti einſdem ſpeciei eſt cum alijs hominibus. Vlterius probat conſequentiam alterius inconuenientis, dicens:*

b Quod ſi Chriſ. non reſur. ua. eſt fi. ue. *ſ. ſine effectu bono, quia nulla falſitas purgat a peccato. ideo ſubdit.*

c Adhuc enim eſtis in pec. ue. *a quibus non eſtis mundati per fidem Chriſti, ſi Chriſtus non reſurrexit: & ſic concludit vlterius.*

d Ergo & qui dormie. *i. mortui ſunt.*

¶ In Chriſto



A *a Quo. q. p ho.* Aug. Ecce primitiæ homo & homo. Homo ad uitā, hō ad mortem, ſed ille nō niſi homo, iſte Deus & homo

*b Et ſi.* Per ſicut notaſ ſimilitudo & cā qa ſicut ex corruptione Adæ ad mortē, ita ex ſpū Chriſti ad vitā. *Et ſicut in Ad.* Aug. Oēs in Adā moriunſ, in Chriſto viuificanſ. qa nemo ad mortē niſi per illum: nemo ad uitam niſi per iſtum: quia ſicut per Adam omnes mortales & pęna facti ſunt filij ſeculi, ita & per Chriſtum omnes immortales in gratia fiunt filij Dei (Con. Iul. Pelagi. lib. 6. c. 1. in fine. tom. 7. Lib. epi. epi. 28. poſt me. tom. 2.)

*c Vnuſquiſque.* Ordines exponit, vt de re certa. & tēpora, quando factum ſit, & quando futurum ſit, vt reſurgant mortui.

*d Deinde qui ſunt.* Vel alia litera. *Deinde hi qui ſunt Chr. in adu.* eius. ſ. reſurgent. Deinde qui ſunt Chriſti &c. ſ. qui in Chriſtum credunt, qui minus eo digni ſunt, reſurgent poſteriores tempore, & dignitate minores. Et qui ſint Chriſti, exponit ſubdens: Qui in ad. eius cre. &c.

*e Deinde ſi.* Hoc ponit ad commendationem reſurrectionis: qua impleta finis erit mundi.

*f Cum tra. re.* Cum cōtemplando Deo tradiderit, non q ipſe adiuuet ſibi, qa unus Deus cum patre Cum tradiderit. i. cum perduxerit ad ſpeciem: in qbus modo regnat per fidem, quia tūc reuelabitur a filio pater. vnde: Nemo Luc. 10. d nouit patrem niſi filius & cui uo. ſi. reuelare. ſ. vbi eſſentia filii cum patre vi Marc. 5. a debitur, quod ſolis mundis cordibus dabitur, quod eſt ſumma beatitudo. Augu. ad honoratum præsbyterum. Cum tradiderit regnum, quod ſeminauit, cum uenit minor patre, per ducet ad ſpeciem in qua æqualis non receſſit a patre Auguſ. Aliter dicitur regnum Chriſti omnis creatura, ſecundum poteſtatem deitatis: aliter eccleſia ſecundum proprietatem fidei quæ de illo eſt. (Lib. epi. epi. 120. poſt p. to. 2. Lib. 83. q. q. 69. paulo ante medi. to. 4.) B

*g Cum eua.* Dum durat mundus angeli angelis præſunt dæmones dæmonibus, homines hominibus, ad vtilitatem viuentium, vel ad deceptionem. Sed hominibus collectis iam oīs prælatio ceſſabit, quia neceſſaria non erit *Cum eua.* Augu. Quia tunc notum erit omnibus, nihil horum aliquos terrenos uel cæleſtes habuiſſe ex ſe, ſed ex illo ex quo ſunt omnia (De Tri. li. 1. c. 8. & 10. tom. 3. Ad Oro. con. Priſcill. c. 7 tom. 6. Pſal. 21. a)

*h Oportet au. il. reg.* id eſt regnum eius interim manifeſtari, donec omnes inimici eum regnare fateantur, quo amplius non erit manifeſtius, etſi amplius duret. Ita etiā oculi nr̄i ad dominum

¶In fide Chriſti. ¶Item aliud inconueniens.
mierunt in Chriſto, perierunt. Si in a b
a ¶Vt reſurrectionem non ſperemus. ¶In fide Chriſti. c
hac uita tantum ſumus ſperantes
in Chriſto, miſerabiliores ſumus d
a ¶Qui vel hoc ſeculo fruuntur. ¶Sed pro his inconuenientibus vitandis apparet, quod Chriſtus reſurrexit, quia prius aliis tempore & dignitate ſurrexit.
omnibus hominibus. Nunc autem e
Chriſtus reſurrexit a mortuis, pri- f
a ¶Qui facile integri reſurgent de morte tanquam de ſomno. ¶Mortuorum. b ¶Q. Per Chriſtum hominem poterunt ſurgere, quia per hominem multo minorem venit mors.
a mitiæ dormientium. Quoniam- g
quidem per hominem mors, & per h
¶Et ſi hoc eſt, ergo.
hominem reſurrectio mortuorum.
¶Per quem. a ¶A quo mortem & mortis meritum traxerunt. b ¶Qui eius filii. c ¶Corporali morte.
b Et ſicut in Adam omnes moriun-
a ¶Quia eius filii adoptiui, ſpirituali regeneratione.
tur, ita & in Chriſto omnes uiuifica-
a ¶Hoc omnes communiter habebunt, ſed tamen differenter. b ¶Martyr ut martyr, ſic & cæteri. c ¶Dignitate.
c buntur. Vnuſquiſq; in ſuo ordine. i
a ¶Primus tempore, & maximus dignitate. b ¶Qui prior ſurrexit, vt fidem faceret & formam daret credendi.
d Primitiæ Chriſtus. Deinde hi, qui k l
a ¶Minus eo digni. b ¶I. ipſum ad remunerandos bonos venturum.
ſunt Chriſti, † qui in aduentum e- m n
a ¶Erit conſummatio.
e ius crediderunt. Deinde finis, cum o p q
a ¶Chriſtus repreſentauerit quos in bonis operibus rexit Deo creatori, & ideo patri, quia alia perſona, quod tunc ſcietur. b ¶Inquantum homo. ¶Inquantum Deus.
f tradiderit regnū Deo & patri, cum r
a ¶Cum omnes in ſuo regno exaltabit, ſicut ipſe ex humilitate regnat quam habuit. b ¶Tunc ceſſabit timor, te gnabit charitas, non erit inter præſidentes & ſubditos vlla diſſenſio. c ¶Maiores.
g †euacuauerit omnē principatum &
a ¶Minores. b ¶Qui miracula faciunt, uel fortes homines. c ¶Tunc aperte regnabit, ſed & interim neceſſe eſt quod occulte, quia aliter ſcri turæ falſæ eſſent qui quia & modo regnat poterit ſuos ſuſcitare.
h poteſtatē & uirtutē. Oportet autem s

*dam adiunctum. ibi: Deinde. Circa primum facit talem rationem. Reſurrectio Chriſti eſt ſufficiens cauſa effectiua noſtræ reſurrectionis. poſita āt cauſa efficiente ponitur eius effectus de neceſſitate, ſi ſit cauſa agens de neceſſitate naturæ. ſi autem ſit cauſa agens voluntarie, ſicut eſt in propoſito, ponitur effectus ſecundum diſpoſitionem voluntatis. & ideo reſurrectio mortuorum erit in fine mundi, ſicut Chriſtus inquantum Deus diſpoſuit ab æterno ſua voluntate, ita exequitur inquantum homo, quia humanitas Chriſti eſt inſtrumentum diuinitati coniunctum, per quam ſicut per inſtrumentum fiet reſurrectio mortuorum. & hoc eſt quod dicitur:* Nunc au. Chr. re. a mor. *virtute diuinitatis.* C

f Primitiæ do. *Nec obſtat, quod aliqui vt Lazarus & aliqui alij prius fuerunt reſuſcitati: quia illa reſurrectio fuit ad vitam mortalem, propter quod poſtea ſunt mortui. ſed Chriſtus primus reſurrexit ad vitam immortalem: propter quod illa fuit prima uera reſurrectio: quia fuit in corpore immortali & glorioſo. Si autem contra obijciatur quod Matth. xxvij. dicitur, quod paſſo Chriſto multa corpora ſanctorum reſurrexerunt etc. Dicendum, quod hoc ibi per anticipationem dicitur, quia illa reſurrectio fuit poſt Chriſti reſurrectionem, ſicut patet ibidem, vbi ſubditur: Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius &c. Illud autem, quod eſt primum in aliquo genere, eſt cauſa aliorum. ſicut ignis qui eſt primum calidum formaliter, cauſat caliditatem in alijs. & ideo reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis aliorum. Nec poteſt dici, quod ſit cauſa inſufficiens ratione deitatis: quia illa eſt uirtutis infinitæ & illa eſt cauſa principalis reſurrectionis. humanitas autem inſtrumentalis coniuncta. ideo ſubditur:* († in aduentu ipſius.)

g Quoniam q. p ho. m. *ſ. per Adam.*

h Et p ho. re. m. *Sicut enim mors inducta eſt per hominem primum: ita conueniens fuit vt natura humana reduceretur ad vitā per hominem Chriſtum, cuius humanitas eſt deitatis inſtrumentum coniunctum. Non autem facit mentionem de Eua, quia per illam non fuit mors inducta niſi tantum ſuggerendo Adæ comeſtionem ligni uetiti. vnde & ſi Adam ſtetiſſet Eua peccante, peccatum originale non fuiſſet inductum.* D († aduenit)

i Vnuſquiſque in ſuo. *Hic Apoſtolus declarat duplex adiunctum. Primum eſt reſurrectionis ordo, qui tāgitur cum dicitur:* Vnuſquiſque in ſuo or. *ſupple reſurget.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a In Chr. *i. in fide Chriſti.*

b Perierunt. *quod tamen eſt inconueniens, eo quod ſanctiſſime vixerunt: & omnis rationabiliter loquens dicit opera talis vitę a Deo remuneranda eſſe: & maxime debebat eſſe inconueniens Corinthijs cum fidem catholicam ſuſceperunt, quibus ſcribebat Apoſtolus. Sed quia poſſet aliquis dicere, quod hæc remuneratio ſit in præſenti uita, & non in alia, ſicut dixerunt amici Iob, vt ibidem fuit declaratum, ideo excludit hoc Apoſtolus di.*

c Si in hac ui. tan. in Chri. ſu. ſpe. *expectantes ab eo remunerari.*

d Miſerabiliores ſu. o. ho. *qui ad minus perfruuntur bonis huius vitę, nos autem patimur mala. In primitiua eccleſia fideles multa ſuſtinebāt aduerſa. Sed contrarium huius poſſet argui de multis philoſophis, qui voluptates & diuitias huius vitæ contempſerunt: & cum hoc reſurrectionem mortuorum negabant, nec tamen dicuntur miſerabiliores eſſe alijs hominibus, ſed meliores. Dicendum, quod non eſt ſimile de ipſis & Chriſtianis: qui a philoſophi fecerunt hoc propter maiora bona conſequenda. ſ. virtutes intellectuales & morales; in quibus conſiſtit cognitio veritatis, & conſecutio politicæ fælicitatis. Hoc autem non poteſt dici de Chriſtianis, qui confitentur Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, quod falſum eſſet ſi reſurrectio eſſet impoſſibilis. falſitas autem eſt malum intellectus: ſicut ueritas eſt eius bonum.*

Diuiſio e Nunc a. *Hic Apoſtolus probat conditionalem ſupra poſitam eſſe ueram. ſ. q ſi Chriſtus reſurrexit, & mortui reſurgent. Et diuiditur in tres partes. quia primo probat Apoſtolus propoſitum. ſecundo declarat quodam*

k Primitiæ Chri. *Reſurrectio enim Chriſti prior eſt tempore & dignitate. Inter alios autem, qui reſurgent in fine mundi, non eſt ordo temporis: quia omnes ſimul reſurgent, ſecundum quod dicitur infra eo. ca. In momento in ictu oculi &c. ſed erit ibi ordo dignitatis, quia martyr reſurget ut martyr, & Apoſtolus vt Apoſtolus: & ſic de alijs. de quibus ſubditur:*

l Deinde. *i. poſt Chriſtum tempore & dignitate.*

m Hi qui ſunt Chri. *i. membra ipſius per fidem charitate formatam.*

n Qui in aduen. eius cre. *i. primum quo venit in carnem, & ſecundum quo veniet ad iudicium.*

o Deinde. *Hic declarat ſecundum. ſ. reſurrectionis finem. & primo q̄tum ad conſecutionem boni. ſecundo quantum ad amotionem mali, ibi:* Oportet autem. *Quantum ad primum dicit:* Deinde. *i. poſt hoc.*

p Finis. *ſ. reſurrectionis erit. & iſte finis non erit in hoc quod uiuant uita corporali voluptuoſa, vt Iudæi & Saraceni fingunt. talis enim ſcđm Philoſophum eſt vita pecudum. propter quod in ea conſiſtere non poteſt fælicitas humana, ſed in clara Dei uiſione & fruitione, quæ conueniunt homini ſecundum illud quod eſt in eo ſummum. ſ. uoluntatem & intellectum, & reſpectu optimi obiecti. ideo ſubditur:* (1. Ethic. c. 4)

q Cum tra. i. e. Deo pa. *i. cum Chriſtus adduxerit fideles, in quibus regnat ad clarum aſpectum ſui creatoris. Et quia miniſterium angelorum ordinatur ad hoc vt fideles beatitudinem conſequantur, ideo tunc ceſſabit illud miniſterium. propter quod ſubditur:*

r Cum eua. omnem prin. & p. & uir. *tamen remanebūt ordines angelorum diſtincti quantum ad eminētiā gloriæ ſcđm hierarchias & ordines. Noīat āt iſtos tres ordines, qa ſunt ſupiores q̄tū ad illos, quorū officia executionē importāt circa hæc inferiora. Et ſub principatibus intelliguntur archangeli & angeli cuſtodiæ ſingulorum hominum deputati.*

s Oportet a. *Hic declarat finē reſurrectionis q̄tum ad amotionem mali. tunc enim amouebitur malū culpæ p punitionē iuſtā malorū. & q̄tū ad hoc dicitur:* Oportet au. illū re. do. po. om. inimi. ſub pe. ſu. *Non tamen tunc deſinet regnare: quia hic donec, non facit excluſionem futuri*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dominum Deũ noſtrũ donec miſereat̃ nr̃i. Non vt tũc auertant̃, ſed ut nihil amplius regrãt. Et ita dicẽdo, donec, maiorẽ excludit manifeſtationẽ regni, non amphorem permanẽtiã.

E

*a Nouiſſi. autem.* Inter alia cõſtat, ꝙ & ptãtẽ ſuſcitandi habet, cũ ſubdit, Nouiſſime aũt *Nouiſſi.* Mõ regnat, & tunc regnabit ſed nouiſſime. i. poſt omnia deſtruet mors, ꝙ amplius non diſſoluentur, ſicut hæretici arbitrantur. Nouiſſime. Quia non erit quod deſtruat, poſtquam hoc mortale induet immortalitatem.

† Pſ. 109. a ſeius

*b Inimica.* Cui inimicamur, uel ipſa nobis. Iterum commendatio reſurrectionis.

† Pſal. 8. b Heb. 2. b Lib. 83. q. q 69. 11. 4

*c Præter eum.* Aug. Quia ſicut ex nullo eſt, ita nulla rõne p̃t alicui eẽ ſubiectus, Ipſe. n. principium eſt omnium.

† palam eſt excipiẽdũ.

*d Nam cum ſub &c.* Non quin & mõ, oĩa & ipſe ſubiectus. Sed qđ ſp eſt, tũc in aliquo fieri dr̃, cum ab eo ĩcipit cognoſci, ut ſanctificetur nomẽ i. ſanctũ eſſe innoteſcat. Ita etiã cum tradiderit reg. i. cũ patrẽ regnare monſtrauerit. Quod modo creditur. Euacuabit omnẽ principatum, quia oĩb erit notũ nihil p ſe poteſtatis habuiſſe terrenos uel cæleſtes, niſi a Deo, quia tunc nulli ſpes in alio, niſi in Deo. Cũ oẽs adorauerint Chriſtum vt Deum, tũc Chriſtus Deum ſe oſtendet. Sed de Deo, ut unius principii ſumma auctoritas maneat.

*e Vt ſit d.o.i.* quia cũ dicit oĩs creatura Chriſtũ eſſe ſuũ caput, Chriſti caput Deũ: Nõ tm̃ in oĩb. qa in confeſſione oĩm unus erit Deus, ſed & oĩa, quia ex ipſo ſunt. *Vt ſit Deus oĩa.* Ipſe eſt finis, quem ſupra breuiter concludens poſuit, poſt membratim explicans.

*f Oĩa.* ut nemo cohęrẽtiũ ei, amet aduerſus eũ ſuã ppriã uolũtatẽ, & tunc manifeſtũ ſit qđ dr̃, Quid habes qđ non accepiſti? *Om.* quia Deus erit vñ ſatietur. *Om.* q̃ honeſte deſiderantur, uita, ſalus, gloria, pax, finis deſideriorũ. In diſpari claritate erit par gaudiũ quia de una re, ut quod habebũt ſinguli cõe ſit oĩb. quia gl̃ia capitis oĩm erit per uinculum charitatis. *Vt ſit Deus* unus cum patre & ſpirituſancto. *Om.* quæ deſiderari poſſunt.

F

† p noſtrã gloriationem

*g In omnib.* membris ſuis. quia pręmiũ uirtutis erit ipſe, qui dedit uirtutem quia Deus erit vnde ſatientur.

†De pęni. diſt. 2. c. ſi enim. §. cęterum

*h Baptizantur pro mor.* i. pro pctĩs delẽdis. Vel, pro ſe mortuis faciendis ad ſimilitudinem mortis Chriſti, quid facient cum non ſint uitam habituri?

*i Si om. &c.* Vt nec Chriſt⁹ ſurrexerit, vt quid baptizat̃ cũ nõ dimittant̃, ſi Chriſtus nõ reſurrexit? Vel, Fuerunt quidam ſperiti, qui baptizabant̃ p his qui de hac uita ſine baptiſmo diſceſſerant, putantes illis prodeſſe. vnde ait, *Quid facient.* i. quid illis proderit qui reſurrecturi nõ ſunt? *Et ſi oĩ. n. re. ut quid ba.* cũ peccata nõ remittantur, niſi cã futuræ reſurrectionis? Q. Si ſtulti, adeo certi ſunt de reſurrectione, uos non debetis dubitare.

*k Propter ueſtram gloriam.* Vel, Per ue. glo. iu. Verum iurare nõ eſt peccatum ſed non ideo in dubijs iurandum eſt, & tutius eſt non iurare, quam conſuetudine iurandi peierare. Falſum uero iurare grauiſſimum eſt peccatum. Contra præceptum non eſt iuratio, quæ non eſt a malo iurantis, ſed increduli uel infirmi, qui aliter non credit.

*l Secundum hominem ad beſtias p.* i. rationabiliter agens, quia hominis eſt credere, non mori hominem vt beſtiam.

b *Nunc tem.* Qđ non in lege ueteri, uel nunc, non cras, non poſt annum, quia ſtatim in obitu fidelis, ſalus datur.

*Vt non*

## NIC. DE LYRA CAP. VI.

A Diuuãtes autem exhorta. *Poſtquã Apoſtolus commendauit miniſterium noui Teſt. hic conſequẽter hortatur alios ad executionẽ debitã huius miniſterij. Et diuiditur in duas partes. qa primo ponit exhortationẽ generalẽ. ſcđo, ſpãlẽ de quodam ſpãli ſuffragio fiẽdo in Ieruſalem. ca. viij. Prima adhuc in duas: quia primo hortatur ad bona fienda in futuro, ſcđo cõmendat bona facta de præterito ca. ſe. Prima in duas: quia primo hortatur in quodam generali. ſcđo explicat magis in ſpeciali, ibi: In multa patientia. Circa primum dicit:* (Iſa. 49. c; Diuiſio)

Adiuuantes

## CAP. VI.

¶Chriſtus redemit nos & reconciliauit, nos autem adiuuantes uos uel Chriſtum.

A Diuuantes autem † exhortamur: ne

a ¶Remiſſionem peccatorum. ¶Quam recepiſtis.

in uacuum grã-

a ¶Eſt ne gratia ſalutiq;. ¶In Iſaia. ¶Gratiæ. b ¶Mihi uel hominibus. c ¶Orantem pro peccatis.

tiam Dei recipiatis. Ait enim.

† Tempore accepto exaudiui te,

a ¶Quando lux nata eſt. b ¶Vel auxiliatus ſum tui. ¶De aſſecutione uirtutum & perſeuerantia bonorum operum. ¶Exponit prophetiam.

& in die ſalutis adiuui te. Ecce

a ¶Quo morbis mortalibus ſalubris medicina infunditur. b ¶Aliis uerbis idem replicat.

nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc

---

a Adiuuantes autem exhorta. *quaſi dicat quia ſumus adiutores Dei, non uirtutem ſibi tribuendo, ſed ſicut miniſtri eius mãdata exequendo, ideo exhortamur.*

b Ne in ua. grati. de. re. *quæ datur ad bene uiuendum in præſenti, & ad conſequendum gloriam in futuro. propter quod hũc effectum non conſequitur, ſi in uacuum recipitur, ſicut medicina ad quam ſanitas non ſequitur. Sed quia poſſet aliquis dicere. Recipere gratiam non eſt in mea ptãte. iõ hoc remouet, oſtẽdẽs ꝙ Deus paratus eſt dare autoritate ſcripturę, di.*

c Ait e. *ſcilicet Deus, Iſa. xlix.*

d Tempore accepto. *i. tempore nouæ legis: quod eſt tempus gratiæ.*

e Exau. te. *quia orationes fidelium exaudibiles ſunt per Chriſtum.*

f Et. *ideſt tempore Chriſti, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ.*

g Ad iu. *opera tua perficiẽdo & ad gloriam perducendo, ad quam non intrabant tempore ueteris Teſtamenti.*

h Ecce nunc t. a. *Hoc dicit Apoſtolus applicando autoritatem Iſaiæ ad Chriſti tempus. Et patet ex dictis ſententia.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*a Vt non uitu.* Quod utique ſi quod uerbo doceremus, operis exemplo non exhiberemus.

*b Sicut Dei mi.* Qui non adulantur, ut pſeudo ſtudentes lucro.

*c In mul.pa.in tri.* Et in tot duris. leue eſt onus Chriſti, & requies intus ſpirituſancto uiuificante, & ſpe futuri omnia mitigante. omnia enim ſæua & immania facilia & prope nulla facit amor. Et ſecundum hoc intellige quod dicitur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. et e.re.v. Et iterum: Tollite iugũ meũ ſup uos, & ĩuenietis reqem a.v. Iugũ.n. meũ ſuaue eſt &c.

[Matt. 11.d] [Ibidem]

*d In ca.* habita. *in ſci.* ut caſte ſciant, nihil adulterinæ opinionis admiſceant.

*e In ſua.* habita. *in ſpirituſancto:* ut ſcđm Deum ſuaues & affabiles, non ut illi qui per dulces ſermones ſeducũt corda innocentum

*f In cha.non fi.* Ficta eſt, quæ deſerit in aduerſitate.

*g In uir.Dei.* Nõ ſperemus in hoĩe uel in bonis, ſi qd boni eſt Deo attribuamus, uel qui prædicta habet, miracula facit ad conuerſionem infidelium.

[† anxietatibus]

*h Per gl. & ig.* Exhibeamus nos ut mi. Dei. *Per gl.* Si glorioſi ſumus apud homines, uel ignobiles & contempti, ut nec inde inflemur, nec inde ſuccũbamus uel doleamus. Eodem modo ſi infamamur de aliquo ſcelere uel bonam famam habemus de aliquo opere. Item exhibeamus nos Deo habiti.

[† animi lenitate,]

*i Vt ſed.* apud quoſdam quod falſum eſt. Et non dicit ſimpliciter, habiti ſeductores, ſed addit: ut, & inde eſt infamia. Et apud alios habiti.

*k Veraces.* vt. Q. Quod uerũ eſt, ut nec bona æſtimatione ſuperbiamus, nec mala doleamus. Itẽ habiti apud alios.

[† 6.q.1.c. ſunt plurimi]

*l Vt ca.* i. p uerba a prædicatione coerciti. Apud alios non caſtigati, qđ eſſet mortificatos eſſe. Ideoq. pro eo ponit & non ſumus mortificati, q̃a non uincebantur, non cedebant. Mortificatur.n. q in fidei confeſſione non permanet. Vel de morte tpali põt intelligi. Facti ſumus ut caſtigati, q̃a permiſit eos Deus pſſuris exerceri, ut merito creſcerent. Et non mortificati, q̃a nõ permittit Deus corporalr̃ occidi, & ſi multi martyres occiduñt, nõ moritur eccl̃ia, ſed aduerſis emẽdatur. Item habiti non ſolum egentes, ſed ſibi inſufficiẽtes. Vt ſedu. Sicut qui ig. &c. Nota quibuſdam addi vel vt, vel quaſi, uel ſicut, uel tanquam. Hæc ſicut in ſomnis tranſierunt. ſed contraria ſine quaſi, ponuntur. quia certa.

[† conuitia, & laudes]

*m Quaſi tri.* Inimici putabant eos non euadere minas iniquorum, ipſi ope Dei tuti ſunt a morte præſenti & futura.

☞ *Omnia poſ-*

¶A Deo ſolliciti ſumus circa ſalutem ægrorum. ¶Exhortamur uel ne recipiatis in uanum uos dico.
dies ſalutis. Nemini dantes vllam
a ¶Verbo uel exemplo. b ¶Quod vtique ſi nos hoc faceremus. c ¶Et per vos.
offenſionem, ut non † vituperetur
¶Apoſtolatus. ¶Vos & ego.
miniſteriũ noſtrum. † Sed in omni-
¶Offeramus Deo.
bus exhibeamus noſmetipſos, ſicut
a ¶Etſi non omnes miniſtri. b ¶Vt nec parum moueamur. c ¶Habita.
Dei miniſtros, in multa patientia, in
¶Per partes exequitur. a ¶Afflictionibus. b ¶Victus & ueſtitus.
tribulationibus, in neceſſitatibus,
a ¶Animi cura & timore. a ¶In uerberibus. c ¶Vinculis.
in † anguſtiis, in plagis, in carceri-
a ¶Commotionibus populi contra ſe. b ¶Quia Apoſtolus manibus operabatur ne cui grauis eſſet. ¶Operum.
bus, in ſeditionibus, in laboribus, in
a ¶Nocte laborando. b ¶Coactis uel ſpontaneis. c ¶Mentis & corporis.
uigiliis, in ieiuniis, in † caſtitate, in
a ¶Scripturarum, uel quomodo inter iniquos conuerſandum ſit. b ¶Expectationis. c ¶Blanditiis.
ſcientia: in † longanimitate, in † ſuaui
a ¶Quia omnia ſincere facere debemus. vt ſecundum Deum ſuaues & affabiles.
tate, in ſpirituſancto. In charitate nõ
¶Sicut pſeudo ſimulant ut decipiant pdicãdo vel loquẽdo. a ¶Miraculis.
ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute
a ¶Exhibeamus nos muniti per iuſtitiam quæ loco armorum munit nos. b ¶Ne proſperis extollamur.
Dei. † Per arma iuſticiæ a dextris & à
¶Ne aduerſis frangamur. a ¶Euangelii. ¶Hę ſunt partes proſperorum uel aduerſorum. b ¶Vt non pudeat nos prædicare, quod quidam horrent.
ſiniſtris. Per gloriam & † ignobilita-
tem: per † infamiã & bonam famã.
a ¶Vnde infamia. b ¶Vt bona fama. ¶Apud alios. c ¶Habiti.
Vt ſeductores, & ueraces: ſicut qui
a ¶A Deo reprobati. b ¶A Deo probati. c ¶De uitio in vitium ruentes.
ignoti, & cogniti. Quaſi morientes,
a ¶Secundum alios in uirtutibus. ¶Bonis operibus apud aliorum opinionem. b ¶Vt putarentur cedere a prædicatione, & non cedebant.
& ecce viuim⁹: vt caſtigati & nõ mor
a ¶Iterum habiti. ¶Quia non uere. b ¶De tribula. c ¶Eramus. d ¶Vere. a ¶Quia hæc triſticia gaudium operatur.
tificati. Quaſi triſtes, ſemper aũt gau
a ¶Habiti. b ¶Veris bonis & ſpiritualibus. ¶In terrenis egeſtatem patientes.
dentes. Sicut egentes, multos autem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Nemini dan.ul.of. *i.ſcandalum ex dictis uel factis minus rectis.*

b Vt non uitu.mini.no. *quia mala ſubditorum redundant in uituperium prælatorum.*

c Sed in omn. *ſ.pertinentibus ad ſalutem.*

d Exhibeamus noſmet.ſicut Dei miniſtr. *ipſi Chriſto nos quantum poſſimus conformando.*

[Diuiſio]

e In mul.pa. *Hic conſequenter explicat ſuam exhortationẽ in ſpeciali. Et diuiditur in tres: quia primo declarat qualiter ſit utendum gratia collata in exteriori conuerſatione. ſecundo in interiori deuotione, ibi: Os noſtrum. tertio in infidelium uitatione, ibi: Nolite iugum &c. Circa primum tria facit, ſecundum quòd in tribus ſancta conuerſatio conſiſtit. primum eſt tolerantia malorum. ſecundum, operatio bonorum, ibi: In caſtitate. tertium eſt operatio iſtorum & illorum, ibi: Per arma. Circa primum ſciendum, quod in malis pœnæ tolerandis primo patientia eſt neceſſaria. ideo dicit:* In multa patien. *& dicit multa, propter multitudinem malorum ſuper uenientium.*

f In tri. *ex aduerſariorum perſecutione.*

g In nec. *ex defectu neceſſariorum uitæ.*

In ang.

h In ang. *ex euadendi difficultate ſeu impoſſibilitate.*

l In plag. *nobis illatis in corpore.*

k In car. *ne poſſemus ad prædicandum diſcurrere.*

l In ſe. *contra nos motis ab aduerſarijs ueritatis.*

m In labo. *operando proprijs manibus: quod fecit Apoſtolus apud Corinthios, ut quæſtum falſis apoſtolis præcluderet.*

n In ui. *propter inſtantiam orationis.*

o In ieiu. *aliquando uoluntarie aſſumptis ad repreſſionem carnis & aliorum ædificationem, & aliquando ex cibi defectibus patienter toleratis.*

[† reprehendatur] [† 1. Cor.4. a. infr.11.ſ]

p In caſti. *Hic conſequenter ponit ea q̃ pertinent ad operationem bonorum: in quibus primo ſunt quæ pertinent ad operationem cordis. & quantum ad hoc dicit:* In caſti. *quæ dicit puritatẽ mẽtis redundantem in corpore.*

q In ſci. *quantum ad cognitionem diuinorũ & humanorum ad ſalutem neceſſariorum.*

r In lon. *patienter expectando diuina promiſſa.*

ſ In ſua. *quæ facit hominem dulcem & ſuauem proximo verbo & facto ex gratiæ abũdantia. ideo ſubditur:*

t In ſpirituſancto, in charitate non ficta. *contra hypocritas. Conſequenter tangit perfectionem oris di.*

u In uerbo ueritatis. *prædicando, & cum hominibus communiter loquendo. & perfectionem operis:*

[† puritate]

x In uirtute Dei. *opera meritoria faciendo & doctrinam miraculis confirmando.*

[† benignitate, vel c̃mitate.]

y Per arma iuſticiæ a dextris. *Hic conſequenter oſtendit qualiter utendum ſit gratia diuinitus collata in comparatione bonorum & malorum. i. inter huius mundi proſpera & aduerſa non deuiare a rectitudine. Proſpera autem & aduerſa tria reſpiciunt. ſ. ſuperbiam uitæ, concupiſcentiam carnis, & cõcupiſcentiam oculorum. ideo oſtendit propoſitum primo in primo. ſecundo in ſecũdo, ibi: Quaſi morientes. tertio in tertio, ibi: Quaſi egentes. Omnia iſta tamen pertinent ad veritatem iuſtitiæ communiter acceptæ. ideo dicit.* Per ar.iu.a dex. *i. ne in proſperis per ſuperbiam eleuemur.*

[† ignominiam,]

z Et a ſiniſt. *vt in aduerſis a virtute non deijciamur. & ſimiliter intelligendum eſt in ſequentibus, cum dicitur:*

a Per glor. & igno. *Aliquando apoſtoli fuerunt ab hominibus reputati valde glorioſi, ſicut dicitur Act. xiiij. c. quòd Licaoniſtæ Paulo & Barnabæ volebant tanquam dijs ſacrificare. Et alibi incarcerati fuerunt, ut viles & abiecti, ſicut patet ex eodem libro.*

[† occiſ.]

b Per infa. & bo.fa. *quia ab aliquibus dicebantur magi & deceptores, & ab alijs veritatis prędicatores. Et ad idem pertinet quod ſubditur:*

c Vt ſedu. *reputati ſumus a multis.*

d Et uerac. *ab alijs.*

e Sicut qui ign. *ideſt reprobati a malis.*

f Et cog. *ideſt approbati a bonis: & tamen in iſtis proſperis & aduerſis ſic apoſtoli ſe habuerunt quod non recedebant a uirtute per ſuperbiã eleuati, nec per puſillanimitatem deiecti.*

g Quaſi mo. *Hic conſequenter ponit ea q̃ ptinent ad concupiſcentiam carnis, & ſunt tria. Primum eſt uita, quæ maxime concupiſcitur: & quantum ad hoc dicit:* Quaſi mo. *periculis mortis expoſiti.*

h Et ecce uiuimus. *Deo per fidem & gratiam iuſtificati. Secundum eſt incolumitas uitæ. Et quantum ad hoc dicit:*

i Vt caſtigati & non mortificati. *q.d. licet à Deo per flagella caſtigemur, tamen a morte per eum eripimur. Tertium, quod concupiſcitur in uita præſenti eſt iocunditas. & quantum ad hoc dicit:*

k Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. *ideſt quamuis in his quæ pertinent ad carnem patiamur afflictionem, tamen per ſpiritum maiorem conſequimur mentis conſolationem. ſecundum illud. Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu cõcilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* [Act.5.f]

l Sicut egentes. *Hic conſequenter ponit ea, quæ pertinent ad concupiſcentiam oculorum.* Sicut egentes. *ideſt victum & ueſtitum ab alijs mendicantes.*

m Multos autem locupletantes. *ideſt bona ſpiritualia ipſis communicantes, quæ tanto ſunt meliora, quanto quę ſunt animę, corporalibus prę feruntur.*

¶ Tanquam



*a Omnia poſſident.* Qui terrenas diuitias abijcientes, cæleſtes per fidem iam tenent, quaſi nihil habentes omnia poſſident, qui terrenis in uſum uel opus miſericordiæ retentis, cœleſtes ſe quandoq; habituros ſperant. Gloria apoſtolorum fuit, nihil omnino poſſidere, ſine ſollicitudine eſſe: & tam res quàm dominos earum poſſidere, quia omnia ad pedes eorum ponebantur.

*b Os no.* Q. Multa dixi de uobis, ſed hæc omnia amplè & diffuſè dicta, ad vos corrigẽdos ſpectant o Corinthij, & non ad meam ſuperbiam. Q. ſtulti qui me dimiſiſtis.

*c Nolit.* quia uos iuſti, illi iniqui: & ideo in nullo debetis eis communicare.

[† apertum eſt]

*d Quæ au.con.Chr.ad Be.* Vt Chriſtus & Belial non cõueniunt, ſic Chriſtus & quilibet infidelis. Itẽ nihil habet tẽplũ Dei cũ idolis, & vos eſtis templũ Dei: ideo non debetis communicare cum his, qui ſunt templum diaboli.

*e Cum ido.* Idola prohibet coli, quia ab uno Deo ſeparant. His omnibus modis oſtendit communitatem p eudo eſſe uitandam.

*f Quoniam in ha.* Vel de corporali conuerſatione Chriſti ĩter homines agit. Et dicit Chriſtus. Habitabo ĩter illos et ambulabo. i. corporaliter inter illos conuerſabor. Vnde alibi. In terris uiſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt. & uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Et hic Chriſtus De⁹ noſter eſt, & eccl̃ia eſt ppl̃s eius, & iõ uult eos ſeparari ab oĩ cõtaminatiõe.

[Baruch 3.d] [Iohan.1.b] [† De pę. d. 1.c. porrò. §.ſi anteq.]

*g Propter q.* Vtit̃ hic uerbis Iſaiæ quaſi ſuis. Hoc ad literam dictum eſt de Iudæis habitantibus in Babylone, ne cõmunicarẽt Babyloniis inter quos habitabant, qđ Apoſtolus ſpũalr̃ ad nos refert. Aug. Tolerandi ſunt q̃dam mali p pace, nec corporaliter ab eis receditur, ſed ſpũaliter. Exire eſt facere, qđ pertinet ad correctionem malorum q̃tũ licet pro gradu cuiuſq; ſalua pace. Diſplicere eſt non tangere. Nõ enim prophetæ qui hæc dicebant populũ ſuum dimiſerunt, ſed inter eos habitabant, quos increpabãt, unum templũ

[Eccl.13.a] [Op. breui. collatio. cũ Dona. colla. 3 diei, ante med.c.7.] [† cõcordia] [† 1.Co.3.c]

☞ cum

¶Eramus. ¶Spiritualibus diuitijs. b ¶Habiti ſumus non ſolum egentes, ſed etiam. c ¶Penitus. ¶Spiritualis boni vel terreni.
locupletantes: tanquam nihil ha-
a ¶Non ſolum ſpiritualia. ¶Et etiam ſpiritualia, quia Deum timentibus nihil deeſt. b ¶Sumus.
bentes, & omnia poſſidentes. Os
a ¶Libere ex cõſcientia loquitur. b ¶In oĩbus prædictis.
noſtrum † patet ad vos, o Corin-
a ¶Meas noſtra. ¶Et ideo hoc feci, quia mens eſt plena diuitiis. nec erubeſcit dicere quod in ſe habet. & ideo ſi quas anguſtias & inopiam ſcientiæ uel boni operis habetis, non hoc a nobis habetis ut uos putatis qui pſeudo præfertis, ſed quia dura corda habetis ad intelligendum & complendum.
thii: cor noſtrum dilatatum eſt.
¶Anguſtias patimini.
† Non anguſtiamini in nobis, an-
guſtiamini autem in viſceribus ue-
¶Quam nos.
ſtris. Eandem autem habentes re-
¶O ſi dilatati fueritis.
munerationem, tanquam filiis di-
a ¶Abundantia ſcientiæ & uirtutum, & ſpe futuri. b ¶Socii eſſe malorum. c ¶i. ſerui fieri libertate amiſſa, cum his infidelibus qui prædicant carnales obſeruantias, ſi iã ſuſcepiſtis iugum legis nolite ultra ducere.
co: dilatamini & uos. Nolite iugum
ducere cũ infidelibus. † Quæ enim
¶Q. Nulla.
participatio iuſtitię cum iniquitate,
¶Et quia uos lux, illi tenebræ per ignorantiam.
aut quæ ſocietas luci ad tenebras?
¶Et quia uos membra Chriſti, illi diaboli. Chriſtus & diabolus non conueniunt.
Quæ autem † conuentio Chriſti ad
a ¶Qui ſe mentitur Deum. ¶Interpretatur apoſtata. b ¶Et uos fideles. illi quaſi infideles.
Belial? Aut quæ pars fideli cũ ĩfideli?
a ¶Et vos eſtis templum in quo eſt ſpirituſſanctus, & ipſi ſunt in quibus habitat diabolus.
Qui aũt conſenſus tẽplo Dei cũ ido
lis? † Vos enim eſtis templum dei vi
a ¶Qui uos uiuere facit. ¶Et in Ezechiele. b ¶Per gratiam in illis. ¶Excolam, puros faciam.
ui, ſicut dicit Deus, † quoniam inha
¶Et Promouebo de uirtute in uirtutem, & perſeuerantes proficere faciam. ¶In corde eorũ lato per charitatem:
bitabo in illis, & ambulabo inter
a ¶Ita benefaciam, ut uideat Deus eorum. b ¶Ita obedient ut uideantur mei & non mundi.
eos, & ero illorũ Deus, & ipſi erunt
a ¶Quia templum Dei eſtis. b ¶Non corporaliter, ſed ſpiritualiter, ut non taceatis, ſed increpetis ſcelera eorum.
mihi populus. † Propter quod exite
a ¶Qui eſtis in medio nequitiæ eorum. b ¶Cum exiſtis ſeparate uos, ut nec conſenſum habeatis.
de medio eorũ, & ſeparamini dicit
a ¶Carnalis obſeruantiæ. b ¶Ne tactus ſit ideſt delectatio, quod eſt primus motus.
dominus: & immundum ne tetige-

[† Non conſtringimini in nobis ſed cõſtringimini in pcordijs veſtris. i. in veſtris affectibus & trepidis obſeruationibus cęremoniarum legis.] [† Quod.n. cõſortium]

[† Leu.26.d.]

## NIC. DE LYRA.

¶ a Tanquam ni.ha. *Nam apoſtoli omnia temporalia propter Chriſtũ dimiſerunt, Mat. xix.d. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te &c.*

b Et o.poſ. *Quia uiuebant Chriſto & non ſibipſis. omnia autem erãt Chriſto ſubiecta, Mat. vl.d. Data eſt mihi omnis po.in cæ. & in ter. propter quod apoſtoli reputabant omnia ſubiecta ſibi. In cuius ſignum inſenſibiles creaturæ obediebant eis ad nutũ. Notandum autem, quòd Apoſtolus in præmiſſis uario modo loquitur, ponendo bonum temporale contra ſpirituale: nam in temporalibus addit dictionem conditionalem, ſcilicet quaſi vel tanquã, vel ſicut, aut huiuſmodi, non autem in ſpiritualibus: quia temporalia nõ habent rõnem boni uel mali ſecundum veritatem: ſed tantum ſcđm hominum apparentiam & exiſtimationem: ſpũalia uero ſcđm ueritatem.* [Iſa.52.c]

[Diuiſio]

c Os no. *Hic conſequenter Apoſtolus docet uſum gratiæ collatæ quantum ad interiorem deuotionem. Et diuiditur in duas partes: quia primo circa hoc de ſe ueritatem oſtendit. ſecundo ad hoc Corinthios inducit, ibi: Non anguſtiamini. Circa primum dicit:* Os no.pa.ad uos o.Co. *ideſt illa quæ diximus, ex iactantia non protulimus, ſed ad utilitatem ueſtram, ut uideatis amicitiam noſtram erga uos, aperiendo uobis corda noſtra. & ideo ſubditur deuotio, cum dicitur:*

d Cor no.di.eſt. *i. apertum ad appetendum magna, ſcilicet bona cæleſtia. Dicitur autem per oppoſitum cor hominis anguſtiari, quando appetit terrena bona, cæleſtibus omiſſis: quia terrena ſunt infra hominem & ipſo minora.*

e Non anguſtiam. *Hic inducit Corinthios ad ſimile, dicens:* Non anguſtiam. in nobis. *quaſi dicat ſi anguſtiamini nimis, bona terrena appetendo modo dicto, hoc non prouenit ex hoc quod vidiſtis in nobis, quia non dedimus uobis exemplum hoc faciendi, ſed prouenit ex cupiditate ueſtra. ideo ſubditur.*

f Anguſtiamini autem in uiſceribus ueſtris. *quaſi dicat hoc prouenit ex defectu ueſtræ deuotionis. ideo ſubdit:*

g Eandem autem habentes remunerationem. *uobis promiſſam in cæleſtibus, ſicut & nobis.*

h Tanquam filiis dico. *quorum ſalutem ſummè deſideramus.*

i Dilatamini & uos. *ad appetenda cæleſtia, ut habeatis remunerationem eandem quam expecto.*

[Diuiſio]

k Nolite &c. *Hic conſequenter docet uſum collatæ gratiæ quantum ad infideliũ deuitationem. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit propoſitum. ſecundo probat quoddam dictum, ibi: Vos enim. Circa primum dicit:* Nolite iugum ducere cum infidelib. *ideſt eis coniungi in conuerſatione ſeu familiaritate: Iugum enim dicitur a iungendo. vnde charitas dicitur iugum Chriſti: iniquitas uero iugum diaboli, in quo iunguntur maligni. Quod autem fideles ab infidelibus debeant ſeparari, declarat multipliciter. Primo ratione ſumpta ex habitu affectus, dicens.*

l Quæ enim per. *ideſt quæ eſt in fidelium uoluntate.*

m Cum iniquitate. *quæ eſt in affectu infidelium, quaſi dicat nulla. Secundo ex habitu intellectus.*

n Quæ ſocietas luci. *ideſt veritatis fidei quæ lucet in mentibus fidelium.*

o Ad tenebras. *ideſt errores in mentibus infidelium exiſtentes, quaſi dicat nulla. imo debẽt diuidi, ſicut in prima rerum creatione Deus diuiſit lucem a tenebris, Gene.1. Tertio, ratione capitis fidelium, quod eſt Chriſtus: & capitis infidelium, quod eſt diabolus, de quibus dicit.*

p Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? *quaſi dicat nulla. Et ideò ſicut hæc capita non habent aliquam conuentionem adinuicem, ita nec eorum membra habent. Quarto ex fine, dicens.*

q Aut quæ pars fidelis. *id eſt ſors æternæ hæreditatis ab eo expectatæ.*

r Cum infideli. *Cuius finis eſt mors æterna. Et ſicut nulla conuenientia eſt in fine, ſic nec in his quæ ad finem. Quinto, ex præſenti ſtatu in quo fidelis eſt templum Dei. ideo dicit.*

ſ Qui autem conſenſus templo Dei? *id eſt fidelis.*

t Cum idolis. *id eſt cum infidelibus, qui dicuntur idola, eo quòd colunt ipſa. ſecundum illud. Similes illis fiant, qui faciunt ea &c. hoc autem inducit Apoſtolus, quia inter Corinthios erant aliqui ſapientes reputati, qui tamen comedebant idolothita in ſcandalum aliorum, ſicut dictum fuit. Propter quod Apoſtolus loquitur ad reprimendum hunc abuſum.* [Pſal.113.c] [1.Cor.8.]

u Vos enim. *Hic conſequẽter probat quoddam dictum, ſcilicet quòd fideles ſunt Dei templum, per autoritatem Leuit.xxvi.d vbi tranſlatio noſtra habet: Ponam tabernaculum meum in medio ueſtri. loco cuius dicitur hic.*

x Inhabitabo in illis. *Licet enim Deus ſit in omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, tamen in fidelibus eſt modo ſpeciali per gratiam.*

y Et ambulabo inter eos. *dando eis virtutem procedendi de bono in melius.*

z Et ero illorum Deus. *protegens eos ſpeciali prouidentia.*

a Et ipſi erunt mihi populus. *per exhibitionem debiti cultus. Per hoc autem quod hic dicitur. Inhabitabo in illis in perſona Dei. habetur quòd fideles ſunt templum Dei.*

b Propter quod. *Ex prædictis infertur monitio quæ ſumitur ex ſcriptura Iſa. quinquageſimoſecundo. In quo tria tanguntur, quæ debent agere fideles erga infideles. Primum eſt, quod eorum peccata deſeramus. quod notatur cum dicitur.* Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus. *Secundum eſt, ut occaſionem fugiamus peccatorum, ibi. Et ſeparamini. Tertium, ne ſuſtineamus eorum mala, ſed potius arguamus, cum dicitur.*

c Et immundum ne tetigeritis. *palpando uitia ſeu palliando. Et ſubditur præmium in hanc monitionem ſeruantibus reddendum, cum dicitur:*

¶ Ego reci-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E cũ eis intrabant, eadẽ ſacra celebrabãt: hoc eſt exire, ore nõ parcere, ſed redarguere, corripere, monere. Hoc eſt immundum non tangere uoluntate non conſentire. Maius malum in ſeparatione bonorũ cõmittim⁹, q̃ in malorũ cõmixtione fugimus. Id eſt dũ corpalr ſeparamus nos a bonis pp malos, q̃ fugimus: in cõiunctione malorũ nõ remanentes i. q̃ ſit illud qđ fugimus fugiẽdo cõiunctionẽ malorũ. Spũalr ergo qſq; recedat a malis, tali non imputat De⁹ ſua pctã, qa nõ fecit. aliena nõ, qa nõ approbauit, nec negligẽtiam qa non tacuit. non ſuperbiã, qa in unitate pmanſit. Vel ſepamini. i. ſeorſum ſitis parati cõtra eos ſicut prius p eis. Hoc ad literam dictum eſt Iudæis habitantibus in Babylone.

a ¶Ante electos.
ritis, & ego recipiam uos, & ero a
a ¶Receptis. ¶Meipſum dans. ¶Ad gloriam.
b uobis in patrem, & uos eritis mihi
¶Similes. ¶Vt etiam debiliores inclinat. ¶Chriſtus.
in filios et filias: dicit dominus omnipotens.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ego recip. uos. *Hic in præſenti ad familiaritatem meam per gratiam, & in futuro per aſſimiliationem per gloriam.*

In c. vj. ubi dicitur in poſtil. Tanquam nihil habentes.

### ADDITIO. I.

Super hoc quod dr̃: Tanquam nihil habentes. Gloſſ. quia ſibi inſufficientes putabãtur. Et oĩa poſſidentes, nõ ſolũ ſpũalia ſed ẽt tẽporalia: quia timentibus Deum nihil deeſt, quæ fuit gloria apoſtolorũ nihil oĩno habere ut ſine ſollicitudine eſſent. & tamẽ res, quas domini earum relinquebant, ipſi poſſidebant: quia oĩa ad pedes apl'orũ mittebant. Põt ẽt exponi hoc qđ dr̃: Tanq̃ nihil habẽtes &c. ſic. Nam apl'i licet eſſent oĩno pauperes in effectu. & ſic tanq̃ nihil habẽtes, quia de eis dr̃: Ecce nos reliquimus oĩa. tñ in affectu erãt oĩa poſſidentes, quia appetitus eorũ erat totaliter quietatus & a bonis terrenis abſtractus, ac ſi omnia temporalia non ſolum haberẽt, ſed ẽt poſſiderent: Ille enim qui habet aliquod proprium, ſi illud non poſſidet, adhuc appetit eius poſſeſſionem, ſed cum iam poſſidet, quietatur appetitus circa illud. — Act. 4.

In eo. c. ubi dicitur in poſtil. Notandum, quòd Apoſtolus uario modo loquitur ponendo bonum temporale cõtra ſpirituale. Nam in temporalibus addit dictionem conditionalem.

### ADDITIO II.

Hoc q Apoſtolus in aliq̃b. addit dictionẽ cõditionalẽ ſeu ſimilitudinariã & in aliq̃b. nõ, nõ vr̃ referẽdũ ad dr̃iam ſpũaliũ a tpalib. prout in poſtil. Cum. n. dicit: Vt ſeductores & ueraces, vtrũque eſt ſpũale. ſilr cũ dicitur: Quaſi triſtes, ſemper aũt gaudẽtes. Sed dr̃ia attẽdit ſm certitudinẽ & incertitudinẽ prout in gloſa. In illis. n. q̃ narrãtur vt incerta, ſicut ea q̃ vñr in ſomnis conſueuit apponi hæc dictio, quaſi vel ſicut. Nam ſi qs ſomnium narrat addit q. d. Quaſi ſedebã, ſeu quaſi loquebar & hmõi. ſed de his quæ homo narrat vt uigilãs nõ apponitur talis dictio: & iõ q̃a apl'i non erat ſeductores nec ignoti. i. nõ approbati. Nec caſtigati. ſ. a uerberib. quæ patiebãtur vt abſtinerẽt à p̃dicatione, a qua tñ pp hoc nõ abſtinebãt. Nec triſtes, qa in pſecutionib. gaudebant. Nec egentes, quia quęrẽtib. dñm nõ deficit oẽ bonũ. Nec nihil habẽtes eadẽ rõne. Iõ in oĩbus iſtis ponitur dictio ſimilitudinaria. ſ. quaſi vel ſicut & hmõi, ad denotandũ q iſta nõ dicebantur de eis certitudinaliter, ſed in ſuis oppoſitis talis dictio ſimilitudinaria non ponitur. Erant. n. uere ueraces & uere cogniti. i. approbati & ſic de aliis. — F — G

In eo. ca. vbi dicitur in po. Et ambulabo inter eos &c.

### ADDITIO. III.

Hoc qđ dicitur: Et ambulabo inter eos, & ero illorũ Deus &c. exponitur aliter & magis propriè in additione prima ſuper illud ca. Leui. xxvj. vide ibi &c.

### REPLICA.

In epiſtola ſcđa ad Cor. vj. ubi dr̃ de apoſtolis tanq̃ nihil habentes &c ubi Burg. ponit expoſitionẽ repugnãtem quaſi cũctis doctoribus: & ſpãliter B. Aug. in de ciui. qui dicit illos potẽtes apoſtolos potẽter uouiſſe dicẽdo: Ecce nos reliq. oĩa &c. Et idẽ. iij lib. mirabiliũ ſacræ ſcripturę, dicit dñm eius efficaciter p̃cepiſſe nihil hr̃e. & ſicut cõtra uotum potẽs apl'i ueniſſent, ſi relicta a dñis & ad pedes eorũ poſita poſſediſſent put hic dicit Bur. Credo q nõ fuerit paupertatis amator. Silr cõtrauenіſſẽt apoſtoli p̃cepto dñi, qđ de ſctiſſimis apoſtolis poſt miſſionem ſpiritusſãcti non eſt dicendum.

In e. c. notat poſt. q Apoſtolus vario mõ loq̃t ponẽdo cõtra ſpũale. in tpalib. apponit cõditionẽ quaſi uel ſicut, in ſpũalibus autẽ loq̃tur ſimpliciter. Bur. aũt obijcit, q nõ valet talis diſtinctio, quia aliquãdo utrũque extremũ eſt ſpũale, ſicut ſeductores & ueraces, ſicut triſtes ſẽp aũt gaudentes, ubi neutrũ eſt tpale. dicit igitur dr̃iã illã loquendi debere attẽdi penes certitudinẽ, ut ibi ponitur quaſi denotetur incertum: reliquũ uero ſine cõditione denotetur certũ. Sed hoc non vr̃ bene dictum, quia Apoſtolus cõparat hoĩm carnalium opiniones ad rei ueritatem. ſed certum eſt apud Apoſtolum illa determinata p cõditiones, q fuerunt hoĩm illorum opiniones, certam ẽt reputabãt opinantes habentes reſpectum ad defectum temporalium. & quamuis opiniones illæ erant falſæ apud Apoſtolum, tamen erant certæ apud eos. per hoc argumentum Bur. q̃uis aliqua ſubiecta opinioni eorum erãt ſpiritualia, tamen non niſi in relatione ad ſenſibilia, ſecundum quorum penuriam apparentem ipſi iudicabãt defectum talium ſpiritualium, putantes eos ideo triſtes & ſeductores, quamuis in rei ueritate potius gaudebant de illis ſenſibilium & temporalium defectibus. — H

## GLOS. ORDINA. CAP. VII.

H *As igi.* Sequitur: Vel. a *Ab o. in. c. per. ſ.* ſ. mentis, quod tunc fit, ſi timorem Dei ſequimur. quia qui ſine Deo hæc agit, ſctũs mundi eſt, non Dei. Vel ab ingnamẽto carnis. i. carnalis obſeruãtię & pficiẽtes ſctificationẽ quæ eſt tantum ſpiritusſãcti. *Capite n.* b *Ad con.* Vel ut mecum patiamini, & mecum coronemini.

*Repletus*

## CAP. VII.

¶Et quia dominus hoc precipit & bene promittit.
H As igitur habentes a
a ¶Cũ Deus habitabit in nobis & recipiet nos.
promiſſiones chariſſimi mũdemus nos b
a ¶Quia multa ſunt carnalia vicia, ut omnia fugiamus. c ¶Vt eſt luxuria.
a ab omni inquinamento carnis &
a ¶Vt eſt ita. b ¶Bona operatione. c ¶In baptiſmo ceptam.
ſpiritus perficientes ſanctificatio- c d
a ¶Vt Deum vereamini, qui ſolus ſanctos facit. b ¶Et ad hæc nos habete exemplum. c ¶Non illos pſeudo.
nem in timore Dei. † Capite nos: e f
¶Quia. a ¶Veſtrum. b ¶Improperando vt pſeudo. c ¶Admixtione falſitatis tanquam fermenti.
neminem læſimus, neminem cor- g h
a Fraudulenta ſuorum ablatione ut pſeudo, qui ueſtra blande auferunt.
rupimus, neminem † circumueni i
a ¶Hæc aũt. b ¶Vt vos abiiciam, qui in iſtis peccauiſtis.
mus. Non ad condemnationem k
a ¶Sed corrigo. b ¶Diligo enim uos ſicut prædixi, & hoc eſt.
ueſtram dico. Prædiximus. n. q in l
a ¶Secundum curam & dilectionem.
b ¶Q. ita diligo uos quòd ueſtra mors in peccatis uidetur mea, & uita in uirtutibus ſimiliter.
cordibus noſtris eſtis, ad cõmorien- m
¶Et ideo moneo.
b dum, & ad cõuiuendum. Multa mi- n
a ¶Dum confidero quę in uobis ſunt.
b ¶Et ¶Quia per primam epiſtolam correcti, ideo pro eis gloriatur.
hi fiducia eſt apud uos, multa mihi o

## NIC. DE LY. CAP. VII.

H As ig. *Poſtq̃ Apoſtolus monuit Corinthios de bonis agendis in futuro hic conſequenter commẽdat eos de bono pterito. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur ad prædicta quædam continuatio. ſcđo, Corinthiorũ commẽdatio ibi: Multa mihi fiducia. Prima adhuc in tres: quia primo ponitur vtilis monitio. ſcđo inducitur exẽplificatio, ibi: Capite nos. tertio monitionis intentio, ibi: Non ad condemnationem. Circa primum continuando ſe dictis, dicit.* — Diuiſio

a Has ig. h. *ſ. de receptione fidelium ad gratiam in præſenti, & gloriam in futuro: ut dictum eſt in fine ca. præcedentis.*

b Mundemus n. ab o. in. c. & ſp. *i. a peccatis carnalibus et ſpiritualibus, quia nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem cæleſtem.*

c Perficientes. *per ſanctam cõuerſationem.*

d Sanctifi. *in baptiſmo inchoatam.*

e In ti. d. *ſ. filiali, qui hẽt charitatẽ annexã.* — Apoc. 21. g

f Capite n. *Hic ad propoſitum inducit Apoſtolus ſuipſius exemplum, di.* Capite n. *ideſt accipite nos in exemplum: quia munde viuimus in hoc mundo: nulli nocumentum inferẽdo in perſona. quod notatur cum dicitur:*

g Neminem læ. *nec ẽt in fama. iõ ſubditur:*

h Neminem c. *nec etiam in re poſſeſſa: propter quod ſequitur:*

i Nemi. c. *i. decepimus ipſum defraudando.*

k Non ad. *Hic conſequenter aperit ſuę monitionis intentionem. di.* Non ad con. ueſt. di. *de contrariis uitiis uos uocando tãquam obſtinatos. tunc. n. ad condemnationem alicuius fit talis uocatio, quando reputatur obſtinatus: ſed quando fit ſub ſpe correctionis, tunc non fit ad condemnationem, ſed ad emẽdationem: & ſic loquitur Apoſtolus. ideo ſubdit:*

l Prædiximus e. quod in c. n. *cogitãdo ingiter de ueſtra utilitate & ſalute, intantũ q pro ea paratus eſſem mori. ideo ſubditur:* — † Capite nos eſtote ...

m Ad c. & cõ. *uita gratiæ & gloriæ. q. d. hãc uitam deſidero uobis, ſicut & mihi.*

n Multa: *Poſita monitione, hic conſequenter Apoſtolus ponit ſuã cõmẽdationẽ de bono Corinthiorum pterito. Et diuiditur in duas ptes, qa primo ponit hãc commẽdationẽ. ſcđo eius expoſitionẽ, ibi. Nã cũ ueniſſemus. In commẽdatione vero Corinthiorũ ponit quadruplicẽ affectum, quẽ cõceperat de bonis operib. ſicut & quilibet debet de bonis amici concipere. Primus eſt effectus fiduciæ. ex hoc. n. quòd uidet eum bene incipere, confidit quòd bene perficiet. & quantum ad hoc dicit.* Multa mi. fi. eſt ap. u. *de perfectione boni inchoati. Secundus eſt affectus gloriationis: nam amicus eſt alter ipſe, propter quod gloriatur de bonis amici ſicut de ſuis. Ideo ſubditur.* — † fraudauimus. — Diuiſio — Quadruplex affectus Apoſtoli ad Corinth.

o Multa mi. g. u. *i. de ueſtris operibus bonis.*

¶ *Tertius*



A a *Repletus ſum con.* Per iam correctos inuitat alios ad correctionem

b *Superabundo g.* Dum uidet eos proficere, pro quibus patitur gaudet.

c *Caro noſt.* Quia & in aduerſis anima quæ in corpore patitur ſpe futuri quieſcit

d *Foris.* de apertis inimicis, intus de falſis fratribus, qui difficilius tolerantur. Vel ab his, qui foris ſunt, tribulatio: de his. i. fidelibus qui intus i. in eccleſia timores ne mouerentur. Vel de his, qui ſunt intus. i. in eccleſia corpore, nõ mẽte: nomine, non numine i. de falſis fratribus, vt prius.

e *Qua cõ. eſt in vo.* Quia vidi Titum cõſolatũ in vobis, & ego cõſolatus ſum.

f *Etſi.* prius: *Pęniteret.* Hoc dicit ne videatur inhumanus, qui de aliorum triſtitia gauderet. — †relaxationem

g *Videns.* Q non me pœnitet, ſed gaudeo. *Vid. quod.* i. quamuis uideã q epiſtola contriſtauit: vnde primum dolui, & me pœnituit.

h *Etſi.* i. quamuis *ad ho.* i. paruo tempore. Vnde bona ſpes eſt correctionis eorũ & ideo iã nõ pœnitet, ſed gaudet.

i *Contriſtati.* Non cum ira, quæ peiores efficit, ſed cum pudore, q corrigit.

k *Pænitentiam in ſa. ſta.* Augu. Satiſfactio penitentię eſt cauſas peccatorum excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere. — De Eccleſia. Dogma. li. 1 c. 54. to. 3.

l *Sæculi au.* dum dolet peccator ſe detectum.

m *Ecce e.* Triſticia ſm Deum facit pęnitere in ſalutem, quia quæ ducunt ad ſalutem. i. ſollicitudinem operatur.

n *Quantam in uo. ope.* qui pœnitet ſollicitus eſt ne denuo peccet, & nõ ſe excuſat, ſed confitetur: quod eſt ſe de endere a Gehenna, & deſiderat reformari, qui ſcit ſe per peccatum deformem, & habet zelum bonorum operum, & uindicat in ſe quod deliquit. Vel. — B

*Exhibuiſtis*

a Ad alios, uidete ne ſit uana. b ¶Et etiam conſolatio. vnde ſubdit:
a glõriatio pro uobis. Repletus ſum
a ¶Audita ueſtra correctione.
b ¶Gaudium meum ſuperat omnem tribulationem quæ partim erat in animo pro peccatis ueſtris.
b conſolatione, ſuperabundo gau- a
dio in omni tribulatione ueſtra.
a ¶Memorat quę patitur cauſa credentium, ut eos prouocet ad charitatem. Q. Bene dixi in tribulatione quæ uere magna eſt.
Nam & cum veniſſemus Macedo- b
a ¶Et ſi animus requieuit.
c niam, nullam † requiem habuit ca-
a ¶Secundum corpus & animam. b ¶Quia phithonem ibi fugauit de ancilla.
ro noſtra: ſed omnem tribulatio- c
a ¶Et uere omnem, quia. ¶In corpore. ¶A perfidis qui ſunt extra eccleſiam. b Tribulationes. ¶In animo, ne eccleſia deficeret.
d nem paſſi, foris pugnæ, intus timo- d e
a ¶Ita grauiter paſſi ſumus. b ¶Deus. c ¶Spiritu uel afflictos.
res, ſed qui conſolatur humiles, f
conſolatus eſt nos Deus in aduen-
¶Quia coadiutorem recepi. ¶Propter.
tu Titi. Non ſolum autem in ad-
¶Quia ſcilicet deſideratus aduenit.
uentu eius, ſed etiam in † conſolatio
¶Vel quo. ¶Nos. a ¶In ueſtra emendatione. b Conſolatus eſt Titus.
e ne, qua conſolatus eſt in uobis, refe- g h
a ¶De emendatione.
rens nobis deſiderium ueſtrum,
b ¶De commiſſis. a ¶Indignationem contra pſeudo.
fletum ueſtrum, † ueſtram æmula- i k
a ¶Pro me a defenſione. b ¶Referens hoc. c ¶Quam de tribulatione dolerem.
tionem pro me ita ut magis gau- l
a ¶Inde probati poteſt quod gaudeo, quia iam non penitet me.
derem. Quoniam etſi contriſtaui m
a ¶Illa prima. b ¶Modo. ¶Quia correcti.
uos in epiſtola, non me pœnitet. n
a ¶Prius. ¶Dum indignati vel incorrecti. b ¶Non me pœnitet, ſed gaudeo uidens, quod.
f Etſi pœniteret uidens quòd epiſto- o p
g h la illa & ſi ad horam uos contriſta-
a ¶Dico quod gaudeo. ¶Non tantum ideo. b ¶Contra me.
uit, nunc gaudeo, non quia contri- q
a ¶Quia ſic animaduertentes culpam pœnituiſtis.
ſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis
a ¶De hac triſticia gaudeo, quia hoc eſt ſecundum Deum id eſt ſecundum uoluntatem & inſpirationem Dei.
i ad pœnitentiam. Contriſtati enim r
¶Nec in aſperis.
eſtis ſecundum Deum, *ut in nul- ſ
a ¶Quia omnia noſtra proſunt.
lo detrimentum patiamini ex no-
a ¶Vere non damnum patimini, nam commodum potius: quia.
bis. † Quæ enim ſecundum Deum t
a ¶Dum triſtis eſt peccator, quia peccauit, quia fecit quod Deus odit.
b ¶Satisfactionem. c ¶Quæ ualet etiam.
k triſticia eſt, pęnitentiam in ſalu-
¶Æternam a ¶Sed. ¶Quæ non ad correctionem, & ideo ab ea cauete.
l tem † ſtabilem operatur. Seculi au- u x
tem triſticia mortem † operatur.
a ¶Qui in uobis experti eſtis quod dico. b ¶Id eſt tam paruum quid.
m † Ecce enim hoc ipſum, ſecundum y
a ¶De peccato. ¶O.
n Deum contriſtari uos, quantam in z
a ¶Emendandi quod deliquiſtis: nec hoc ſolum.
uobis operatur ſollicitudinem: ſed
a ¶Vt contra pſeudo me defendatis. b ¶Contra uos, pro malis quæ geſſiſtis.
defenſionem, ſed indignationem: a b

## NIC. DE LYRA.

¶ *Tertius eſt affectus conſolationis: nam omnis lætitia eſt triſticiæ diminutiua: propter quod bonum amici cognitum eſt triſticię precedentis diminutiuum, & per conſequens cõſolatiuum. ideo ſubdit.* Repletus ſum con. *Quartus eſt affectus exuberantis gaudii, ſcilicet quando bonum amici non ſolum minuit triſticiam, ſed totaliter eijcit eam per gaudium ſuperueniens. ideo ſubditur.*

a Superabundo gau. in o. tri. ue. *i. ex peccatis ueſtris, illata mihi. q. d. gaudium, quod concepi de bono ueſtro ſuperueniente, totaliter ſuperat triſticiam, quam conceperam de malo veſtro præcedente. Ali qui dicunt, q hæc eſt litera: In omni tribulatione noſtra. & ſic eſt ſenſus, quòd lætitia, quam conceperat Apoſtolus, ſuperauerat triſtitiam, quæ ſuperuenerat ei ex tribulatione mota contra eum in Macedonia: quæ tangitur in parte ſequenti. & ideo litera ſequens magis concordat huic expoſitioni. tamen ex utroque triſticiam habuerat, ut tangit in ſequentibus.* — †1. Pet. 2. c

b Nam & cum ue. *Hic conſequenter Apoſtolus exponit dictam commendationẽ quantum ad duo, quæ dixerat in ea. ſecundum exponitur ibi: Sed qui conſolatur. Dixerat autem Apoſtolus ſe fuiſſe triſtatum: Cuius cauſam exponit, dicens:* Nam & cum uen, Macedo nul. re. ha ca. no. *Non dicit ſpiritus noſter, quia conſolabatur in mente.* — † non pęnitendam parit. — †16. q. 1. c. affectũ. in fine.

c Sed omnem tribu. paſſi ſumus. *quæ plenius explicatur Act. xvi. d. ubi dicitur quòd Paulus & Sylas uerberati & carcerati ſunt crudeliter, & pedes eorum cippo conſtricti ex turbatione mota contra eos, eo quod Paulus ſpiritum phytonicum eiecerat de quadam puella, quæ magnum quæſtum præſtabat ſuis dominis diuinando.* — C

d Foris pugnæ. *ab infidelibus.*

e Intus timores. *a falſis fratribus.*

f Sed qui conſo. *Secundo dixerat Apoſtolus ſe fuiſſe conſolatum. Hoc exponit Apoſtolus primo ponens conſolationis materiam. ſecundo ſubdit ad hoc rationẽ, ibi: Contriſtati enim eſtis. tertio infert ſuam concluſionem, ibi: Igitur & ſi ſcripſi. Materia uero ſuæ conſolationis duplex fuit. Vna aduentus Titi ad ipſum, qui erat ſibi gratiſſimus. Et hanc tangit dicens:* Sed qui conſo. hu. *ideſt afflictos. Alia fuit uera pœnitentia Corinthiorum, quam ſibi retulerat Titus ſicut uiderat. ideo ſubditur:*

g Conſolatus eſt in uo. *ideſt ex commendatione veſtra per eum nobis reuelata. ideo ſubditur:*

h Refer. no. ue. d. *i. ardorem proficiendi, ſicut per contrarium fuerunt ante pigri.*

i Fletum ue. *ratione delicti commiſſi.*

k Veſtram æmu. pro me. *pſeudo Apoſtolos repellendo amore Chriſti & mei.*

l Ita ut mag. gau. *de pnĩa veſtra q̃ prius dolueram de pctõ commiſſo. Vel aliter Apoſtolus prius correxerat eos dure in epiſtola prima: & poſtea timens ne ex hoc caderẽt in deſperationẽ ſeu aliud malum, ad tps doluit de ſcriptura illa ſed poſtea videns bonum correctionis futurum gauiſus fuit. Ideo dicit:*

m Qm̃ & ſi cõ. uos in. *dure vos corripiẽdo.*

n Non me pœ. *modo.*

o Et ſi p. *prius ratione dicta.* — † ſolatio

p Videns quod epi. il. etiã ad ho. n. *i. tranſitoriè.*

q Nunc gau. non quia con. eſt. *ſicut medicus nõ gaudet de amaritudine, quam infirmo propinauit, ſed de ſanitate per eam conſecuta.*

r Contriſtati enim. *Hic conſequenter inducit rationem propter quam eorũ triſticia fuit ei occaſio gaudii ſiue materia. ſ. quia triſticia illa fuit ſecundum Deum. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit propoſitum, ſecundo declarat quoddam dictum, ibi: Ecce enim. Circa primum dicit:* Contriſtati e. eſtis ſ. *Circa quod ſciendum, quod omnis triſticia oritur ex amore. cum enim aliquis triſtatur, hoc eſt, quia caret amato bono, uel quia timet euenire aliquid contrarium boni amati. Eſt autem duplex amor ſ. amor Dei, & ſeculi. Ex amore uero Dei oritur triſticia de peccato, quæ eſt ſecundum Deum, quæ nullum affert homini detrimentũ. ſed magis bonũ fructũ. iõ ſubditur:* — † veſtrũ ſtudium — Diuiſio. — D

ſ Vt in nul. de. pa. ex. no. *i. ex correctione noſtra, ſed magis bonum. ideo ſubditur:*

t Quæ e. ſe. Deum tri. eſt pę. in ſa. *i. inducit ad pęnitentiam de peccatis, quæ pęnitentia ducit ad ſalutem.*

v Stabilem. *i. æternam. Sed contra hoc aliquis obiicere poſſet, quia triſticia de peccato eſt ipſa pœnitentia, nihil autem ſe ipſum inducit. ergo &c. Dicendum quod pœnitentiæ tres ſunt partes ſ. contritio, cõfeſſio & ſatisfactio. Triſticia uero de peccato eſt prima pars pœnitentiæ, & cauſat alias duas ſequentes, non ipſam. Triſticia uero ſeculi, quæ oritur ex amore ſecularis boni, ingerit detrimentum ſpiritualis boni. ideo ſubditur:* — * ita

x Sec. au. tri. o. mor. *i. peccatum. Iaco. iiij. b. Qui enim uoluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur.*

y Ecce enim. *Hic cõſequenter declarat qualiter triſticia Dei operatur pœnitentiam in ſalutem, dicens.* Ecce enim hoc ipſum ſe. Deum contri. uos. *ideſt triſticiam, quam nobis intulit, quæ eſt ſecundum Deum.* — † affert.

z Quantam in uobis operatur ſollicitudinem. *ad uitandum mala et agendum bona in illis, qui prius erant ad hæc pigri, & non ſolum hoc, ſed etiam quæ ſequuntur.*

a Sed def. *ſ. mei contra pſeudo Apoſtolos ipſos repellendo.*

b Sed ind. *contra peccata commiſſa, non ſolum a ſe, ſed etiam ab aliis.*

¶ Sed

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES